

Ayuntamiento de Madrid

R
883

23-10

FLAVII
I O S E P H I
O P E R V M T O-
M V S P R I-
M V S
*
Ribero.

Decem priores Antiquitatum Iudaicarum libros complectens.

SIGISMUNDO GELENIO
INTERPRETE.

VIRTVTATE DVCIB.



COMITE FORTVNA.

A P V D S I B. G R Y-
PHIVM LV-
D V N I D
1555.

LIBROS
DEL DR.
MARCO

P. n° 5070

CLARISS. ET AM-
PLISS. DOMINO IO. IACO-
BO Fuggero, in Kirchberg & Nuß-
schnhorn Comiti, &c. Sigis-
mundus Gelenius

S. D.



V M omnis institutio, uel singu-
lorum hominū ad beatam uitā
contendentium, uel cœtuū for-
mam in communione uiuēdi qua-
rentiū, præceptis constet q̄em-
plisq; ut nostri Fuggere uir magnifice, cōsentire
uideo in hoc sapientes, neutrū aliunde melius
peri quā ē sacris literis quas tanto tuius sequi-
mūr, quāto certiora sunt diuina oracula huma-
nis opinionibus: quae dispēdiosis suis ambagibus
mihile aliud ostendūt, quā fruſtra id conatos sum-
mos quidē uiros, sed humana sapientia præditos
quod nō niss à diuinis et numinis favore adiuvi-
præstatur: sine quo nec uia salutis imiri, nec incū-
de eius modus alijs monstrari potest. Et quā
utraq; iam dicta ratiō sit absolutor, si coniu-
gātur: sicut ex ipsis liquet sacris literis, ubi tam
legis primū bene conditis hominū peccoribus i-
verū opifice insertae, mox exolescente paulatim
eius memoria per eundē præconio Moysis in ei-
mūnem uitam reuocatae, summaria capitla
quām hominum deo carorum, uel primatorū uel
duo

ducum atq; regum, gesta produntur: habent ta-
 men h& separata etiam tractationem. Nam
 ante exortam Scrutatoris legē h̄. s̄.nes quidam
 ingeniosi qui se philosophos nominauerunt, ne-
 viratē cēu per tenebras palpare aggressi, p̄-
 ceperā uit̄ & formand̄e conati sunt tradere unā
 cum dogmatib⁹ ad felicitatem sc̄lādām per-
 emittib⁹: alij res regum ac populorum māda-
 uerunt literis, unde magnam colligere liceat
 exemplorū copiam. Illorum lectio habita est p̄a-
 ceteris utilis. & re uera suisset, si ueritatem ca-
 ptatam potuissim⁹ ass̄qui: nos in hoc feliciores,
 quibus sacra litera affatim repräsentante quod
 illis obtingere non potuit, lectio non modo utilis,
 sed & necessaria. Proxima uelitas est in histo-
 rīs, peculiari quadam uoluptate ad sui cogni-
 tione inuitantibus, ut ab his legendis paucimo-
 do sint literati, abstineant, cū illa magis seria
 quibusdam aut non uacet euoluere aut non li-
 beat. Sed delectu opus est in tant⁹ historicorum
 uarietate, si nolis operam & bonas horas per-
 dere, sunt enim qui nihil aliud quam ludunt, &
 aures animosq; otiosos demulcent in hoc tant⁹
 factis narratiunculis, quales sunt Heliodorus,
 Philostratus, & his antiquiores, sed nihilo gra-
 uiores Herodotus & Crescas ob nimiam mēda-
 ciōrum licentiam dudum oblitteratus, in quibus
 mixt̄ quicquā probes p̄ter facundia Doctiores
 sunt alij, ut imbuti philosophia, sed magno di-

sc̄rim

Crimine. nā qui Epicureorū, aut Peripatetico-
 rū nō multo saniorū duntaxat quod ad pietatis
 dogmata attinet sc̄itā secuti sunt, pro suis af-
 fectibus multa produnt tam inutilia, ut ne noxa
 quidem careant. quid enim bona rei potest expe-
 citarū tollentibus immortalitatē animorū, &
 diuinam prouidentiā? & hi sc̄erè proponunt sibi
 celebrandæ quædam uasta uerius quam magna
 ingenia, Xerxes, Alexandros, Cæsares. Plus bo-
 nae frugis haurire licet ex accedentibus propriis
 ad Academicos Stoicosue, qui res laudatorū
 principū aut populi Romani, præsertim illius pri-
 sci, trāsmiserūt ad posteros. hui⁹ generis sunt, Plu-
 tarchus, Dionysius, Xenophon, Polybius, & La-
 zini aliquot qui sibi grauitatē seu peculiarem
 vindicat. sed longe utilissima, nec iniucunda est
 sacra historia, oīm propter excellentiā & cla-
 ritatem, sed maxime propter certissimā sinceris-
 simamq; ueritatē, etiam profanis experita regi-
 bus, patrū priscorū mores, uitas, resq; tam domi-
 quam foris gestas continens: quiq; eius compen-
 dium scripsit, & ubi illa defūt reliquā usq; ad
 suam etatē ait exuit, Iosephus uir patriarcharum li-
 terarum cognitione nemini sue genit⁹ secundus,
 externa uero literaturae studijs uel cum Philone
 conferendis, facundia pollens qua plus uirium
 quam fucorum habeat, nec minus philosophum
 quam historicum deceat: quem non est opus præ-
 dicare prolixius, quando ipse satis ostendit
 quā

qualis fuerit, modestissime uitam suam scribēt.
qua nunc primum in praesenti operum eius editione legi potest à Latinis hominibus. huius scriptoris monumenta cum circumferantur, & pas-
sim ab omnibus suo merito terantur, Rufino ut
titulus pollicetur interprete, mihi nū quā persuaderi potuit antiquitates Iudaicas ab eo uero her-
sas: uel quod non referant peritū uiriusq; linguae
hominē, qualis Rufinus fuit habitus suo seculo:
uel quod stilo belli Iudaici sint dissimiles. Id
Antiquitatū opus non ita dudum ex officina
Frobeniana prodit, cōstatum ex duobus exemplaribus mutilis, è diuersissimis peritis orbis tra-
elibus: bono tamē quodā casu euenit ut utrumq;
egregie suppleuerit lacunas alterius. ac mox nō
defuerut qui Latinam versionem nouam requiri-
verent: effeceruntq; amici ut suscepit provincia
tirocinium uertēdi in eo scriptore ponerem, figili-
næ (iuxta proverbium) in dolio. Inter uerēdum
deprehendi non solum deprauata multa in La-
tinis, sed etiam quibusdam locis deesse uersus nō
paucos, nam x v i. Antiquitatum libro, cap.
iuxta vulgatas editiones septimo, iuxta Gre-
corum distinctionem quam nos sequimur x i.
desiderabatur integra pagina, & in calce eiusdem
libri non mulio minus: id quod uel libra-
riorum uel interpretis etiam culpa accidit, sed
non in his tantum paginis. Itaq; omnia meliore
fide conatus sum reddere, stilo planiore, nec ru-

EPYSTOLA

uore tamen opinor. Nusus igitur rem subitu-
 ram censuras uarias, coepi circunspicere de ali-
 quo, cuius praeiudicio tunc possem minus de c.e-
 scrips criticis esse sollicitus. In eo delecta succur-
 rebat mihi ante alios Io. Jacobus Fuggerus, ni-
 mirum ea familia natus, in quam singulari ca-
 lestis numinis fauore uirtus & fortuna tantum
 ornamentorum certatim cōculerunt, ut per uni-
 versam Europam, atq; etiam longe extra eius
 limites, tam sit celebris, tam apud summos mo-
 narchas gratioſa, ut nihil sit quod hac parte uel
 principibus uiris inuidet: & quod peculiariter
 ad meum desiderium attinebat, habeat in suo
 stemmate hiros literatos literatorūq; patrono
 eximios, et uel hoc merito omni posteritatis me-
 moria dignissimos, nuper Raimundū, nūc Au-
 tonium eius fratrem familiāq; columen, & in-
 signem Des. Erasmi patroni quondam nostri
 amicum: te uero tertium (ne alios mihi minus
 notos commemorem) adeò ex politum & candi-
 dum acriq; iudicio hominem, ut tua censura no-
 minus probari cupiam, quam excellētissimorū
 in uirāq; literatura professorum nostri huius
 haud in eruditè seculi. Et pulchre conuenire si-
 debatur, ut scriptor qui in omnibus presertim
 Chriſtianorū regionibus etiā uulgo crititur, præ-
 ferret in fronte cen tutelare nomen uiri apud o-
 mnes eas gentes non solū notissimi, uerum etiam
 laudatissimi. Deterrebant hoc unū quod ignotus
 esset

esset tanto moecenati: sed contra cogitabam
 multos similibus occasionibus innotuisse feliciam
 ter. itaq; sic nutantem ut tamē propensior esset
 ad demerendam tuam gratiam, impulit non ini-
 uitum noscr uetus amicus & liberorum tuorum
 ad imitandam paternam excellentiam incensor
 adiutorq; Ludouicus Carinus, vir magnatibus
 merito carus, integer, pius, eruditus, cordatus;
 qui talibus coloribus te mihi depinxit, uerissi-
 mis quidē illis ut est ipse sinecrus, quales in hanc
 tabulam conserre, nec sine modestia in hexa-
 zione possem, nec sine adulatio[n]is suspicione.
 Accipies igitur vir praeclarissime opus hoc per
 otium inspiciendum: quod si tibi tale uidebitur
 ut ferri possit à lectore non fastidioso, erit mihi
 incitamentum ad aggrediendos etiam autores
 alios: accipies & Gelenium tuum in clietlam,
 quam nemo non expedit, ipse uehementer opta-
 nt ea dignus sim. Deus te perpetuò scruet pa-
 trone (iam enim hanc salutandi formulam mihi
 tua pace permitto) obscrudiſſime, una cum
 liberorum suauissima cohorte totaq; familia,
 cui me commendatum cupio, si non de officiolo,
 saleem de studio addictissimo. Basileæ calendis
 augustis, anno à nativitate Christi scrutoris
 humani generis M D XLVIII.

B
TESTIMONIVM D. HIBRO-
nymi de Iosepho.

Iosephus Mathathiae filius, ex Hierosolymis sacerdos, a Vespasiano captus, cū Tito filio eius relictus est. Hic Romam uenies, septē libros Iudaicæ captiuitatis imperatoribus patri filioq; obtulit, qui & bibliotheca publica traditi sunt. Et ob ingenij gloriā statuam quoq; meruit Roma. Scripsit autē alios uiginti Antiquitatum libros, ab exordio mundi, usq; ad decimumquartum annū Domitianī Cæsaris, & duos & pugnatō aduersum Aspionem grammaticū Alexandrinum: qui sub Caligula legatus missus ex parte gentilium, contra Philonem etiam librum uituperationem genit⁹ Iudaicæ continentem scripsit. Alius quoq; liber eius, qui inscribitur Ιωνίᾳ ἀυτονόμοτος νογισμῷ, ualde elegans habetur, in quo & Machabeorum sunt digesta martyria. Hic in decimoctavo Antiquitatum libro manifestissime cōfitetur, propter magnitudinē signorū Christū a Pharisais intersectū, & Ioannē Baptistā uerè prophetā fuisse, et propter intersectionem Iacobi Apostoli diructā Hierosolymā. Scripsit autē de Domino in hūc modū: Eodē tēpore fuit Iesus uir sapiens, si tamen uirū cum oportet dicere. Erat enim mirabilis patrator operū, & doct̄or eorū qui libenter uera suscipiunt: plurimos quoq; tam de Iudeis quam de genib⁹ sui habuit sectatores, & credebatur

esse Christus. Cumq; iniuria nostrorū principum cruci eum Pilatus addixisset, nihilominus qui cum dilexerat perseverauerūt. Apparuit enim eis certa die hius, multa & hac & alia mirabilia, carminibus prophetarum de co nati ciantibus: & usq; hodie Christianorum gens, ab hoc sortita vocabulum, non defecit.

A V T O R E S Q V O R V M P O T I S-
simum testimonio partim comprobato,
partim confutato Iosephus histo-
ria sua fidem facit.

Acusilaus Argivus	Conon hist.
Agatharchides Gnidius	Demetrius Phalereus
Alexander Polyhistor	Ephorus
Andreas	Estius
Apion grammaticus	Euhemerus
Apollonius Azolo	Eupolemus
Apollodorus	Hecataeus Abderita
Ariphantes	Hellenicus
Aristeas	Hermippus
Aristoteles	Hermogenes
Berosus Chaldaeus	Herodotus
Cadmus Milesius	Hesiodus
Castor Chronographus	Hieronymus Aegyptius
charemon	Homerus
chaerilius poëta	Isidorus

<i>T. Linius</i>	<i>Polycrates</i>
<i>Lysimachus</i>	<i>Posidonius</i>
<i>Manethon</i>	<i>Pythagoras</i>
<i>Menander Ephesius</i>	<i>Sirabo</i>
<i>Mnaseas Damascenus</i>	<i>Thales</i>
<i>Mochus</i>	<i>Theodotus</i>
<i>Nicolaus Damascenus</i>	<i>Theophilus</i>
<i>Pherecydes Syrius</i>	<i>Theopompus</i>
<i>Philon senior</i>	<i>Theophrastus</i>
<i>Philostratus</i>	<i>Thucydides</i>
<i>Polybius Megalopolitanus</i>	<i>Timaeus</i>
	<i>Zopyrion</i>

CANDIDO LECTORI. 3.

Quum nona hæc Josephi Antiquitatum Latina conuersio, que iuxta Græcum exemplar est disjecta, antiquæ translationi capitum distinctione non consonaret, usum nobis est, hec utram diuisionem in studiosorum gratiam margini annotare, quo loci inde à scriptoribus ante hanc nostram editionem citati, facilius inueniri possint: quod quidem more nostro fecimus, quo quicquid literis ditorum usui indicamus conducibile, usq; in medium proficere studemus. Præbenc, & industriam nostram favore mutuus amplectere.

PLAY

FLAVII IOSE-

PHI ANTIQVITAT-

TVM IUDAICARVM

L I B R I .

*Sigismundo Gelenio in-
terprete.*

PROOEMIUM.



V I ad scribendas historias se conserunt, non unā neq; eandem sū propositi causam habere mihi uidentur, sed plures, easq; multū inter se differentes. Quidā enim ostentanda eloquentia & causa, gloriaq; ex ea cōspande, ad hoc studiorum genus se applicant: alij quo gratiam illis referrent, quorum res gestas scribendas sibi sumpererunt, nulli laboris quantū in se fuit, pepercerunt. Sunt quos res ipsa compulit, ut quibus gerēdis interfuerat, ea scripto complexa in uulgum proderent. Nec defuerunt, qui res insignes cognituq; dignas in obscurō latere non ferrent, atq; ideo narrationem eorum in communem utiliū atē proferrent. Ex iam dictis causis postrema dux me quoq; ad idē permouerunt. Bellum enim quod cum Romanus habuimus, & res utrinque gestas, ac dēmum cōueniūt, que omnia præsens ipse mes peric

periculo didici, narrare co*actus* sum, propter
quosdam qui scriptis suis ueritatē deprauarunt.
Præsens herò opus aggressus sum, ratus Græcis
omnibus cognitu non iniucundum fore. Comple-
tetur enim uniuersam nostræ genit⁹ antiqui-
tatem, formamq; reipublicæ, ex Hebraicis literis
translatam. Cogitaueram equidem & ante,
iam tum cum historiam de bello scriberem, do-
cere, unde primū oriudi Iudæi, quam uaria for-
tuna usi, sub quali legilatore ad pietatem cete-
rasq; uirtutes instituit, quibus bellis per tot se-
cula gestis, inuiti ad postremum contra Romanos
bellum sint periratæ: sed quoniam prolixius
erat hoc argumentum, scorsim illud propriè di-
cateo opere exorsus usq; ad finem suum perduxi.
Procedente dein tempore, sicut usu uenit his qui
res arduas aggrediuntur, cunctatio quædam ac
segnicies mihi incessit, tantā materiam in alien-
nam ac peregrinam linguam traducturo: sed
fuerunt qui cupiditate cognoscendi ad opus me
adhortabantur, & præ cunctis Epaphroditus
uir cùm omnis generis disciplinaru, tum uero re-
rum gestarum peritia cum primis auidus, ut qui
ipse in maximis negotijs & uarijs fortunæ ca-
sibus uersatus, in omnibus eximiā naturæ in-
dolem præ se tulisset, inconcussumq; uirtutis stu-
diu perpeccuo reuinisset. Huic igitur morem
gerens, assiduo cunctorum uile aliquid ac ho-
nestum moliscenti fautor, cū me mei iam sup-
pudcret

puderet, si uiderer ignavia speciosissimo Libori
 anteponere, uires animumq; resumpsi: simul hac
 quoq; reputacione no leuiter permotus, quod
 maiores olim nostri exteris sua benigne cōmu-
 nicauerunt, & Gracorū nonnulli uehementi res
 nostras cognoscēdi studio flagrauerunt. Itaq;
 inuenio literis proditū, quod Ptolemaeus secūdus
 eius nominis rex, totus disciplinis colligendisq;
 libris deditus, magnopere contenderit legem no-
 stram, eiusq; instituta, & uiuendi formam pre-
 scriptam, in Gracum eloquii transferri. Elea-
 zarus autē pontificū nostrorū nemini secūdus,
 regi hanc utilitatem non inuidit, reclamaturus
 omnino, nisi consuetudinē haberemus à maiorī-
 bus acceptam, res bonas & honestas calare ne-
 minem. Proinde mihi quoq; cōuenire duxi, ut et
 pontificis nostri imitarer magnanimitatē: &
 hodie quoq; regis illius multos persimiles puta-
 rem, duntaxat quod ad discendi cupiditatē at-
 tint: neq; enim totā scripturam occupauit ille,
 sed legē solam ei tradidicunt interpretes, qui ob
 hoc Alexandriā miseri fuerant. Sunt autē in-
 numerā sacrī literis prodita, ut que quinq; mil-
 lium annorū historiam in se complectantur, in
 qua diuersi sunt inopinarii casus, uariabelli for-
 tunā, multā imperatorum praeclara facinora,
 multe rerum publicarum mutationes. In univer-
 sum autem ex huius potissimum historie lectione
 cognoscere licet, quod his qui Dei uoluntati
 obsequuntur

Allen
 det al
 > o. Sm
 tryp.

obsequuntur, & leges bona latas transgredi uentur, omnia prosperè succidunt supra quām credi possit, et felicitas illis præmiū à Deo proponitur. Quod si ab illarum diligentí obseruacione discedant, neq; cōsilia eorum exitum inueniunt, & boni ipsorū opinione conatus in calamitates immedicabiles desinunt. Quas propter iam nunc lecturos hæc uolumina adhortor, ut Deo mentem adhibeant, & legislatore nostrū probent, si naturā, ut dignū est, considerauit, & uirtuti eius cōueniētes semper operationes assignauit, puramq; suā narrationē ab omni, qualis apud alios est, fabularū uanitate cōsiruauit ita meī, quantum ad longitudinē tēporis, rerumq; uerū statē attinet, impunē poterat quilibet mendacia confingere. Natus enim est ante annos bis mille, cùm ad tot retro secula etiā poëta ne deorum quidē suorū natales, nedum mortaliū leges aut res gestas referre ausi fuerint. Sed omnia procedēs oratio accurate suo quaq; ordine docebit, ita ut nos facturos sumus polliciti, neq; subirahēdo quicquā, nec addēdo. Ceterum quoniam sermè omnia pēdēt à Mosis legislatoris sapientia, necesse habeo paucis de illo præfari, ne quē foriē cogitatio subeat qui factū sit, ut quī operis inscriptio res gestas pollicetur, tam multa ad naturā cognitionē spectatia scripsi nostris inscruerimus. Scire igitur oportet, quod mir ille ante omnia necessarium existimat, uel

uit, uel uitā suam rectè disposituro, uel alijs leges posituro, ut in primis naturæ Dei cognitionē habeat, atq; ita cōsideratis eius operibus, egregium illud exēplar imitari, quantū in suis uiribus est, & seclari concevir. Alioquin absq; hac contemplatione neq; legislatorē ipsum unquam bonam mentem sibi paraturū, neq; scripta eius ullum momētum ad uirtutē auditorū allatura, nisi ante omnia discerent, quod Deus cum sit pārens omnium ac dominus, omniaq; contineatur, eis quidem qui se seclantur, felicem uitam donat: qui autem à uirtutis tramite digrediuntur, illos maximis calamitatibus inuoluit. Hāc doctrinam ciues suos docere uolens, non à pāctis aut conuentis & mutuo circa hāc iure leges est auspicatus, quemadmodū alij solent: sed ad Deū & mundum ab eo conditum erectos mente, & persuasos quod in terris pulcherrimū Dei opus simus homines, cīm iam ad pietatē haberet obsequentes, facile deinceps de reliquis omnibus edocuit. Itaq; alij legislatores prīscas fabulas sequunti, pudenda hominū peccata in Deos suos uerbis translulerunt, atq; hoc pacto hominibus malis magnū incitamentū ad malitiam addiderunt. At nosīler legislator posteaquam puram putam uiruem habere Deum docuisse, censuit pro se quenq; admīti oportere, ut in partem eius aliquam peruenire posse: in eosq; qui neq; sapiunt hāc, nūq; credunt, scuerē admodum animad

animaduertit. Ad hoc igitur præscripum uolo
lectorem hac nostra examinare: namq; sic con-
sideranibus nihil uel absurdū, uel Dei magni-
ficētia indignū esse uidebitur: omnia enim sum-
ma concinnitate iuxta uniuersi naturam sunt
disposita partim ita ut dignū erat à legislatore
subindicata, partim decetissimis allegorijs con-
ueſtitā; partim etiam dixerit expressa, nimirum
quacunq; absq; ambagijs erant proferenda:
quorum causas si quis singillatim considerare
uelleret, sublimis inde & ualde philosophica spe-
culatio exoriretur, in aliud tempus differenda.
Quod si Deus longiorē etatem concesserit, abfo-
luis que nunc trahamus, ut illa quoq; perscri-
bantur operam dabimus: Nunc ad rerū seriem
ueremus stylū, præmissis que Moyses narrat de
mundo cōdito: ea è sacris codicibus ita ut inue-
nimus trāſumpta, in hūc fermè modū se habēt.

Mundi creatio, & clementorum dispositio. C. A. I.



In principio creauit Deus calum
& terram. Hac cū in conspectum
non ueniret, alta caligine uelta, spi-
ritusq; eam supernè permearet, lu-
cem Dei fieri iussit: qua cū effulſſet, conſide-
rata tota materia, diſcreuit lucem à tenebris:
& his nomen imposuit Nocte, illā uero Diem
appellauit, Uſperæ & Mane uocabulo exor-
dijs lucis & quietis indito. Atq; hac quidem
prima dies extitit, Moses autē una eam dixit.

Cuius

Cuius causam possem equidē & nunc reddere:
 sed quoniam promisi me omnium causas proprio
 volumine cōscriptas editurū, in illud tempus hāc
 quoq; rationē differā. Post hāc secunda die celū
 uniuersitati rerū superimposuit, discretū à cate-
 ris, & in sublimi per se collocatū, glacieq; cir-
 cumpactum, & humida ac pluia natura ob
 terram irroratione iuuandam cōpetenter tēpe-
 ratū. Tertia uero terrā statuit, mari undequaq;
 circunsufsam: eademq; die cōtinuo plantæ simul
 & semina ē terrā sunt exorta. Quarta uero ce-
 lum sole ac luna alijsq; sideribus exornauit,
 mandato eis dato, ut suo motu & meatu tem-
 porum anni revolutionē manifestè indicarent.
 Quinta uero die animātia, tum natatilia, tum
 per sublimē uolantia, per altum perq; aërem di-
 misit, copulata prius & ad cōgressus genitura
 causa coparata, quo genus eorū cresceret simul
 ac multiplicaretur. Sexta autē die quadrupedū
 genus condidit, masculo & femino sexu di-
 stinctū: in hac uero hominē etiā finxit. atq; ita
 mundum sex diebus uniuersum, & omnia que
 mundo continentur, Moyses facta esse dieit: se-
 ptima autē requieuisse Deum, & ab operibus
 cessauisse, quamobrem etiā nos uacationē à la-
 boribus per hanc diem celebramus, appellantes
 eam sabbatum: que vox requiem H̄ic br̄gorū lin-
 gua significat. Quin etiam naturam inter- 11.
 pretari post septimam diem Moyses incepit, de Gen. 2.

hominis fabricatione in hunc modum differens.
 Finxit Deus hominē humo telluris sumpta, im-
 misitq; in eum spiritū & animā: homo autē hic
 vocatus est Adamus: significat autē hoc He-
 bræorum lingua rufum quandoquidē e rufa hu-
 mo fermentata est factus: talis enim est intacta
 terra et uera. Statuit autē Deus corā Adamo
 diuersa animalium genera tam masculina quā
 fœminina ei ostendens: qui eis nomina indidit,
 quibus hodie quoq; nominantur. Videns autem
 Adamum earentē societate & cōuictu fœmi-
 nae (nondū enim erat) mirantemq; quod reliqua
 animanies ita se haberent: soproptō illi cōstā una
 exempta, mulierē ex ea formauit: moxq; ut cōt
 adducta, ex se producēta Adamus agnouit. Iffa
 autē Hebræorum lingua uocatur mulier: huius
 autē nomē erat Eua, id significat mārē omnīo
 uiuentiū. Narrat præterea Deus hortū ad orien-
 tem plantasse omni uirēti plāta: & in his suis
 se arborē uite, & aliā scientie, per quā digno-
 sceretur bonū à malo. In hunc hortū cū introdu-
 xisset Deus Adamū cū uxore, iussit eos plan-
 tarū curā habere. Rigatur autē hic hortus ab
 uno amne, uniuersam in circuitu terrā lustran-
 te, qui in quatuor diuersos alueos finditur. Horū
 qui Phison nominatur (ea uox multitudine si-
 gnificat) ad terrā Indianam delatus, in illud se pe-
 lagus exonerat, Græcis Ganges appellatus.
 Euphrates autem & Tigris in rubrum mare
 exiunt,

excune: quorum Euphrates uocatur Phora, id
significat uel dispersionem uel florem. Tigris au-
tem Diglath, quod interpretatur angustus si-
mul & uelox. Geon autem Egyptū mediā se-
cat: id nobis ab oriente exortū signat, quē Gra-
ci Nilum appellare solent. Porro Deus III.
Adamum & uxorem de ceteris plantis ga- Gen. 3.
flare iussit, una arbore scientia solū illis interdi-
xit, præmonitis si attigerint, conf. stim exitu eis
affaturū. Cum autem per id tēpus nullū esset in-
ter animalia dispidium, & serpens familiariter
cū Adamo ac uxore degeret, inuidebat eis fe-
licitatiē uenturā, si iussis Dei parere persuera-
rent: & ratus in calamitatē casuros, si mādatas
neglexissent, malitiose persuaderet mulieri ut de
arbore scientia gustaret, assuerās inesse ei him
dignoscendi boni ac malī: de qua si gustassent,
beata nihiloq; deteriorē quā Deum uitā aelu-
ros. Atq; hoc pacto mulierē subvertit, ut man-
datum Domini contēneret: qua gustato arboris
fructu, ciboq; hoc delectata, etiā Adamo usum
eius persuasit. Jamq; se nudos esse sensiebant, et
de regimento sibi dispiciebant: arbori enim acu-
minis & cogitādi uis inerat. Folij igitur sicul-
neis sese texerunt, atq; ita conuolutis pudendis,
uidebantur sibi feliciores, qui inuictissim qm
prius carebāt. Nox cum Deus in hortū uenis-
set, Adamus anteā familiariter cū Deo collo-
qui solitus, conscius sibi iniustitiae secedebat.

Deus autem miratus causam scitabatur, quid ita prius delectatus sua consuetudine, nunc fugaret ac latitaret. Illo uero tacente pre conscientia non scrutari precepti. Deus ita insit: E quidem prospiceret nobis, quomodo uitam felicem omniumque mali experte uiucretis, nulla noua cura in animo solicitatis, omnibus quaecumque ad usum ac uoluptate coferunt, sua sponte nobis proueniētibus, mea unius prouidētia circa omnē uestrū labore aut solicitudinē: quibus fruenter nos neque seneclus celeriter opprimeret, & uita diuturna quam longissime proferretur. Tu uero hanc meā sententiam ludibrio habuisti, mādato meo contēpto: non enim propter bonū aliquid rages, sed propter malā conscientiam: quare & seneclus ocyor superuechiat, & uita nostra minus sit diuturna. Adamus autem excusabat peccatum, & irā Dei deprecabatur, culpmam in uxore refirens, & dicens, ab illa deceptū se peccauisse: at illa serpenterem accusabat. Tum Deus mulctauit eum, quod mulubri consilio cessisset: terramque nullos post hac fructus sponte proferre iussit: laborantibus autem & opere attritis alia dare, alia negare. Euam autem parturitionibus & hoc genus doloribus castigavit, eo quod ipsa à serpente decepta Adamum eisdem dolis illeclum in calamitates coniecesset. Quin & serpenti uocem ademit, iratus ob malitiā qua erga Adamum est usus: uenientiūq; lingua eius indicū, & hostem eorum declarauit

declarauit: admonuſq; caput eius plagi impe-
tendū eſſe, tū quōd in hoc perniciē hominis ſita
ſit, tū quōd iſpa beſtia hoc pacllo facillime op-
primatur: ad hęc pedibus priuatū trahi per ter-
rā, ac uolui fecit. His pœnis imposuit Deus A-
damū et Euā ex horto in alia regionē trāſtulit.

De posteritate Adami, & decem ætatisbus usq;
diluvium.

CAP. II.

Nisi ſunt autem eis & filii mares duo: 111.
horum prior appellatus eſt Cain, quod in Gen. 4.
interpretatur acquisitio: Abel autem ſecundus,
ea nox luctum ſignificat. Natae ſunt eis etiā fi-
lie. Hi frātres ſuī ſuis quifq; ſtudij ſintenti erant.
Abel iuſtitiam colibat, & omnibus actioni-
bus ſuī Deum pŕſentē ratus, uirtutis operam
dabat. paſtoralis autē eis erat uita. Cain uero
quum alioquin etiā pefſimus eſſet, lucrumq; ſo-
lum ſpectaret, terrā quoq; arare primus exco-
gitauit: ac poſtremō frātre etiam intermit ta-
li de cauſa. Qui uifum eis eſſet ſacrificare Deo,
Cain agri & arborum fructus obtulit, Abel
lac & primogenita pecorū. Huius ſacrificium
Deo ſuit acceptius, q; ſpōte naturae genitus con-
ſtarct, quā ea que homo auarus & induſtrius
per uim quandā à natura exiſterat. Ideo Cain
agre ſerens prælatum ſibi à Deo Abelem, in-
terfecit frātre, & cadauere eius abdito, re clam-
fore putabat. Quo cognito Deus uenit ad Cain,
rogans de frātre, ubi nam eſſet: multis enim die-
bus ſe

bus se nō uidisse eum, quē hēliquo omni tempore
 cū ipso uersari animaduertisset. Tum Cain an-
 xiis, nec habēs quod respondere Deo, primū se
 quoq; demirari ait, quā factum sit, quod frater
 usq; cōpareat. Instāte uero Deo, & accura-
 tius inquirēte, iam cōnotior negauit se pēdago-
 gum frātris, aut rērū eius obseruatorē esse. Tum
 Deus coarguit Cain paricidij, mirari se dices,
 quod negaret se quicquā de fratre scire, quē ipse
 interemisset: & suppliciū quidē quod cāde cō-
 miceruerat ei remittit, sacrificio placatus ne grā-
 uius in supplicē fāuiret: sed male ominatus ei et
 posteris ipsius, usq; septimā progeniē puniturū
 se est cōminatus: & ex illa regione extorre' una
 cū uxore fecit. Illo autē timete, ne oberrās in fe-
 ras incideret, atq; ita periret, securum esse iussit
 quod ad hoc periculū attinet, & impanidē ter-
 ras peragrare et signo ei indito quo noscī posset,
 abire procul iussit. Cain autē multas regiones
 una cū uxore emēsus, rādē Nāida cōdidit: id lo-
 ci nomē est: atq; illic sedē optauit, ubi etiā libe-
 ros procreauit. Ceterū rātu absuit ut hac casti-
 gatione in melius uitā mutauerit, ut peior etiā
 sit factus, suis uoluptratibus uel cū aliorū iniu-
 ria indulges: & facultates domesticas per uim
 ac rapinas accumulans, accitis undecunq; lat-
 trociniorum & nequitie socijs, magister illis ad
 facinorosam uitā est effectus. Adhac simplicē
 bāclenus uinēdi rationē, excogitatis mēsuris et
 ponderi

ponderibus immutariit, pristinamq; sinceritatem
 & generositatem ignoraram talium artium in no-
 nam quandam uersutiam deprauauit. Primus
 agrorum terminos fixit, urbemq; extructam &
 communitatē coaelis in unū domesticis & clien-
 tibus inhabitād am tradidit, Enos ē nomine im-
 posito ab Enoso liberorum natu maximo. Is Ia-
 redum genuit, ex quo Malalchel, & ex eo dein
 eeps Mathusala est progenitus. Huic Lamechus
 fuit filius, qui liberos habuit septuaginta & se-
 ptuaginta, ex drabus suscepitos uxoribus, Sella &
 Ada. Ex his Iobel ex Ada natus, tabernacu-
 lis construētis pastorali cultu ac uictu fuit con-
 tentus. Iubal uero germanus eius musicæ operam
 dedit, psalteriumq; & citharam inuenit. Thobel
 autem unus ex altera uxore prognatorū uiribus
 excellens rem militarem egregiè tractauit, cuius
 artibus & opes ampliores, & uictum laetiorum
 sibi comparauit. quin & arariam primus est com-
 menius, & filia faelix est pater unius, nomine
 Naama. Porro Lamechus diuini iuris non im-
 perius, uidens pœnas se exoluturum paricidij à
 Caino perpetrati, uxoribus suis hoc indicauit.
 Ceterum superflite etiam tum Adamo Caini
 soboles sceleratissimæ euafit, dum posterior quisq;
 sit deterior, nec solum imitatur priorum uitia,
 sed & superat, interim nec à bellis, nec à latro-
 cinij tēperando: & qui à cædibus abstinebant,
 alioquin auarè & superbè inter suos uiuebant.

Adamus autem qui primus è terra filius, ut ad illum oratio nostra recurrat, posteaquam Abel esset maceratus, & Cain propter cædum solum uertisset, procreandis liberis operam dedidit, quod magno prolixi desiderio teneretur, annos iam natus triginta supra ducentos: quibus cum accessissent septingenti, tandem uita defunctus est. Ex huius liberis quos complures habuit, fuit etiam Sethus: sed quia de alijs longum esset narrare, de solo Setho mentionem faciam. Hic à patre educatus, ubi eò etatis uenit, ut iam quod reclamis est discernere ualceret, uirtutis studijs se totum dedidit: & cum ipse uir optimus euasisset, etiam nepotes sui similes post se reliquit: qui quoniam erant omnes bona in dolo prædicti, & patriam absq; seditione incolebant, in perpetua felicitate uitam exegtrunt: & fiducialem scientiam ac cœlestium rerum cognitionem excogitauerunt. Ne autem inuenient sua ex hominum notitia dilaberentur, & prius perirent quam pernoscerentur, scientes Adamum uniuersalem rerum incertum præcecinisse, unum incendio, diluvio alterum, excitatis duabus columnis utriq; sua inuenientia inscripserunt: ut si latertiā diluvio deleri contingret, lapidea superstes hominibus discendi copiam faceret, & que inscripta continebat, spectada exhiberet. Siue enim lapideam illam ab ipsis dedicatam, qua & nostris temporibus extat in terra Syria.

Dedi

De diluvio, & quomodo Noë in arca cum familiâ seruatus habitarit in campo Sennar. C A . III .

In hunc modum per septem generationes per- v.
Iscuerauerunt, unum Deum colentes omnium Gen.5.6.
 verum dominū, semperq; uirtutis respectum ha-
 bentes. Procedente dein tempore à patrijs in-
 stitutis degenerarunt, neq; humana iura scruan-
 tes, neq; Deo consuetos honores persoluentes: q
 qui prius certatim uirtutem exercuerant, postea
 duplo maiore studio malitiam consecabantur:
 atq; ita Deum insensum sibi reddiderunt. nam
 multi angeli Dei cum mulieribus congreſsi pro-
 geniem procreauerunt insolentem, & fiducia ro-
 boris omne ius & fas convenientem: quorū fa-
 cinora nō abſimilia his quae de gigātibus Graci
 memorant. posteritati sunt tradita. Noc autem
 facta eorū molestie & indignè scrēns, suadebat
 ut in melius uoluntates ac opera sua transmu-
 tarent. Verum cum uideret illos sibi non parere,
 totosq; uitiorū dulcedini succumbere, uerius ne
 se & familiā suā interinerent, secedens cum
 suis in aliam regionē migravit. Tum Deus uiri
 iustitia delectatus, nō eius solum seculi homines
 extreme militiae damnavit: sed cū decreuifſe
 uniuscūm humānum genus extinguere, aliudq;
 nouum & à uicījs purum instaurare, primum ui-
 tam eorū breuiore ſpaſio circumſcripsit, & ab-
 rogata longuitate intra centum & uiginti an-
 nos coērcuit, dein continentem terram in pelagi
 b s faciem

nongentis sexaginta & nouē. Lamechus autem cūm habuisset principatū annis septingentis & septē, Noë filium suū rebus p̄fescit: qui de Lamacho natus est agente annū etatis secundū & octogesimū supra centesimū, quiq; quinquaginta & nongētia annis r̄criō administratiōni p̄fuit. Hi anni in unā summam cōtracti suprascriptum tēpus cōficiunt. Non sunt autē disquirēndi obitus mirorū illorū: cum liberis enim suis agebat uīā, eamq; usq; ad ipsorū nepotes extendebat: sed natales tantum eorū in hac ratione sunt spe-

Gen. 7. 8. Etādi. Ceterām Deus signo dato imbres emisit: qui cām nonaginta cōtinuis diebus rueret, ad quindecim cubitos aqua super terrā extiit: qua causa omnē salutē ademist, nō habentibus quo se in tutū recip. rēt. Centesima autē & quinquagesima die postquā pluere desijt, tandem cōperire aqua e sidere, mense septimo, nice simo septimo die mensis. Destituta deinde arca in uertice montis cuiusdā in Armenia, sc̄niens hoc Noē, aperuit eam: & uidēs circa ipsam aliquātulum terrās, meliore spe cōcepta paulisper quicnit. Mox post paucos dies magis recedēre aqua, emisit coruum, cupiens cognoscere si qua alia parte terrarum aqua deceſſissent, ut tuzō exſcendere posset. At ille cōperito totū adhuc stagnare, ad Noē est reuersus: is post septē dies columbā ad explorādum terrā stau emisit: qua cum luiata & frondem oliue ferens rediſſet, in intellecto terram à d. lūcio

iam

iam esse liberatam, postquam alios septem dies
 expectasset, animantes ex arca emisit: Et ipse
 quoq; cum liberis egressus, mactatis Deo uicti-
 mis, epulabatur una cum familia. Apobate-
 rion, id est egressorium, loco nomine Armeni fece-
 runt. Huius autem diluvij et arca meminerunt
 omnes barbaric & historia scriptores, et in his
 Erosus Chaldaeus: narrans enim de hoc diluvio,
 sic fermè scribit: Fertur autem et nauigij huius
 pars in Armenia apud monte Cordyorum su-
 peresse, et quosdam bitumen inde abrasum secum
 reportare: quo nunc amuleti loci eius homines uti
 solent. Meminit horum et Hieronymus Aegy-
 ptius, qui antiquitates Phoenicum scripsit, et
 Mnaseas, et alijs plures: quin et Nicolaus Da-
 masenus lib. x c v i. de his rebus narrat in hac
 herba: Est super regionem Minyorum magnus
 mons in Armenia, nomine Barus, in quo multos
 profugos diluvij tempore servatos ferunt, et quen-
 dam arca uelutum in huius uertice habuisse, ac re-
 liquias lignorum eius longo tempore durauisse, qui
 fortassis is fuit de quo etiam Moses scribit In-
 dorum legislator. Noë autem ueritus ne Deus v i.
 damnatus ad interitum hominibus, per singulos Gen. 8.
 annos terram inundaret, uelutinis incensis preca-
 batur ut in posterum pristinus rerum ordo man-
 ret, et nullata incideret calamitas, per quam
 minuerum animalium genus in salutis periculum
 adduceretur: utq; affectus merito supplicio see-
 lestis,

lestis, parceret innocētibus, quos ipse superstites esse noluerit, & sua sentētia absoluere: alioqui miseriore cōditione ipsos fore & gravius dānatos, si non in uniuersum incolumes alteri diluvio reseruarētiur, & prioris paucorē ac spēctaculūm perpessi, & posterioris exitio deslimati. Orabat igitur, acciperebat sacrificiū propitiū, nēne ullam posthac tantam iram cōtra terram cōciperet: ut operibus suis eam excoleveret, & urbibus extirpatis feliciter uitam degeret, nullis commodis carrentes quibus ante catachlysmū fruēbātur, & ad extremam senectutē longauitatemq; qualis majorum suorum fuerat peruenientes.

VII. *Eis precibus finitis, Deus iniustitia viri delectatus, uotis eius annuit, negas se delectis interitus autorem fuisse: sed ipsos sibi suscipie malitia debitas poenas acciunisse. Si enim deleterios cuperet, nūquam in hac uitam eos introducerū fuisse. Potius enim esse ne dare quidem uitā, quam eos quibus dederis perdere. Sed continuis, inquit cōsumelij quibus pie-tatem mihi debitam uiolabāt, coegerūt me min-dictam de se sumere. Non sum autē posthac tam iracundē poenas peccatorū exacturus, praeſertim te deprecatoria. Quod si quando maiores tem-pe-nates concitauero, caueat expauecatis ob uim imbrium: nūquam enim in posterū aqua terram Gen. 9. sunt inundatur.e. Iubeo tamen ut ab humana cæde puras manus abstineatis, & qui contrā fecerit, scuerē punias: aliorum animalium usum ad u-*

Inuita

luntatem ac libitum uestrum permitto. Domi-
 nos enim uos feci omnium tam terrestrium quam
 natalilium, & eorum que per sublime feruntur,
 absq; sanguine: nam in hoc inest anima. Arcus
 ecclesiis signum uobis erit cessatura & mea iacula-
 tionis: nam iris arcus Dei apud illos habetur.
 His mandatis & promissis Deus abiit. Noe VIIR
 autem cum post diluvium superuixisset CCCL.
 annos, totuq; hoc tempus feliciter exegisset, defun-
 clus est expletis annis in uniuersum D CCCC L.
 Nec est cur aliquis praesentem uitam, annorumq;
 eius paucitatem cum prisorum rebus cōferendo
 fidem nobis abroget, aut quia nunc eam non per-
 aquè prorogari uidet, coniecturā hinc de illorum
 longuitate faciat. Illi enim Deo chari quum es-
 sent, ipsiusq; recens etiam tum opificiū, & com-
 modiore uictu ad diuinitatē uerentur, merito
 per tam multos annos uiuebant. Praeterea tum
 propriū studium uirtutis, tum propter utilitatem
 inuentarū artium, ut Astronomia, ac Geome-
 tria, Deus illis prolixiorē largitus est uitā: qua-
 rum certitudinem assēqui non poterant, si minua
 d C. annis uixissent: ex tot enim magnus annus
 constat. Attestantur autē multi omnes qui Gra-
 cis barbaricasue antiquitates literis prodiderūt.
 Namq; & Manetho Aegyptiarum uerū scri-
 ptor, & Berosus Chaldaicarū, adhac Moochus,
 Eusthius, Hieronymus Aegyptius, qui Phœ-
 nicum res prosecuti sunt, nobiscum consonant.
 Hesiod

Hesiodus quoq; cum Hecatæo, Hellanicus &
Acusilaus, Ephorus & Nicolaus, narrat pri-
scos illos ad mille annos uitā produxisse. De his
igitur quisq; ut sibi uisum fuerit, accipiat.

De turri Babylonica, deq; linguarum muta-
tione.

C A P. IIII.

Gen. 10. **T**res uero Noë filij . sc̄ mas, Iaphetus, &
Chamas, centū annis ante diluvium nati.
primi relictis motibus planicie habitare cepe-
runt, & alijs recēti etiam tū clidis memoria pa-
uidis , nec audientibus à celsiore loco descendere,
idem faciendi autores & exemplū fuere. Campo
quē primū colere sunt aggressi, nomē est Seneaar.
Ceteram Deo iubēte ut propagādi multiplican-
diq; generis gratia colonias deduceret, homines
rudes non paruerunt : quamobrē calamitatibus
implicati , offensum illū errore suo sunt experti.
Cum enim florerent iuuentutis multitudine, Deus
vurus de colonia deducēda admonebat. Illi uero
obliti se ipsius benignitate præsentibus cōmodis
perfrui, totamq; illam felicitatē suis uiribus ac-
ceptā ferētes, dicto eius nō suerūt obedientes. Et
quod peius erat, cōsiliū de colonijs nō fauore nu-
minis, sed insidiās interpretabātur, uidelicet quō
Ix. facilius dispersi possent opprimi. Hāc superbia
Deiq; contemptū excitauit in eis Nabrodes, ne-
pos Chamae, filij Noë, uir audax & manu prom-
ptius, subinde iactas, nō Deo, sed propria uirtuti
præsentē felicitatē eos debere: atq; ita paulatim
rem

rem ad tyrannidē trahebat, ratus fore ut homī-
 nes ad se deficerēt à Deo, si se illis ducē p̄aeb̄ret,
 opem suum offerens contra nouum aliud dilu-
 uium intentantem. Turrim enim se exædificatu-
 rum, excelsiorem quād quō aqua ascēdere pos- Gen. ii.
 set: & insuper maiorū suorum interitum ultu-
 rum. Vulgus autem facile Nabrodis placitis ob-
 temperabat, ignauū ratus Dco cedere: atq; na-
 structurā turris occēperūt, nulli labori parcen-
 tes, nihilq; sibi ad summā industriam reliquum
 facientes. Cumq; ingens esset operarū numerus,
 surgebat opus supra quād sperauerant. Crastin-
 tudo enim erat tāta, ut proceritatē obscuraret.
 Struebant autem lateribus coelis ad firmitatem
 bitumine ferruminatis. ~~Hanc eorum uesperiam~~
uidens Deus: uelere quidem omnes noluit, quando ne priore quidem clade ad meliorem mentem
 profecerunt: sed dissidium in eos immisit, linguis
 corum uariatis, ita ut ob diuersitatem sermonis
 mutuo se nō intelligeret. Locus uero turris nunc
 Babylon uocatur, propter confusam linguam,
 quaē prius omnibus ex aequo clara fuerat. Nam
 Ecbræi confusionem nominant babel. De turri
 autem hac, deq; linguis hominum mutatis, me-
 minit & S:bylla his uerbis: Cū uniuersi homi-
 nes uno eloquio uerentur, turrim edificauerunt
 excelsissimam, quasi ad cœlum per eam ascen-
 suri. Dij uero procellis immisis turrim subuer-
 terunt, & suam chiq; linguam dederunt: quaē
 causa

causa fuit ut urbs ea Babylonis uocabulū accēperit. De loco autē qui S. naār in Babylonia nominatur, meminit Hesiaeus hoc modo: Auit sacerdotes clādis ciuis superstites, Enyelij Iouis saera ferentes, in Sennaar Babylonie peruenisse.

Quomodo Noē posteri per rotum terrarum orbem sedes sibi occupauerint. C A P. V

- X.** *I*zlo ex tempore dispersi sunt pāsim, propter diversitatem linguarū colonijs nū squam non deductis, & quo quenq; fors & Deus tulit, eā terram cū suis occupauit, ut iam maritima quā mediterranea cultoribus replerentur. Nec defuerunt qui consensim nauibus ad insulas habitandas traiicerent. Porro gentium quæda adhuc seruant deriuatam à suis conditoribus appellationem, quedam etiam mutauerunt, nonnullæ in familiare accolis & notiore vocem sunt uerba Gracis potissimum talis nomenclatura autoribus. Si enim posterioribus siculis ueterē locorum gloriā sibi usurpauerunt, dū gētes nominibus sibi nouis insigniunt, dumq; tanquā ad suum ius attinerent, mores quoq; proprios in illas inuechunt.

Quod gentes singulæ à suis autoribus nomina traxerint. C A P. VI.

- XI.** *E*rant autem Noē filiorū liberi, in quorum Gen. 10. honorē gentibus nomina imponebant, ut quisq; terram aliquam occupauerat. siquidem Iacob Noē filio filij facrunt sepult. Horum sedes a TAURO & ALMANO montibus incipiē-

SES

tes, pertinebant in Asia ad amnem usq; Tadnam, in Europa usq; Gades, in terris haec tenus nacuis occupatae: quo factum est, ut ipsorum nomina gentibus imponerentur. Quos enim nunc Græci Galatas vocant, Gomarenses olim dílos, Gomar cōdedit. Magoges uero Magogarum à se denominatorum fuit autor, qui ab ipsis vocantur scythe. Ex alijs Iapheti filijs Iauane & Mado, ab hoc Madæi descendunt, Græcis Medi nominati: à Iauane uero Ionia, totumq; Græcorum genus. Quip & Thobelus Thobelis sedem dedit, qui nunc sunt Iberi: & Mischini à Azescho autore appelluntur. Cappadocum enim appellatio noua est, ueteris autem uestigium adhuc superstet. Urbs enim est apud eos hodie quoque Mazaca, satis indicans intellere uolenti, hoc priscum suisse genti nomen. Thires autem Thiras de se vocavit, quorum fuit princeps: eos Græci Thracas dicere maluerunt. Et iei gentes à Iapheti filiis sunt instituta. Gomaris autem, trium liberorum parentis, unus filius Aschanaxes originem Aschanaxis dedit, qui nunc regnes à Græcis nominantur: Rhiphates uero Rhiphatis, nūc Paphlagonibus: et Thygræmes Thygræmis, quos Phrygias Græcis libuit vocare Iauanis item triū filiorū unus Alisas Alisas ut originem ita nomen dedit, qui hodie sunt Aeoles: pariq; modo Tharsensis Tharsus. Sic enim olim appellabatur Cilicia: cuius rei

e a sig

signum est Tarsus urbiū eius celeberrima ceterarumq; princeps, prima nominis litera in tau
 mutata. Porro Chethim insulā occupauit, eūc
 Chechimā, nūc Cyprū: quo factū est ut tum insu
 las omnes, tum pleraq; loca maritima Hebrei
 gētili uoce Chethim significēt. Attestatur mihi
 una ē Cyprūs urbibus, que adhuc nomē retinet.
 Cuiū enim uocatur ab his qui in Græcū sonū uo
 cabula detorquēt, ne sic quidē abludēs a Chethi
 mi nomine. Tot gentium fuere principes Iaphetī
 filij nepotesq;. Ceterū quod Græci fortassis igno
 rant prius dicam, deinde ceptam narrationem
 prosequar. Nomina ista decoris causa in Græcā
 formā mutari ad aurium holupractem: nostrates
 enim huiusmodi forma nō utuntur, sed eandem
 apud nos perpetuo specie obtinent, nec termina
 tionē variat. Adamus ceriē nobis Adā uoca
 tur, & Noë qui Græcis Nochos diceretur, eaq;
 xii. forma nullā variationē admittit. Chamis ue
 rò filij Syriam & regionem Amano Libanoq;
 montibus harenē obtinuerunt, quicquid eius ad
 mare uergit occupādo, & Oceanū usq; ditionis
 terminos proferendo: uocabula tamen partim o
 mnino euauerunt, partim ita depravata sunt
 in diuersum, ut haud facile agnoscatur: ex qua
 ruor enim Chamis liberis chuso nihil detrimeni
 tēpius acculit. Aethiopes enim quibus præfuit,
 nunc quoq; tam à seipsis, quam ab Asianis o
 mnibus Chusai nominātur. Mesrais etiam su
 mansit

mansit appellatio. Aegyptū enim Mefren, &
 Mefræos Aegyptios uocamus quotquot cā re-
 gionē incolimus. Quin & Libya colonos dedit
 Phutes, de suoq; nomine Phutus dici uoluit. ex-
 trat & flumen in Mauritania hoc nomine: &
 cōplures apud Græcos historicī eius mentionē fa-
 ciunt, sicut adjacentis etiā regionis, qua Phute
 dicitur: mutauit autē præsens nomen ab uno fi-
 liorum Mefræi qui uocabatur Libys: cur autē
 Afrika sit dicta, paulo post docibimus. Quar-
 tus Chama filius Chananeus Iudeā nunc uoca-
 tam habitauit, gētemq; suā Chanæan nomina-
 uit. Hi quoq; liberos genuerunt, & in his chusus
 filios sex: quorū è numero Sabas Sabæorum au-
 thor fuit, & Euilas Euileorum, qui nunc Ge-
 tuli appellantur. Sabathes uero Sabathenos, qui
 Græcis dicūtur Astabarri: Sabæas quoq; Sa-
 batenos instituit. Romus item Romacos condidit,
 & duos filios habuit: alter Judas genti Iudeorū
 inter occidentales Actiopæ originē dedit &
 nomen, Sabæus alter Sabæus. Nabrodes autem
 manens apud Babylonios tyrannidem arripuit,
 sicut iam ante diximus. Mefræi uero filii nu-
 mero octo quantum terrarū a Gaza Aegyptū
 usq; patet possederunt, sed filius Philistini no-
 men ipsius regio seruauit. Palæstina enim Gre-
 cius portionē uocant reliquorum, Lutæi, Ena-
 mie, Labitu, qui solus colonis in Libya duclis
 regionē a se denominauit, tum Neihemi, Phæ-

throsimi, Cheslœmi, Chephithomii, tam res quam
nomina sunt in obscuro. Bello enim Aethiopi-
co, de quo suo loco dicetur, urbes eorum sunt euer-
sa. Chananeo quoque filii fuerunt hi: Sidonius, qui
urbem sibi cognominem condidit in Phœnicie,
Sidonem à Græcis vocatā. Amathus vero A-
mathen habitavit, que adhuc extat, et ab ac-
colis Amathe vocatur: tametsi hanc Mace-
dones Epiphaniā ab uno è regum successoribus
denominaverunt. Arudeus Aradū insulam
obtinuit, Aruckus Arcen urbē in Libano si-
tam caterorū septē. Euæi, Chettei, Iebusæi, Eu-
dæi, Sinai, Samarei, Gergesæi, præter nomina
nihil in sacris codicibus superest. nam Hebrei ur-
bes eorum exciderunt, que clides causam habuit
XIII. hanc. Postquam terra finito diluvio in pristinā
Gen. 9. naturā est restituta, Noë cœpit eam colere: quā
cum uitibus cōseuisset, suoque tempore uindemias-
set, inuenio uini usq; sacris prius operatus epu-
labatur: ebriusq; factus ac sopore granitus, pa-
rum decoru nudatus iacuit. id cōspicatus filiorū
natus minimus, per ludibriū fratribus inde cauit:
illi reveriti parentē operuerunt. sensit hoc Noë:
et precatus alijs filiis felicitatē, ne Chamā qui-
dem diris deuonit, respectu sui sanguinis, sed tā-
tum eius posteros: quas cū ceteri euasissent, Chā-
XIV. manæi liberos ultio diuina est consecuta, sed de
Gen. 11. his rebus dicemus postea. Semper uero tertio

Indicū oceanū incoluerunt, ab Euphrate pro-
 ganda ditionis initio facto. nā Elymus posteros
 reliquit Elymos, à quibus Persae originē traxe-
 rūt. Assuras urbē Nmū condidit, & subditos
 de se Assyrios denominauit, quorū opes præ cæ-
 teris efflouerant. Arphaxades eos qui nanc
 Chaldaī sunt Arphaxadæos nominauit. impe-
 rio gētis potitus. Aramæos Aramus tenuit,
 quos Greeci Syros appellare malūt. qui uero Ly-
 di nunc uocantur, olim Ludi dicti, Ludā autore
 generis habuerūt. Ex Arami uero quatuor li-
 beris p̄fjōs habitator Trachonitidis fuit, Dama-
 sciq; cōditor. ea sita est Palestina inter & Syria
 cognomine Cœlen. Armenia Otrus tenuit, Ge-
 theris Bactrianos. Misas uero Arcaneos: nunc
 Pasini castrū uocatur. Ex Arphaxade pro-
 gnatus est Sales, ex hoc Heberus, à quo Iudei
 Hebrei quondam appellabātur. Porro Heberus in
 Etiam & Phalegū genuit, qui natus est dum ha-
 bitationes distribueretur. nam hæc uox Phalec
 partitionē Hebreis sonat. Incte uero Heberi filio
 liberi fuerūt, Elmodatus, Salephus, Azermo-
 thes, Iraes, Edoramus, P̄zilus, Dæclis, Ebalus,
 Ebemæclus, Siphus, Ojhires, Euilas, Jobclus. Et
 à Cophene flumine Indie ad Assyriā usq; ha-
 bitat. Hæckenus de Semæ progenie sit dictū. nunc
 de Hebreis erit narr. ttio. Ex Ithalego enim He-
 beri filio prognatus est Raginus: ex hoc S. rugus,
 ex quo Nachores est genuus, & ex hoc Thar-

rus. hic Abrahami fuit pater, qui fuit decimus à Noë, & natus est post d:lnuiū anno secundo supra ducētū simū & nonagesimū: si quidem Tharrus septuagesimo anno genuit Abrahamū. Nachores cū esset uiginti & oculo annorum genuit Tharrū. de Serugo autē Nachores nascitur circa anni trigesimū secundū. Ragaus fatus est serugi pater cū esset annorum triginta duorū. totidē uero annorū Phalegus genuit Ragaum. Heberus autē quarto & tricesimo aetatis anno genuit Phalegū, ipse de Sale prognatus annū nato tricesimū: quē Arphaxades genuit quinto & tricesimo aetatis anno. Simā filius Arphaxades natus est post annos duos à d:lnuio. Abrahamus autē fratres habuit Nachoren & Aranen. Ex his Aranes relicto filio Zoro, & filiabus Sara & Melcha, in regione Chaldaorū est mortuus, in urbe qua Ura Chaldaorū uocatur, & sepulcrū eius nunc usq; ostenditur. neptes uero ex fratre duxerunt coniuges, Melchā Nachores, Sarā Abrahamus. Ceterū cū Tharrus exosam haberet Chaldaā, ppter luetū Aranis, oēs simul migraverūt Carras Mesopotamia, ubi etiā Tharrū defunclū sepelierūt, anno exacte uite ducētū quinto. Jam enim paulitum subtrahebatur de uitā spatijs, usq; ad Moysis aetate. post quē c x x. annorū terminus aeo finitore est statuus, quātū seporis & Moy-
 ses ipse uixit. Iaq; Nachores è Melcha octo filios

filios suscepit, *Vxum, Eauxum, Manhelem, Zamcham, Azamum, Pheldam, Iadelpha. Bathuelum.* atq; hi legitimi Nachoris filii fuere. nam *Ihabaum, Gadatum, Taurum & Macham* è Ruma cōcubina genuit. Porro Bathueli uni è legitimis Nachoris filiis nati sunt, *Rebecca filia, & filius nomine Labanus.*

Quomodo Abraham generis nostri autor è Chaldaorū terra profectus habitavit regionē quoniam Chanantā, quæ nūc Iudæa dicitur. C A. VII.

Abrahamus herò Lotū Aranis fratribus suis
filiū, Saræ coniugis suæ fratre, adoptauit, Ge. xi. 12.
quod germano filio careret: & cū iam esset annorū L. x x v. monitus oraculo Chaldaeam terrā
mutauit Chananaea: quā & ipse habitauit, &
posterioris reliquit: uir sapiēs ex aequo et cloquēs,
& in cōuēlādo sagax. cumq; ob uirtutē eximiā sapiens esset præ cūmēs habitus, ausus est
uulgo receptā de Deo persuasione cōuellere, &
in melius uertere. Ergo primus omnium clara uoce
prædicauit, unū esse Deū rerum uniuersitatis
cōditoris: de cetero si quid ad felicitatē cōsiderat,
nō nostris nobis uiribus, sed illius uoluntate cōtim-
gere. Hoc herò ex terræ ac maris obseruatione
colligebat, tum corū quæ circa solem ac lunam
& reliqua sidra uidebat accidere: esse nimurū
potentia quandā quæ horum curā gerat, & o-
mnia dec̄ter administret, qua cessante nihil no-
stris uilitatibus seruiturum, cūm nihil suapie-

c s uirt

virtute polleat, sed uniuersa omnipotenti ipsius
uoluntati obsecundent: quapropter huic uni ho-
nore deberi, huic gratia agi oportere. Quodobet
cum chaldei Mesopotamia: et ceteri contra se
insurgerent, consiliū migrandi cœpit. Et uolu-
tate ac fauore Dei fructus terrā Chananaam re-
nuit: ubi sedibus positis Deo struxit arā, et ho-
stias mactauit. Meminit autem patris nostri
Abrahāmi Erosus quoq; non tamē cum no-
minans, his uerbis. Post diluvium autem decima
etate apud Chaldeos erat quidā iustitia cultor,
uer magus. Et fiducialis scientiae peritus, Hecca
taus uero non meminit tantū obiter, sed libro in
hoc conscripto res eius posteritati tradidit. Ni-
colaus autem Damascenus in quarto histori-
tū sic scribit: Abrahāmus regnauit apud Da-
mascum aduena, ut qui cum exercitu uenerat ē
regione suprà Babylonem sita, quæ Chaldeorum
dicitur: nec ita muliò post hinc quoq; migrans
cum suo populo, sedem translatit in terram tunc
Chananaam, nunc uero Iudeam nominatam:
eiusq; posteritas ibi crevit in ingentem nume-
rum, quorum res alibi sum narraturus. Abra-
hami uero nomen etiam nunc est apud Dama-
scenos celebre, et uicus ostenditur, quem no-
cant Abrahāmi domicilium.

Quod si me Chananaea premente, Abrahāmus in
Aegypti est profectus: & ibi a'iquatis per como-
ratus, retra uide uenerat est Ieuersus. C. A. VIII.

Fame

Fame deinde Chananaam terrā inuaden- xvi.
Te, Abrahamus audit a Aegypti uberta- Ge. 12.1:
 te, proficisci illuc decreuit, tum ut copijs eorum
 frueretur, tum ut sententiā sacerdotum de dini-
 mitate cognosceret: aut securus illorū opinione
 si modo melior esset, aut ipse rictiora eis cōmon-
 straturus. Ceterā cūm & Sarah secum duce-
 ret, uerius Aegyptiorum libidinem, ne foricē ob
 excellentem uxoris formā à rege interimeretur,
 arem cōmentus est talem. Fratrem eius se fin-
 xit, monita prius, ut ob præsentem necessitatem
 simulationi suae subseruat. *Pr* autem uerum est
 in Aegyptū, id quod suspicatus fuerat enuit:
 iam enim coniugis pulchritudinem fama diuul-
 gauerat, quamobrem Pharaonis gentis rex au-
 dita oculis suis cognoscere, ac muliere etiā poti-
 ri concupiuit. *H*ic mala libidini Deus obstat, it
 pestilentia & seditione res regis infestans: con-
 sultiq; de remedio sacerdotes, quōne modo pla-
 candum esset nūmen, hanc mali causam respon-
 derunt, quod hospitis matrimonio iniuriam in-
 ferre parauisset. Rex territus primam scitatur,
 quenam sit, quis ue eius comes: cognita deinde
 rei ueritate, Abraham satisfecit: sororem se
 putass̄ non uxorem, & affinitatem contrahere,
 non iniuriam inferre, uoluisse: donatoq; magna
 pecunia, potestatē fecit congregandi cum
 præstantissimo quoq; Aegyptiorum ac doctissimo:
 quo factum est in uirtutis nomine in

max

maximam existimationē ueniret: nam cū ea
gens in diuersos ritus & opiniones scinderetur,
& per multum contemptum atq; infestationē
infensis inter se animis agerent, collisos inter se
eorum de religione sermones & à seipso confu-
tatos, uanissimos esse nihilq; prorsus uerita:is
habere declarauit. Ob has differentiationes in pre-
zio habitus, ut qui magnā tam intelligēdi, quā
eloquendi docendiq; facultatē p̄r se ferret, &
numerorū scientia & fiducia benignè illis com-
municavit: nam ante Abrahami ad se aduen-
tum Aegyptiū rudes erant huiusmodi discipli-
nariū: que à Chaldaeis ad Aegyptios profectae,
hinc ad Græcos tandem peruerterunt. Reuersus
inde in Chananeam, agros cū Loto diuisit. Orta
uerò inter opiliones contentione de iure ac termi-
nis pascuorū, arbitriū & optionē Loto permi-
xit: ipse contentus relicta sibi portione agri sub-
montani, domiciliū elegit in oppido Ebrone: id
septem annis est antiquius quā urbs Aegypti
Tanus. Loto uero campi cesserunt, & planicies
Iordani fluvio cōtigua, non longe à Sodomorum
urbe: que tunc bona & magna, nūc diuina ul-
tione ac ira, ut ne uestigium quidem superfit, est
deleta: cuius rei causa mox suo loco dicetur.

Sodomitarum clades ab Assyriis accepta. C. A. IX.

XVII. Gen. 14. **E**odem tempore cū imperiū Assiriae penes
Assyrios esset, Sodomitarū res tam opi-
bus quā numerosa iunctute florebat, ut à quinq;
regibus

regibus administrarentur: hi erant Ballas, Ba-
reas, Senabaries, Symoborus et Balin, suo quisq;
regno præpositus. Hos Assyrii bello petierunt, di-
uisisq; quadrisariam copijs sub quatuor impe-
ratoribus, regionē illorū oppugnabant, cōmissō
tandē prælio uictores Assyrii Sodomitarū re-
gibus tributū imperauerunt: cumq; per duodecim
annos imperia fecissent, & tributa soluissent,
decimortertio defecerunt: quo factū est ut noua in
eos Assyriorū expeditio ficeret, ductu & auspi-
cijs Marphedis, Ariochi, Chodollagomori, &
Thargali. Hi & Syriam uniuersam rapinis ua-
stauerunt, & gigantum posteros perdomuerunt:
cumq; in agrū Sodomorū esset uentū, castrame-
tati sunt in ualle puteorū bituminis: tunc enim
putei fuerant in eo loco: mox uero Sodomis de-
letis, lacus ibi, quē à scatēti bitumine Asphal-
tidem dixerat, repente exitit: eo de lacu paulo
post dicimus. Ceterā Sodomītae cum Assyriis
congressi, post egregiam pugnam editam, partim
in acie ceciderunt, partim deditiōnem fecerunt,
cum quibus & Lotus captiūus est abductus,
qui Sodomītis in auxilium uenerat.

Quomodo Abrahamus Assyrios aggressus tam ca-
ptiuos quā reliquā præda uictor reduxit .C A. X.

His auditis Abrahamus, tum Loti co- XVIII
Gen. 14.
gnati, tum Sodomitarū amicorū ac uici-
norum clade commotus, nil cunctatus in succur-
sum eorum cum suis properauit: & quinta no-
ite hostem

Ele hostem asscutus circa Danum (hoc alteri Jordanis fontium est nomine) oppressum ex improviso facilè superauit. Securi enim & incavati partim in cubilibus intermes sunt casi, partim prætemulentia pugne inutiles in fugam se conuerterunt, quos Abrahamus acriter à tergo sequenti quoq; luce perurgēs ad Soba Damascenorum cōpulit. Quo factō nemini dubium reliquit, uictoriam non in multitudine militū, sed in bellicorum alacritate cōsistere, & uirtutem nulli numero succumbere, ut qui cū domesticā tricennaria cohore, et insuper decimocto uernaculis, triumq; amicorum auxilijs tantum exercitum profligauerit: quotquot autē ex hac clade evadere contigit, cum ignominia domū se receperūt. Abraham uero captiuis incolubus reducitis, parta pace uictor ad suos rediit: redeūti rex Sodomitarum usq; in locum quē Campū regium vocant, gratulabundus occurrit: ubi à Solyma urbis rege Melchis deco est exceptus, id nomen interpretatur rex iustus, erat enim revera talis, omnium consensu sacerdotio summi Dei ob institutam dignus habitus. Sed Solyma posterior etas uocauit Hierosolyma. Hic Melch sedecus milites Abrahām hospitaliter habuit, nihil eis ad uictum deesse p̄missus: simulq; ipsam adhibitum mensa meritis laudibus extulit, & Deo cuius favore uictoria cōtigerat, debitos hymnos, ut sua pietate dignū erat, cecinit. Abrahamus contra

contra de manubijs decimas ei dono dedit. Rex
 uero Sodomorū Abrahamo prædā omnē cedēs
 solos captiuos sua regionis reposcebat. hæc con-
 ditionē ille nō accepit, negās ad se quicquā inde
 redditurū, exceptis alimentis multū: dmucis tan-
 tum in præde partē admīssis: hi erant Eschol,
 Ennerus, & Mambres. Hac uiri uirtute dele-
 clatus Deus: non carebis, inquit, præmio quod Gen. 15.
 pro tot rebus egregiè gestis tibi debetur. Quo
 respōdente, & quā uoluptatē ista præmia mi-
 hi afferre poterunt, cùm haere de careā, (nondum
 enim patitur factus erat) ium Deus & filiū illi
 est pollicitus, & posteritatē ex co tanta qua stel-
 las cali posset & quare numero. His auditis latus
 sacrificiū Deo iussu ipsius obtulit. Porrò sacrifi-
 ciū rius erat hic: mactata iuuenca trienni, c. ipsa
 trienni, ariete iuem trienni, ceteras uictimas ut
 iussus fuerat diuisit, solis aubus exceptis: deinde
 priusquā erigeretur arā ad uoluntatibus aliibus
 ad uictimā cruore, oraculū reddiuit, prænun-
 tians progeniem eius malos uicinos per annos
 CCCC. in Aegypto habiturā: quo tempore gra-
 uiter afflitos, uictoria tamē de inimicis repor-
 tatueros, deuictuq; Chanaanis regionē eorū &
 urbes occupatueros. Habitabit tū Abrahamus
 circa quercum que uocabatur Ogis: id agri no-
 men erat nō longe ab urbe Iebronē. Ceterū agrē
 ferens coniugis stiriliatē supplex a Deo petiūt
 ut prolem sibi mascula largiretur. Tum Deus
 de cæstro

de cetero quoq; bensperare illū iussit, ut quā
non temere Mesopotamiam reliquisset, atq; in-
Gen. 16. super liberos ei nō defuturos promisit. Ibi Sara
Dei monitu in thalamī eius adducit unā famu-
larū nomine Agaren. Aegyptiā genere, quo li-
beros sibi ex ea quereret: & cū uerū se gerere
sensisset famula, cœpit contēptim habere Sarā,
ad p̄cipiatū aspirās, quasi ad prolē suā domi-
natio perueiur a esset. Quapropter cū Abraha-
mus uxori eā ad pœnā dedidisset, decreuit fuge-
re, nō ferēs afflictionē: Deumq; rogabat ut sui
miscreveretur. Itaq; per desertū abeuntī occurrit
angelus iubens ut ad dominos reueneretur: fore
enim eā meliore cōditione, modò se modeſtē ge-
rat: nunc enim ingratitudinis ac arrogatiæ pœ-
nam luere: quod si cōtemptis Dei iussis ulterius
pergeret, presens exitiū eā manere aiebat: si re-
trò rediret, matrē futurā pueri, qui tandem regno
eius regionis esset potiturus. Paruit famula, &
reuersa ad dominos, ueniam est cōsecuta: nec ita
multò post Ismahelē peperit, ac si dicas exorā-
tum, eo quod Deus preces matris exaudierit.
Gen. 17. Hunc Abrahamus sextū supra octogesimum
annū natus genuit: cū autem nonagesimus nonū
attigisset, apparuit ei Deus, nuntiās quod ē sa-
ra suscepturnus esset filiū: eū iussit vocari Isacū,
addens prodituris ex eo genies magnas & re-
ges, easq; iure belli occupaturas universam
Chanaanā à Sidone usq; Aegyptū. Iussit etiam
genios

genus ipsius, quod nolebat cū alijs permixtum, pudenda circūcidi, idq; octaua die natiuitatis: causam uero nostræ circūcisionis dicā alibi. Con sulente uero Abrahamo & de Ismaele, an esse uicturus, responsum est, fore longauū simul & multarū gentiū parentē. Tum Abrahamus posteaquā Deo gratias egisset, euēstigio circun cīsus est cum tota familiā, similiter & Ismael, annūt tunc agens decimumtertium: ipse uero pater nonum iam agebat supra nonagesimum.

Quomodo Deus Sodomitarum gentem excidit flagitiis eorum offensus. CAP. XI.

Per idem tempus Sodomitæ diuitijs & abu-
dantia pecuniarū elati tā in homines con-
tumeliosi erāt, quā erga Deū impū: quippe qui
neq; beneficiorū eius meminerāt, & hospites a-
uerſabantur, deniq; mutuis etiā libidinibus sc̄e
inceſtabant. His rebus offensus Deus decreuit
superbiae poenas de illis sumere, & regionē eorū
ad eo uastā reddere, ut post hac nec plantas, nec
fructū ullum produceret. His ita decretis de So-
domis, Abrahamus conspicatus tres angelos
(sedebat enim ad querū Azambrae pro foribus
domiciliū sui) ratuſ effe hospites, assurgens salu-
tauit eos, rogauitq; ut ad se diuertentes frueren-
tur hospitio. Illis uero annuentibus iubet panes ē
simila fieri, & maſlatū uitulum ac assatū sub
querū discubentibus apposuit. At illi nisi sunt
ei comedere, & de uxore quarebant, ubinā effet
d Sara:

Saræ quo referente, intus eam esse: aiunt se aliquato post reuersuros, eaq; inueniuros iam matrem. Muliere autem arridente, & negare fieri posse, ut liberos gigneret, ipsa nonagenaria, è marito centesimum annū agente: nō sustinuerūt amplius simulare, sed fassi sunt se Dei esse angelos & quod missi essent, unus nuntiariū de filio, duo uero ad dilendos Sodomitas. Quo audito Abrahamus indoluit propter Sodomitas, & surgens deprecatus est Deum ne promiscue iustos cū iniustis perderet. Deo uero negare quemquam Sodomitarū esse bonum, alioqui si uel decem inter eos essent, omnibus remissurum fuisse pœnā: Abrahamus destitit, angeli uero peruerterunt Sodoma. Cines autem cùm uidissent adolescentes forma præstætes ad Zorium diuertisse, ad illudendum per uim etati; eorū sunt uersi. Zoro uero suadente continerent se, nēne in probrum hospitum ruarent, sed hospitio suo nō nihil honoris haberent: aut si temperare sibi nō quirent, filias se pro illis eorū libidini exhibiturum: ne sic quidem parere uoluerunt. Deus autem illorum audacia cōmorans ad irā, ipsos quidem excæcavit, ne in ades introitum inuenire possent: ceterū Sodomitarum populum uniuersum ad suppliciū adiudicauit. Zorus autem ab ipso præmonitus de futuro excidio, discessit inde, assumpta etiam uxore & duabus filiabus etiamtum innuptis, sponsi eam earum monachem de excundo contemptus

temperant, ut delirum qui talia dicret. Tiam Deus iaculatur telum in urbem, eamq; cū ipsis incolis exurit, & agrum quoq; pari deuastat incendio, quemadmodum mihi iam dictum est in commentarijs quos de bille Iudaico prodidi. Ceterum Loti uxor inter abeundum subinde ad urbem respiciens, & curiosus cladem hanc cōrā mādaium Dei spectas, in statuā salis est uersa: dictum est mihi iam & de illa: nam extat hodie quoq;: ipse uero cum filiabus in paruum quoddam rūs euasit, cui soli ignis omnia circūquaq; uastans pepercit. id Zoor nunc usq; uocatur, sic paruum celebrorum lingua significante. In hac solitudine uitā inopem aliquantis per tolerauit. Puelle uero iniursum genus humanum extin-
 clam rata, astu circumuento parente, cum inscio sunt cōgressa, curantes ne torum genus deficeret. Ex hoc cōgressu nati sunt filij, maiorī Moabites, ac si dicas è patre: juniori Ammanus, quod non men significat filium generis. Horū alter Moabitarum fuit autor, magna gentis etiam nostra etate: alter uero Ammonitarum: uiriq; Syriā Cœlen incolunt. Et in hunc modum Lotus reliquit Sodoma. Abrahamus autem migrā-
 mit in Gerara Palæstina, Sarā acsi sororem se- Gen. 20.
 cum ducens, radem arte qua quondam, nimiriū insidiarum metu: timebat enim Abimelechum eius loci regem, qui & ipse amore Sarā capius, ea potiri cupiebat. Eam cupidinē morbus gra-
 dū = suis impe

uis impeditus, diuinitus immisus: atq; ita mediorum ope constitutus, in somnis admonetur, abstineret se ab iniuria coniugis hospitis. Nox cum meliuscula habere cœpisset, indecat amicis, quod Deus sibi hunc morbum immisisset vindicans ius hospitis, et uxori eius ab iniuria eauēs: nō enim sororem esse, sed uxorem legitimā. Hac locutus Abraham de cōsilio amicorum accusatum, securum esse de pudicitia coniugis iubet. Deum enim eius curā habere, cuius auxilio nihil surpe passam se illi restituere: idq; ita esse Deū iustificatur, & mulieris cōscientiā: ac ne expetuerū quidem eam fuisse, si nupram esse sciuisse. Ad hanc rogabat, ut a quo animo in se esset, Deumq; propitium redderet. Et siue apud se mancet, nihil ei defore, siue abire malle, deductores est pollicitus, & omnia quorum causa ad ipsum uenisset. Hac locuto Abraham nec omnino filiam cōsanguinitatem aiebat, esse enim fratris filia: & sine hac simulatione parum tutā peregrinationē credidisse: ac ni morbi quidē causam ei se fuisse excusabat. Quoniam & salutē regis sibi curae futura, & mansurū quoq; cū illo libenter. Tum rex tā agri quā pecuniarī partem ei cessit, & cōditiones pacis bona fide uirinq; seruandas dixit, fædere cum eo super prius quodam isto, quā Beſtabe uocauerit: ea nox iumenti putum Gen. 21 significat, & id nomine et hoc locis scrutat. Nec ita multo post Abraham filii e Sarra suscepit, iuxta

pit, iuxta promissa Dei, quem Isacum nominauit. Sic risus Hebreis significatur: siquidem risus Saræ dum proles ei iam natu grandi præter expectationem promittitur, in causa suu huius appellationis: ipsa enim erat nonagenaria, Abramus uero annorum centum, ipso anno quo Isacus est natus. Eum oclana mox die circumcidunt, qui mos adhuc Iudeis durat, ut post totidem dies circumcisionem celebrent.

De Ismaele Abrahami filio, ciuisque posteris

Arabibus.

CAP. XII.

ARABES uero post decimuntertium annum id faciunt. Ismael enim genitus eorum auctor Abrahamo è concubina natus, post tantum temporis est circuncisus, de quo iam dicendum.

Amabat Saræ Ismaelem ab initio, è samula Agare natum, non secus ac si ex se esset genitus: albatur enim in spem successionis. Verum postquam ipsa Isacum peperit, nō amplius æquum censembat Ismaelem cum hoc educari: quippe qui natu maior, defuncto cõmuni pare iniuriam ei facile inferre posuisset. Saasit igitur Abrahamo ut eum unà cum matre aliquò ablegaret. Ille uero primum non aduerterebat mentem ad Saræ consilium, rem atrocem ratus, puerū nondum adulcū & mulierem egenam ablegare: tandem uero approbante Dco, Saræ uoluntati paruit, puerumq; matri commisit, nondum per se peregrinationi aptum: & dato eis uite aquæ ac panibus

d 3 insit

iussit ire quod eos necessitas duceret. Et cum desse esset concitus, in anxietate erat mater: cumque nihil aquae supereffret, deposito sub abicie pueru anima agente, ne spectatrix esset expiratis ultius pergebat: cui occurrit angelus Dei, et sonum in propinquuo indicauit, et cura educandi pueri habere iussit: sperandam enim illi eximiam felicitatem e salute Ismaelis. Tum uero mulier meliori spe concepta, cum incidisset in pastores, eorum benignitate misericordia evasit. Postquam autem ad uirilem etatem pervenit, uxorem ei coiunxit Aegyptiā genere, unde et ipsa erat oriund: ex qua Ismael duodecim suscepit liberos: hi erant. Nabrothes, Cedarus, Abdeel, Edumas, Massamus, Mamassus, Masmesus, Chodamus, Themanus, Icturus, Naphesus, Calmasus: hi quicquid terrarum est Euphratē inter et rubrum mare habirant, Nabutae nomine regioni indito. Sunt autem hi a quibus Arabes gentem suā eiusque tribus denominauerūt, tū propter ipsorum uirtutē, tum propter Abrahami autoritatem.

De Isaco legitimo Abrahami filio. C. A. XIII.

Gen. 21. **I**sacum autem Abrahamus supra modum amabat, ut unigenitum, et quem in senectute Dei dono suscepserat: hunc affectum et benevolentiam parentum puer ipse magis ac magis accendebat, omni uirtuti deditus, et tam parceret quam Deum colens: quo successore omnium fortunarum reliquo Abrahamus hand grauauimus

sita excessurus nidebat: id quod ipsi Dei benignitate contigit. Volens tamen pietatis eius xxii. periculū facere, Deus apparuit ei: enumeratisq; omnibus beneficijs in eum collatis, ut uictoria illi de hostib; olim cōcesserit, utq; præsenti felicitate suo favore frueretur, filium Isacum poposcit ut sacrificium & uictimā sibi offerret. Iubibat autem ut in monte Moriorum subductū holocaustum ficeret: sic enim pietatē eius illustrorē fore, si uel filij salutē uoluntati diuina poss haberet. Abraham uero nefas ducēs quavis in re Deo morem non gerere, quin potius per omnia parentum ei, per quem omnes uiueret, calans uxorem tam Dei mandatum, quam suam de pueri cæde sentītam: ac ne famuloruū quidem ulli rem indicans, ne forte aliquis sibi obstaculo esset: assumpcio Isaco cū duobus scrulis, impositisq; in asinum rebus ad sacrificium necessarys, proficisebatur ad montem: ac biduum quidē comitati sunt eum serui: tertia uero die cum iam in prospectu esset mons, relictis alijs in capo cum solo puero ascēdit in montem, in quo post David templum constituit: prebantq; secum quicquid ad sacrificium pertinet, absq; uictima. Isaco uero qui tum uigilium quintum annū agebat, aram apparāte, per contractūq; quidna mactatus esset, nullam habens hostiam: tum ille Deum daturū aiebat, qui potius esset hominibus & quae nō habent largiri, & quae habeant admere, si in illis fiduciā col-

d 4 locent:

locent: daturum ergo sibi quodque uiclimam, si quidem propius esset his sacris interuenetus. Postquam autem structa ara ligna imposuerat, omnibus apparatus sic insit: Fili, mille uotis te experitum, postquam in hanc uitam uenisti, summa cura ac sollicitudine educavi, nihil beatius existimat quam si te uiri uidere daretur, & iadem haredem meae ditionis relinqueret. Sed quoniam Deo uisum est ut te susciperem, ac nunc rursum ut te amittam, fer generose hoc sacrificium. Cedo enim Deo, qui a nobis hunc honorem reposcit, pro perpetuo sauore quo nos belli ac pacis tempore est prosecutus. Nunc igitur natura natus cum sis ut moriaris, non uulgarē habebis uitam exitum, sed a proprio patre patri universorum Deo sacrificio ritu oblatus: ipso, ut credere par est indignum te censente, qui aut morbo, aut bello, aut alia quapiam humana calamitate de uita decedas: sed inter precamina & sacra anima tuam excepta apud se collocabit: ubi memor cur te potissimum educauerim senectutem meam sustentabis, non quidem per seipsum, sed Deum tuhi curatore tuo loco relinquentis. Tum Iacobus haudquaquam a tanto parcere degener, libenter hac uerba accepit, negans se dignum qui unquam natus esset, si tam Dei quam patris decreto reluctas, non alacriter se præberet uiriusque placuisse: quandoquidem etiam si pater solus uita nullus, natus esset non obsequi: amque minimum aberat quin perpetraretur facinus, nisi Deus

Deus obstat isset. Inclamat enim nomine Abrahamum, nec pueri intercedens: nō enim cupidime sanguinis humani, pueri cādem imperasse, neq; ut quem patrem ipse fecerat, liberis per impietatem orbaret: sed ut probaret eius animum, an etiam talibus iussis pariturus esset: nunc cognita eius promptitudine ac praeclenti pietate, ratum se habere quicquid illi haecenius concesserat: non defaturam autē nec in posterum suam prouidentiam, tam ipsi, quam eius generi: hunc quoq; filium longissimo tempore uicturū, uitāq; feliciter exulta filiis germanis & probis magnum principatum relicturum. Prædixit etiam fore ut genus eorū in multis gētes crescere, nec minus opibus, quam numero augeretur: ipsorum etiam auctorum eius generis memoriam fore sempiternam: regione quoq; Chananaea bello quaesita, usq; ad inuidiam omnium exterarum gentium fortunatos fore. Hoc oraculo reddito, Deus illis arietem ad uictimam ex improviso praesolo esse uoluit. At illi ex insperato sibi redditio, auditāq; tanta felicitatis promissione, mutuo se complectebantur: mactata deinde uictima, incolumes ad sarcam se receperunt: uixeruntq; beati, omnes eorum conatus Deo prosperante.

Tempore obitus Abrahāni coningis. C. A. XIIIIL

*S*ara autem non multo post moritur, cūm Gen. 13. Suixisset annos uigintiseptem supra centum. Sepulcas est in Hebronē, Chananeis publicè ius
d s sepul

sepulcri offerentibus. *Abrahamus* tamen maliuit sepulturæ locū quadringentis sicutis emere de Ephremo quodam Hebronensi ciue: ubi monumenta eius & posterorum sunt exædificata.

Quomodo è Chætura Abrahamo nupta Troglo-dytarum gens prouenit. C A P. X V.

x x i i i. *P*ost hæc duxit Chætura, ex qua nati sunt
Ge. 24.25 *Pei filij sex, uiri prudētes & industrij. Zem-branes, Iazares, Madanes, Madianes, Zufubacius, Suus: qui & ipsi filios habuerūt. Suo Sabæanis natus est & Dadanes. huic Latusimus, Asurus, Luures. Madianis uero fuerūt, Ephæ, Ophres, Anochus, Ebidas, Eldas. His omnibus filijs ac nepotibus *Abrahamus* deducendi colonias fuit autor, occupaueruntq; Troglyticam regionem, & Arabia Felicis quicquid ad rubrum mare pertinet. Fertur etiam q; hic Ophres cum exercitu prosectoris occupauit Libyā, quam postea nepotes eius tenuerunt, *Aphricā* ab ipso denominata. Attestatur huic opinioni & Alexander Polyhistor sic scribēs, Cleodemus, inquit, propheta, cognomine Malchus, qui ad imitationem Mosis legislatoris Iudeorū historiam conduxit, narrat *Abrahamum* è Chætura aliquot filios suscepisse, tres nominatim recensens, *Aphram*, *Sarim*, *Taphram*: à *Sari* appellatam *Affyriam*: ab *Aphra* uero & *Taphra* urbem *Aphrem* & regionē *Aphricam* nominatas: hos enim duæ Herculis in Libya militasse contra*

contra Anteum. Herculem etiam ex Aphra
 filia genuisse filium Dedorum, ex hoc sophonem
 prognatum, à quo sophaces barbari habent no-
 men. Isaco autem iam fermè quadragenario XXIII.
 Abrahamus pater coniungere uolens uxorem
 Rebeccam Nachoris fratri sui neptem, mittit
 maximum natu famulorum ad sponsalia, prius
 accepta fide obligatum: modus uero deuinciendi
 fuit talis. Subditis alter aletri manibus sub fe-
 mora, Deum ita testem inuocabant eorum qua
 destinauerant. Misit etiā dona ad illos uel rara
 illuc uel nunquam antè uisa. Profectus autem fa-
 midus diuturnū iter faciens, eo quod difficilis es-
 set transitus per Mesopotamiam, hyeme propter
 caeni altitudinem, estate ob aquarum inopiam,
 ad hanc propter latrocinia quae uitari non po-
 tent, nisi à cautis, tandem peruenit ad urbem
 Carras: & cum uenisset in suburbium, incidit in
 complures puellas eantes aquatum: moxq; imra
 se precatur, si Dco grata forent hæ nuptiae, ue
 inter illas inueniretur Rebecca, ad quam filio de-
 sponsandam Abrahamus eum miserat: & hoc
 signo dignoscereetur, quod ceteris negatis ipsa
 potum rogati praberet. Hæc secum uolutans ac-
 cedit ad puerum, poscens ab eis potum. Illis uero
 causatis aquam se nō sine labore acquirere,
 quam domum deferant, non alijs præbeant: una
 omnium obiurgatis reliquis, nigado eas unquam
 inter homines uersatas, quæ ne aquam quidem
 impar

impariarent, benignè hospiti potum offert. At
 ille certa iam spe de exeniu concepta, nolens tam-
 men uerum cognoscere, collaudata prius uirginis
 indole & benignitate, quæ uel cum sua fanga-
 tione roganti subministrare nō granaretur, sci-
 scitatur ex quibus nam esset parentibus, gratu-
 latus eis talem filiam & imprecatus ut eam ex
 animi similitudine uiro probo elocarent, ex quo ger-
 manos ac legitimos liberos pareret. Puella in hoc
 quoq; ei gratificatura genus suum indicat. Re-
 becca, inquit, mihi nomine est, pater uero fuit Ba-
 abuel, quo defuncto Labanus frater meus & do-
 num curat & matrem, mea quoq; uirginitatis
 uior. His cognitis homo gaudebat ob ea quæ sibi
 accidèrent, quæq; audiuerit: manifesto cernens
 Deum hoc iter prosperare: prolatio deinde mo-
 niti & alijs quibusdam ornamentijs, quibus atas
 ea delectatur, obtulit puella, dicens hāc esse gra-
 tiā & honorem pro cōmunicatio potis, ipsamq;
 dignam quæ accipiat, cum inicr̄t̄ se uirgines bo-
 nitas eius emineat: rogabat ciā ut ad dome-
 sticos ipsius dñherere licet, quādōquidem nocte
 iam apperente ulterius progredi non deuerit: ferre
 se mūdum muliebrem magni pretij, qui nusquam
 iūior esse posse quam apud eos, quorum probi-
 tatem iam esse expertus: conjectura enim se fa-
 cere ex ipsius morib⁹, matrē quoq; & fratrem
 pari humanitate esse prædictos, neq; granatim
 hospitem admissuros, præsertim ipsis nec oneri
 nec

nec sumptui futurum. Ad hæc illa, bene cum de parentū humanitate coniectare, sed non rectè facere quod tam illiberales suspicetur, omnia enim sine pretio habiturum, indicatur. et tamen prius Labano fratri, cuius permisso ipsum adducturam. Quo factō postquam adduxit hospitē, serui Labani camellos curando acceperunt, ipse uero ad cœnā cum secum duxit: qua per alia sic cum & matrē puella sūt allocutus: Abrahamus filius est Tharri, uester autē cognatus. Nachores enim tuorū matrona liberoruī auus. Abrahami erat frater, eodē patre eademq; matre prognatus. Is nunc mittit me ad uos, postulans hæc uirginem filio suo coniugē dari, quem legitimū habet & unicū, ad omnium suarū facultatū hereditatē educatū: cui cūm possit opulentissimam quamvis ex eius regionis fœminis diligere, nō est ita uisum: sed malens hunc honorē cognationi sue habere, procurat has nuptias: cuius noluntatem nolie colemere: diuino enim sauro præter alia qua mihi feliciter in hoc imere successerūt, & puellam hæc, & uistras ades inueni. Propinquus enim iam oppido, cōspicatus multas uirgines putum petētes, optauit ut in hanc inciderem, quod & factum est. Has igitur nuptias auspice Deo cōciliatas, uos quoq; uestra autoritate ratas habetote: & Abrahamū, qui me tam accurate huc misse, uistro annuit honorate. Illi uero cum q̄ rem iam opabilē approbarent, tunc quod

Dei

*Dei sententiā accedere cognoscerent mītūtē eam
quibus postulabūtur cōdūtionibus: duxitq; illam
Iſacus, facultatūm paternarūm iam dominus.*

De obitu Abrahami.

CAP. XVI.

xxv. Gen. 25. **D**efunctus est auem Abrahamus non ita
multo pōst, utr in omni virtute eximius,
et pro sua insigni pietate Deo egregie carus.
*Vixit annos C L X X V . sepulcus est in Hebronē
iuxta uxorem S.tram, communī cura filiorum
suorum, Iſaci et Iſmaelis.*

De Iſaci filiis Eſao & Iacobō, & nativitate eo-
rum.

CAP. XVII.

xxvi. Gen. 25. **D**efuncto autem Abrahamo uxor Iſaci
gerebat uerū: cuius mole crescente indies,
anxius cōſaluit oraculum. Respōſum est, quod mellos
ei paritura Rebeccam, et ab utroq; de cēſuram
gentē autori suo cognominem: et qua minor ui-
debitur, eam fore potiorem: nec multo pōst, sicut
predicū erat, nascuntur ei gemini, quorū gran-
dior à capite ad pedes erat hispidus, minor uero
excuntis ante se calcaneū retinebat. Pater au-
tem amibat seniorē Eſaum ex re cognomē ha-
bentiē: nam Hebrei pilos uocāt Scir. Iacobus uero
iunior à matre amibatur. Fame autē in ea ter-
ra graffante, Iſacus uolens ire in Aegyptū pro-
pter ubertatē regionis, peruenit Gerara, Deo si-
iubēte: rex autē Abimelechus excepit eū, quid
hospitiū et amicitiae ius inter eum et Abraham
nuon intercesserat. cumq; hominē initio magna
bene

benevolentia prosequeretur, motus inuidia nō potuit in eo affectu permanere: uidens enim Deum Isaco propitium, suumq; fauorē declarantē, expulit illam. At ille expertus mutatū p̄e inuidia, secessit nō longe à Geraris in locum qui vocatur Fances: ibi dum foderet puteū, pastores irruentes aggressi sunt armis opus impeditare: sed illo ultrò cedente, nisi sunt uicisse. Mox cūm alio loco fodere cœpisset, rursum uī prohibentibus alijs Abimelechi pastoribus, hūc quoq; puteum imperfectum reliquit, prudenti cōfilio miliorē occasionē expectans. qua deinde oblata, rege sponte fodiendi potestatem faciente, puto Rooboth nomen imposuit, quod significat ampliē prioribus uero alicrū vocauit Escon, hoc est pugnam: alierum Syennā, hoc est inimicitiam. Itaq; Isaci potentia cum opibus in dies magis ac magis crecebat. Abimelech autē ratus contra se forenas Isaci auperi, cum quo parum sincere consuetudinē habuerat, & qui ob similitatis suspicitionem aliquantis per secesserat, ueritus nequando apud eū plus recens offensa quam prislinę amicitię memoria ualeret, nēne iniuriam acceptā uliscere iur, prosectorus ad illū amicitia cūm eo renouat, uno ē suis amicis arburo adhibito: cumq; Isacus pro natura bonitate iniurias suas paternae amicitiae libenter donaret, uoti compos domum est reversus. Aler autem filiorum Isaci, in quem pater erat propensior, quadraginta annos natus,

natus, duxit Adam Melonis, & Alibamen
 Ezebeonis, dynastarum inter Chananeos filias,
 idq; autoritate propria, ne patre quidem cōsu-
 lato: nq; enim ille permisurus erat, si filius senten-
 tiā ipsius expectasset, quippe qui non delēta-
 batur affinitate eius regionis hominū: nolens rā-
 men molestus esse filio, iubendo cum ut mulieres
 missas facceret, decrevit rem totam silencio trans-
 mittere. Sed cūm esset senex, & uisu orbatus, ac-
 cito filio, p̄fatusq; at auct̄, per quam etiam si
 cætitatis calamitas non accessisset, non licet
 sibi amplius Deum solito cultu uenerari, iusſit
 cum uenatum ire. Cura, inquit, ut quod poseris
 capias, & para mihi cœnam: qua simpta pre-
 cabor Deum, ut tibi dignetur esse auxiliator &
 adiutor per omnem uitam tuam: nam mea finis
 quam longe absit incertus sum: qui prius quam
 me opprimat, & equum est ut meis precibus Deum
 tibi faciam propitium. Vadit Esau uenatum:
 interim Rebecca malens Iacobo Deum propitium,
 etiam præter Isaci menē, iubet cum hædis iugu-
 latis cœnā instruere: illc obsequitur matri, iussu
 ipsius omnia faciēs. Cœna uero parata, circum-
 uoluis hædino exuio brachijs, ut cōtablis pilis
 Esau crederecur: nam cetera omnino similis ut
 gemellus hoc solo differebat. Solicius ne maturè
 in malo dolo deprehēsus pro faustis precamini-
 bus diras imprecatiōes reportaret, apponebat
 cœnā patri. Si Isacus sentiens in uoce non nihil
 pecul

~~el santo~~

peculiare, aduocat filium: illo uero protendente
 brachiū hædina pelle amictū, Voce, inquit, pro-
 prior es Iacobo, attamē ob pilositatē Eſaus mihi
 uideris: nec quicquā doli ſuſpicans, iam cœ-
 natuſ ad Deū precibus inuocandū ſe uirtut. Do-
 mine, inquit, omniū ſeculorū, & conditor omniū
 creaturarū, tu patri meo maxima bona pollici-
 tus, etiā mihi praefentim felicitatē es largitus,
 meis quoq; posteris propitiū te fore, & maiori-
 bus beneficys eos cumulaturum promiſſi: hic
 tuus fauor perpetuus fit preccor, néue me propter
 hanc debilitatem deſpicias, que facit ut magis
 etiā ope tua egeam. Scruta pacru hunc propius,
 & ab omni calamitate illas ſum caſtodi: da ei uia
 tam felicem, & poſſeſſionē bonorum que in ea
 ſunt potestate: fac eum formidabilem inimicis,
 apud amicos gratiosum. Sic ille Deum inuoca-
 bat, putāſe Eſao bene precari. Vix absoluerebat,
 preces, cū Eſaus à uenā reueriit, et Iſacus in-
 tellecto errore nihil tamen est commotus. Eſaus
 uero poſtulabat ut ſibi quoq; ſicut fratri face-
 ret: denegante id patre, eo quod omnes preces in
 Iacobū abſumpſiſſet, lugebatur quod uoti cōpos nō
 eſſet: quin & pater mærorē eius morus, ſtudijs
 quidē uenādi, & robore corporis armorūq; pre-
 ſtanija celebrē fore prædictit, eāq; gloria tū ipſi,
 tum eius posteris mansurā ſempiternā ſcruiturū
 tamē fratri. Ceterū cum Iacobus timeret frā x x v i i
 trem, ne pœnas à ſe exigeret ob circumuictum in

uotis faciendis parem, mater cum huic periculo eximit: persuadet enim marito, ut Iacobo Mesopotamiam uxorem daret, propinquā generē: iam enim etiam Esau duxerat Basemmathēn Ismaēlis filiam. Atale enim Chananeis uolebat Isacus cum suis priori affinitate offensi, in quorum gratiam filius Basemmathēn duxit, quam postea magis quam ceteras dilexit.

De Iacobo metu frattis in Mesopotamiam pro-sugo.

CAP. XVIII.

Gen. 18. **I**acobus autē in Mesopotamiam missus à matre, duclurus anūculi sui Labani filiam, cosentiente etiā patre iter faciebat per Chananaeū: cumq; simul ac h̄iberet cūm cā gente, nollebat ad quenquā diuertere, sed sub dio quiescebat, lapide uice puluini capiti subiecto: cui dormīti uisio talis est oblatā. Videre uidebatur scalam à terra ad coelum pertingēt̄, & per eam species descendentes, supra humanā naturā augustinus: & in summa scala Deū manifeste apparet̄, & nominatim se his uerbis cōpellant̄: Iacobē, cūm sis patre bono, & auo ob suā uirtutem celebri prognatus, nō debes praeſenti neceſſitati succubere, sed meliora potius sperare. At ea praeſidio magna te manet felicitas: nam et Abrahamū ego ē Mesopotamia huc adduxi pulsum à cognatis, & patrem tuū beatum reddidi, nec tua conditio deterior est futura: quare bono animo hanc uiam perge, fretus me deductore:

euē

eueniet ex tua sententia cōiugium ad quod pro-
peras, accedent inde & liberi: eorū numerus erit
magnus, & ipsi rursus maiorem prolem post se
relinquent: his ego terra huius imperiū dabo, et
eorū posteris, qui repleturi sunt terrā omnē &
mare quā late sol aspicit: tunc cede ulli uel la-
bori uel periculo, tui curam mihi cōmitiens &
nunc, & magis etiā in posterum. Hoc oraculum
Deus Iacobo reddidit: quo letus ungit lapidē in
quo dormienti tanta spes affulgit, & uotū Deo
facit sacrificaturū se illic, si incolumi & facul-
tatis aucto reditus contingere: quod post re-
ueriens soluit, omniū bonorum suorum decimis
oblatis: honorem etiā loco addidit, Bethel nomi-
nato, quod Græcis domicilium Dei significat. Gen. 29.

Pergens deinde cœptum iter in Ascopotamiā,
tandem peruenit Carras: & cū pastores offendit
in suburbio, & adolescentes ac puellas ad
putrum quendā sedentes, poposcit potum. Hinc
orto sermone percōtatus est, an noſſent quendam
Labanum suum popularē, si fortè adhuc fit ſu-
perstes. Siunt omnibus ſibi notū: neq; enim tal-
lem eſſe ut ignotus eſſe poffit: quin & filiā eius
una paſcere, demirariq; ſe quod nondum adſit:
ex ea facile quae cuperet cognitum. Vix hac
uerba finierunt, cū puella accedit conitantibus
ſuis pastoribus: ei Iacobum oſlendunt, dicentes
hospitem de ipſius patre ſe ſcitarī: quae puella-
rit erga Iacobi aduētu, rogabat quis nā &

e 2 unde

unde ad eos ueniret, & cuius rei causa: addens
 optare se ut possent illi gratificari, quacunq; re
 opus haberet. Iacobus uero non tam cognatione
 aut huius affectu quam in signi puelle forma ca-
 ptus, obstu puit, ut qui per paucas uideras pul-
 chritudine haic cōfrendas. Mihī, inquit, tecum
 & cum tuo patre, si quidē Labani es filia, an-
 tiquior intercedit necessitudo, quam sit uel tu
 et uel mea. Tharro enim Abrahamus, A-
 ranus, & Nachores fuere filii. ex his Bathuelus
 unus annis Nachoris fuit filius: Abrahami uer-
 o & Saræ Aranis filiae Isacus, meus pater: est
 & propinquior ac recētior necessitudo, qua si-
 mus mutuo deuincliti. Rebecca enim mater mea,
 Labani parris tui soror est, eodem patre ac ma-
 tre genita: itaq; cōsobrini sumus ego & tu: &
 nunc uenio salutaturs nos, cognationisq; offi-
 cia, ita ut par est, renouaturus. Et illa memor
 eorum quae de Rebecca ex patre, ut sit, audierat,
 sciensq; parētes desiderare aliquid de ea cogno-
 scere, præ amore parris lachrymabunda ruit in
 collum eius, complexoq; iuuene: Optatissimam,
 inquit, & maximam uoluptatem affers patri
 cum tota familia, qui nunquā matris tuae obli-
 uiscitur, crebram illius mentionem facies: cumq;
 nuntium cum quantanis felicitate nō permittā-
 ret. Tam iubet ne è uestigio se ad pāterē sequar-
 tur, nēc diuina ēū hac uoluptate fraudet. His
 dictis adduxit cum ad Labanū: & agnitus ab
annunc

auunculo, cum ipse fuit securus iam apud suos,
 cum illis inexpectatio aduentu magnā uolupta-
 tē attulit. Post aliquot autē dies Labanus gau-
 dere se quidem eius præsentia magis quā herbis
 exprimere posset aiebat, rogabat tamen quam-
 obrē uenissēt relictis parentibus & ait cōfectis,
 & qui ipsius obsequijs agrē carrent: polliciba-
 tur etiā benignitatē & operam suā in quacūq;
 re opus haberet. Jacobus uero totam ei causam
 recensuit. Isaco esse filios geminos, se et Esaum:
 cum quia fraudatus sit patris fausta impreca-
 tione per matris artē in se translata, cupere se
 interimere, quasi raptorē principatus à Deo de-
 stinati, & reliquorū uotorū paternorum. Hanc
 esse causam sui aduictus, et mādat a matris, præ-
 scribit cū omnes sint inter se consanguinei, sed
 propiore gradu mater. Sperare se in rebus angu-
 stis post Deū præsidū maximū in auunculo re-
 perturū. Labanus contrā omnē illi humanitatē
 pollicetur, cum propter cōmunes auos, cum etiam
 ut affectū sorori absentii debitū erga ipsum præ-
 sentem declararet. Velle se cum gregū suorū ma-
 gistris præficere: & quando ad suos reuerti li-
 buerit, nec indonati nec in honoretū abiturum,
 quemadmodū tam propinquè cognatū deceat.
 Ad hanc Jacobus, se uero libenter accipere con-
 ditionē quantumuis laboriosam, sed æquum esse
 mercedis loco sibi dari Rachelis coniugium, quā
 & ipsius uirintis causa diligenter, & quia eius

opera in tale hospitiū sit introductus: amor enim puerile cogebat cū hāc mentionē iniūcere. Ibi Labanus ipso uulnū leticiā preferens, eius petitio- ni annuit, negans sibi operatiōrē generū potuisse contingere: sed opus esse ut aliquādū secū maneat. In Chananaā enim non missarū filiā, quin & sororis in tam longinquā regionē nuptū dātā propemodum pœnitere. His assentiēte Iacobo, de septē annis est cōuentū: tot enim uoluit servire mercede apud sacerū, ut dato uirū uirtutis specimi- ne, magis cognosceretur quinā uir ēst. Ceterū elapsō præstituto tempore Labanus epulū nuptia- le apparat: noctu uero nō sc̄iētē Iacobo indu- cit in thalamū alteram filiā Rachēle maiorem natu, facieq; non admodū liberali. At ille uino & tenebris fallentibus, cōgressus est cū ea: luce deinde cognito errore ex postulanit cū Labano. Ille uenīā petebat necessitatī, qua cōpulsus hoc fecerit. Nō malitiose, inquit, Liam supposui, sed consuetudine regionis huius cogente: nihil tamē hoc oberit Rachēlis coniugio, sed dabo eam tibi uidenti ac sc̄iēti post alterū septenniū. Passus est hoc sibi persuaderi Jacobus, nec enim aliter fa- cere poterat amore puerile deuinclus: & exācto altero septennio Rachēlem duxit. Erant autem ambabus famulæ additæ à patre, Zelpha Zidē Racheli Bala, nequaquam ancille, subditæ tamen: sed Liam male habebat amor mariti, quo sororem prosequebatur, expectabatq; post par-

CHM

tum se fore in pretio, idq; assiduis precibus à
 Deo contendebat: cumq; puer masculus natus
 esset, & maritus ob hoc prop̄sior in eā fætus,
 Rubelum nominauit, qui sibi miseratione diui-
 na contigisset. Sic enim interpretatur hæc uox.
 Aliquanto pōst nascuntur ei tres alijs: Simeon,
 quod significat exorabilis ei fuisse Deum: Levi,
 quod est fumator societatis: Iudas, quod est gra-
 tiarū actio. Rachel autē herita ne propter fœ-
 cunditatē sororis deteriorē apud maritū condi-
 tione esset, iubet famulam suā Balā cum Iacobo
 cubare: ex ea nascitur puer nomine Dan, quasi
 dicas, Dei iudicium: & aliquanto pōst alter no-
 mine Nephthalim, ac si dicas artificiosum: quod
 mater arte certaucerit cum sororis fœcunditate.
 Idem mox & Lia facit, sororis arte contra eam
 ipsam usq; deducit suā famulam in sui mariti
 accubitu: ex ea quoq; nascitur filius Gadas, for-
 tuitū significare nomine: & post cū Aser, quod
 sonat beatificū, quod mactā fœcunditatis sc̄ Lia
 duceret. Porro cū Rubelus filiorū Lia maximus
 mandragoræ mala matri affirret, Rachel hoc
 uiso cōcupinuit hunc cibū, partemq; a sorore pre-
 cario petiū. Illa uero denegante, iubenteq; con-
 tinuā esse, quod honoris prærogativa apud com-
 munē maritū haberet: Rachel mit̄ gatira indi-
 gnationē sororis ait sc̄ illi uirum cōffuram in se-
 quentem noctem: quam gratiam aliea libenter
 accipiente, Iacobus cum Lut cubauit in Rache-
 lis

lis gratian. Rursum igitur ei filii nascuntur: Is-
 sachares, quod nomen significat ex mercede na-
 tum: & Zabulon, quod significat pignus bene-
 uolentiae: praetereaq; filia Dina. Tandem etiam Ra-
 chel peperit Iosephū filium: ea uox significat ad-
 ditamentum. Hoc toto tempore, quod fuit annorū
 uiginti, paschis saceri & gregibus præfuit: quo
 exacto, & quū esse aiebat, ut cū uxoribus ad suos
 revertere. Socero uero nō permittente, clam hoc
 facere cogitabat: pertinet ab aliq; animū uxorum,
 quomodo latrare essent peregrinationē. Quibus
 cum gratum hoc esset, Rachel sigillis etiam deo-
 rum patriæ religionis sublatiss, unā cū sorore fu-
 giebat: simulq; utriusq; liberi & famulae cum
 suis filiis, asportatis etiā totis quantæ erant fa-
 cultatibus. Abducebat etiā Jacob dimidium
 pecorū, priusquam Laban rescire posset. Sigilla
 uero decoram secū ferebat Rachel: non quod deos
 colaret, quorum contemptū à marito didicerat:
 sed ut si forte pater fugientes assequeretur, ha-
 beret quō confugeret uenia impetratura. La-
 bus autem post unā diem cognito Iacobi &
 filiarum discessu, indignatus persequebatur cum
 cum ualida manu, & septima demū die depre-
 hendit eos in quodā colle quiescentes: quinq; esset
 dicti serum, ab omni uir se continuie, per noctē ue-
 ro Deus in somnis illi uisus uertuit ne quid in
 deprehensum in sua generū cum filiabus du-
 riuis præ ira consulere: sed potius fœdus cum eo
 fecer

feriret: nēue paucitatem fugientium cōtemperet,
 alioqui se illis propugnatorē futurum. s. quēcī
 uerò luce Labanus Jacobū ad colloquium euocat,
 non dissimulans oraculum: quāmq; ille fidei
 eius se commissifit, cœpit hominē accusare. ex-
 probrās quōd pauperē omniumq; egenū susce-
 pisset, & de suis facultatibus abude ipsi suppe-
 ditasset. Propriera filias, inquit, tibi coniunxi,
 putans hoc pæclo bēnevolentiam erga nos tuam
 fore firmiore: tu uero neq; matrem tuā &
 communem sanguinē, neq; uxores apud nos ductas,
 neq; liberos quorū ego annus sum, reuictus nō ali-
 ter quā hostē me traxisti: rapuisti mea bona, fi-
 liabus ut parentē fugerēt autor suisti, sacra pa-
 tria domū tecū portasti, & apud maiores meos
 et apud me in summa ueneratiōc habita: et qua
 uix hostis hosti faceret, tu cognatus, è sorore ne-
 pos, gener, hospes ac domesticus cōmictor mihi fe-
 cisti. Jacobus comrā pro se afferibat, nō sibi sōli
 sed omnibus esse innatū patria desiderii, aquāq;
 ut post tanti temporis moras tandem ad eam re-
 huc erat. Quōd uerò præde, inquit, abacta cri-
 men obiçis, ipse iniustitiæ sub alio iudice dāna-
 veris. Cum enim gratiam mihi pro facultatibus
 tuis conseruatis & auclis debcas, an non ini-
 quam est agreferre, quōd partem carum modi-
 cam usurpanimus? certè quod ad filias attinet,
 scito non hoc ledendi animo a me factum, sed
 caritatis coniugalis hoc esse officium: sequun-

eur igitur non tam me quām suos liberos. Hac pro se. Retorquebat deinde accusationem in ipsum, quod auunculus ac socer duris manda-tis cum per annos x. x. uexauerit: & illa quidē quae nuptiarum spe tulterit, quamvis per se gra-mia, sibi tamen leuiora fuisse: quae uero postea secuta sunt, mulio grauiora, quae nemo nisi bene-holus perferret. Etenim Labanus ualde iniquè Jacobum tractauerait: uidens enim eū in omni-bus rebus à Deo adiuuari, pollicebatur ei datu-rum se futuros fætus, modò quicquid album na-sceretur, modò quicquid nigrū: cum uero magno numero nasceretur qua Jacobo destinata essent, non seruabat fidē in præsens, sed in proxime se-quentem annum promittebat, quod esset ad rem attētior, promiciens quidē eo quod non speraret tantū prouentū, ac mox ubi prouenerat fallens: sacras tamen effigies permissum est inquirere. Rachel autē cognito patrē permissa potestare uili uelle, deponit sigilla in sarcinam camelī qua ipsa uectabatur, sedebatq; desuper, dicēs se mō-struis laborare: & Laban destituit amplius in-quirere, credens filiam sic affectā non fuisse fa-cris proprius accessuram. Post hæc offensæ uenia pollicetur, uicissim alter amorē filiarū, idq; iure iurādo fanciunt. Hoc sœdus iēlū est super monte quod. in. ubi columnam exerunt aræ speciei unde Galades collinomen factum, à quo Ga-ladina terra est dicta. Post sœdus cœnui-
nū

uio celebrato, Laban ad sua rediit. Iacobo autem
 in Chanaanam iter cœptum prosequenti uisio-
 nes obueniebant, bona spem in posterū facientes: Gen.32.
 cui loco Dei castra nomen indidit. Volens autem
 scire animū fratri erga se, præmisit diligenter
 eunū exploraturos, timens cum propter uere-
 rem suspicionē: quos ita fratrem iussit alloquit.
 Ulro se patriā reliquisse, ne cum offenso fratre
 degeret: nunc credere tantū temporis spatiū sa-
 tis ualere ad reconciliationē, ideoq; redire cum
 uxoribus ac liberis & facultatibus industria
 quæstis, ut se & quicquid earū haberet illi de-
 dat, quandoquidem nihil felicius existimet, quā
 ea que Deus largitus est, cū fratre habere cō-
 munia. His nuntiatis Esau uhemēter exilia- Gen.33.
 ratus, occurrit fratri cum cccc. armatis. At
 Iacobus, audiens eum obuiam properare cū tot
 armatis, extimuit ualde. Deo tamen scruatore
 fatus prouidebat pro tempore ne quid detrimē-
 ri acciperet, utq; suos ab iniuria defendaret. Di-
 stributo igitur agmine alios procedere iussit, a-
 lios propere subsequi: ut si quis primos aggredie-
 retur, ad sequens agmē haberet refugium: & hoc
 modo instruclis qui circa se erant, præmituit
 quosdā ad frutē cū muncribus: ea cōstabat in-
 mentis multisq; ac harys quadrupedibus, acci-
 picente placituriis propter raritatem: ueniebant au-
 tem alijs post alios, ut crebrius occurrentes plures
 quā pro numero uideretur: & credibile erat do-
 nis pla-

nis placatum remissurū īrā , si qua adhuc esset
 reliqua: quin & illud mandatū est prēmissis, ut
 blande hominē alloqueretur. His ita per totam
 diē dispositis, noctu mō uit agmē. Cumq; Iobac-
 chum torrentē trāsissent, Jacobus aliquantū ab
 agmine relictus incidit in luctā cū spectro, ipse
 prior laceſitus: eratq; ſuperior. Exclamat igi-
 tur mactū uirtute, qui nō quēuis aduersariū, ſed
 angelum Dei uicerit: idq; illi eſſe magna felici-
 tatis prēſagiū: genuſq; eius nunquā defore, nec
 ullis unquā humanis uiribus poſſe opprimi: inſi-
 fitq; illum poſthac uocari Iſraēlē, quod Hebreis
 angelo relunctantē ſignificat. Hęc ſunt prædicta
 Jacobo, id iſpsum roganii Cūm enim ſenſiſſet an-
 gelum eſſe Dei, precatus eſt ut ex eo fatū ſuum
 cognoscere liccret. His diēlis ſpectrū euauuit. Ja-
 cobus uero letus auditis, imposuit loco nomen
 Phanuel: id ſignificat Dei faciem, ſed quia latū
 nerū inter luctādum leſit, & ipſe poſt eo cibo
 abſtinuit, & nobis illo propter cum uesci nō li-
 cet. Cognito uero fratre iam nō longe abeſſe, iu-
 bet uxores procedere per ſe quāq; cū pedifequiss,
 ut ē longinquo ſpectaret pugnā uirorum, ſi eam
 frater malle: ipſe propior factus adorauit fra-
 trem, nō malē de ſe cogitantem. At Eſaüs co-
 ſalutato, interrogabat de turba mulierū ac pue-
 rorum: & cū didiciffet omnia, uolbat eos de-
 ducre a patrem. Jacobo uero excuſante laſſi-
 tudinem iumentorum, reuersus eſt in Seirā: illie
enim

enim habitabat, uernacula lingua Ioco ab hirsutie sua denominato. Jacobus autem peruenit ad scenas quas uocat, uetus nomen adhuc retinet: inde prosector est sicima, que est urbs Chanaeorum. Et cum esset celebritas apud Sici- Gen.34.
mitas, Dina unica Iacobi filia uenit in urbē ad ius. iudicium cultum mulierū eius regionis: qua uisa Sychemis Emmoris regis filius, raptæ stuprū obiulit: & correptus amore patrē suum rogauit, ut puellam uxorem habere liceret. Ille more ei gerens, uenit ad Jacobum, rogans ut filio suo Dinam in matrimoniu collocaret. Jacobus uero qui neq; negare poterat propter maiestatem roganis, neq; fas putabat alienigenæ filiam nuptium tradere, deliberandi spatiū poposcit. Rex sperans Jacobum assensurum, abiit. Ille uero indicata filiis iniuria sororis, & Emmoris petitione, iussit eos cōsultare quid factō opus esset. Maior pars herebat incerti quid esset agendum. Simeon uero & Iudeus uterimi pueri fratres tale cōsilium inter se capiunt. Observato festo die quo Sicimis & uoluptati & cōmunijs operam dabant, inuasis noctu custodibus sophos corrudiunt: atq; ita facile urbe potiti, mares universos interimunt unā cum rege ac filiis, solis parcentes foeminis: quo facinore citra cōsensum patris perpetrato, sororem reducunt. Jacobum autem ob- Gen.35.
stupratum a idaci & iacta filiorum, indigneq; ferent, Deus per ipsum bono animo esse iussum, iustrare

lustrare tentoria, sacrificiumq; quod olim post somnum illud in profectione Mesopotamena uerat, personare imperat. Itaq; dum lustrat, incidit in Labani deos: nesciuerait enim Rachelem eos furatam. His apud Sicima defossis in terrā sub quadam queru, profectus inde sacrificauit apud Bethela, ubi somnum illud diuinum uidet, iter faciens in Mesopotamiam. Progessus deinde in agrum Ephratanū, Rachelem ibi ex paru mortuam sepelit, solam monumento cognatorum in Hebronē nō illatam. Quam quoniam mirum in modum lugerer, infantulum nominauit. Beniamin, eo quod doloris causa matri fuerit. Atq; hic est filiorum Iacobi numerus, mares duodecim fœmina una. Ex his oculo legitimi, è Zia sex, duo è Rachele: quatuor uero è pedisquis, è singulis duo: quorum nomina iam dixi.

XXVIII. Inde uenit Hebronē in Chanaanā sita, ubi Isacus habitabat. Nec diuturn⁹ fuit eorū cōniictus.

Mors Isaci, & sepultura in Hebronē. C A P. XIX.

Gen. 35. **R**Ebecca enim iam antē defuncta, Isacus quoq; eam sequitur, non multo post filij redditum: & sepultus est a filijs iuxta uxorem in Hebronē, in monumento parentum suorum. Fuit autem Isacus uir Deo charus, & magna prouidentia dignus ab eo habitus, post Abramam patrem: ualde longo etiam tempore uixit. Mortuus ist enim ex aetatis cum uiri uite annis octuaginta quinq; supra centum.

F L. 10

FL. JOSEPHI ANTI-
QVITATVM IVDAICA-
RVM LIBER SE-
CVNDVS.

Quomodo Esau & Iacobus Isaci filii diuiserunt
habitationem, & quod Esao Idumæa, Iacobo
Chananæa contigit.

CAP. I.

DE FVNCTO autē Isaco, filij par-
titi sunt inter se habitationem, nec
ambo paternam retinuerunt: sed
Esau Iebrone fratri concessa ha-
bitavit in serra, & Idumæa dominatus est à Gen. 35:
scipso denominata. Adomus enim cognomina-
batur ob causam talem. Olim adoleſcens etiam
rum reuersus à uenatu famelicus offendit fra-
trum coquimentum sibi p̄fī in prandium lenticulam
rubentem colore, quo magis etiam excitatus, ro-
gauit ut expetuum sibi cibum iraderet. At ille
adiuuante fratribus fame ius primogeniti pro cibo
dare eum cōpulit: coactus enim inedia, cessit ei
suum ius, interposito inueniendo. Ob eius cibi
colorē à collatoribus adolescentibus Adomus
est per ludilrium cognominatus. Adoma enim
Hebreis significat rubens: id nomen post in re-
gionem ipsius ditionis est deriuatum, quod Gra-
ci in mollius deflexerūt, Idumæam dicendo. Ge-
nuit autem filios noncro quinq; ex his Iesus, Io- Gen. 38.
lamus, et Corcus eadem matre Albama nati:

ex rcl

ex reliquis duobus Aliphazem Asa, Raguelim &osametha ei peperit. Hos filios habuit Esau. Aliphaz & ite quinq; legitimi filii fuerunt, Themanus, Omerus, Ophus, Iothamus, Occanasus. Nam Amalecus erat nothus, & Thana cōcubina genitus. Hi habitauerūt Idumæa regionē quæ Gobolitis dicitur, & eā quæ de Amaleci nomine Amalecitis est appellata. Quodā enim late patente terrā Idumæa nomē cōpletebatur, cuius partes à primis colonorū inductoribus denominatae appellationes eas postea retinuerunt.

Quomodo Iosephus Iacobi filiorum natu minimus propter somnis futuræ sive felicitatis prænuntia in fratum inuidiam incurrit. C A P. II.

Gen. 37.

Iacobus autem ad tantā felicitatē peruenit, ad quantam uix alius quisquam: nam et opibus excellebat inter eius regionis homines, et propter filiorum uirtutes beatus erat ac conspicuus: nihil enim eis deerat, sed industrij fuere omnes, & generosa quadā fortitudine simul ac prudentia prædilecta. Tantam autē ipsius felicitatis curam gerebat cœlestē nāmē, ut etiam ex rebus (sic ut cum uidetur) aduersis maximorum honorū occasione præberet, & per ipsum eiusq; liberos parentibus nostris niam ad exitium ex Aegypto præstrueret ac præmuniret. Iosephus è Rachele sibi natū pater tum ob corporis præstantiam, tum ob animi uirtutē (erat enim prudensissimus) præcateris liberis amabat: is par-

renit

el felij s. b.

rentis affectus odium & inuidiam fratrum in
 eum prouocauit: accesserunt eò somnia, que sibi
 uisa patri ac illis indicauit magnæ felicitatis
 prænuntia, que res etiam coniunctissimos ad a-
 mulationem facile concitat. Visiones autem Iо-
 sephi fuere tales: Atissus cum fratribus à patre
 ad colligendas fruges mesis tempore, visione ui-
 dit que non poterat existimari una ex ipsis uul-
 garibus quales in somnis obuersari solent: eam
 experrectus fratribus interpretādam narravit,
 dicens uisum sibi præterita nocte suū tritici ma-
 nipulum stare loco, illorum uero manipulos ac-
 currentes adorare cum: quod uidebatur & am-
 plam fortunā ipsi prænuntiare, & fratres quo-
 que in eius potestate futuros. At illi nihil tale
 Iosepho sunt interpretati, dissimulantes se intel-
 ligere: sed taciti precabantur irritum fieri præ-
 sagium, ipsumq; maiore etiam odio prosequen-
 bantur. Deus autem aduersus eorum inuidiam
 contendens, alteram uisionem Iosepho immisit,
 priore magis mirabilem. Vidit enim solem cum
 luna & undecim stellis descendere in terram,
 & adorare ipsum. Hoc somnum in præsentia
 fratrum, nihil mali de ipsis suspicatus, patri in-
 indicauit, rogans ut interpretari dignaretur: quod
 ei non mediocri fuit uoluptati. Præsagium enim
 somniū colligens, & sapienter cœntū conūciens,
 gaudebat eo quod ingens filio felicitas portendi-
 uideretur: cœnturum olim tempus quando tam

f

à paren

à parentibus quām à fratribus adoratione dignus haberetur. Intelligebat per solem ac lunā patrem & matrem, quod altera augeret omnia & aleret, alter formam rebus & uim inderet. Porrò stellarum nomine fratres accipiebat, tum quod numerus non discreparet, tum quia uim à sole & luna habeat. Et Iacobus quidem ealem interpretationem non imprudenter attulit. Fratres autem Iosephi ualde contristauit id praesagium, haud aliter quām si alieno cuiquam huc felicitas portenderetur, ac non fratri, cum quo pariter omnibus fortunis frui possent, tam felicitatis quām generis sociū: decreueratq; adolescērem tollere: & hoc cōsilio comprobato, frumentis iam collectis, contulerunt se cum pecoribus in Sicima agrum pascuis per cōmodum, non præmonito patre: atq; ibi pastoricias curas obibant. At ille nemine à gregibus ueniente, nec certi quicquam nuntiante, de filijs sollicitus ac mōrens, mittit Iosephum ad greges, cognitum res fratum, & quid agant renuntiatum.

Quomodo Iosephus in Aegyptum uenditus à fratribus illustris ibi factus est, & fratres tandem in sua potestate habuit.

CAP. III.

Gen. 37. **I**lli autem uiso fratre aduentante gaūsi sunt, non ob aduentum germani à patre miseri, sed tanquā inimico in manus suas à Deo tradito: uolebantq; confestim eum interimere, neq; præsentem occasionem elabi sinere. Rubelus autem inter-

inter hos natu maximus uidens eos cōspirasse, conanabatur impetu corū remorari docens quantum facinus molirentur, & qui intam inuidiam pariterum. Nefariam rem haberi tam Dei quā hominum iudicio cedem hominis uel nō cognati: sed lōge sceleratius esse necis fraternē reos apprehendi, quo sublatto etiam in parentem eam iniuriā redundaturā, & matrē quoq; in luculum ac diram orbitatem cōiecturos. Eos respiccent, reputantesq; quantā eis calamitatē allitura sit mors filij eum probi eum natu minimi, abstinerent a tam nefario scelere. Deum qui metiam reverentur spectatorem ac testē cōsiliū cōtra fratrem initi: hunc si à cōcepto desistat, accepturum eorum pœnitentiam atq; resipiscētiām: si pergant, fieri non posse quā exigat ab eis paricidij pœnas, cum nihil ipsius prouidentia latere possit, sine in solitudine admittatur, sine in ciuitate, & bicunq; enim sint homines, existimandum ibi Deum quoq; adesse. Sed & propriam conscientiam post tantum scelus illis aduersariam fore, quam nunquā abire, sine bona sit, sine talis qualis ipsorum foret, si fratrē interficerint. Addebat, ne Iesō quidem fas esse germanum occidere. Satis esse dare ueniam amicis, sic ubi nō fecisse officium uidetur. Josephum uero ne peccasse quidem in illos, cuius etas miseratione potius mercatur, et illos ipsos tuores ac protectores. Causam etiā cedis facinus eorū grauaturā,

si uideantur ob inuidiam futurae felicitatis ei uitam ademisse, qua felicitate propter cognationem ipsis quoque frui licebat. Debere enim ita existimare, ipsorum esse quicquid Deus Iosepho largitus fuerit. Proinde cogitandum eorum grauiorem fore indignationem Dei, si eum quem ipse omni bona fortuna dignum indicasset interimendo, materiam diuinae beneficentiae subtraxerint. Hac Rubetus et his plura commemorans conabatur eos absterrere a paricidio. Postquam autem nihil se proficere uidit, sed omnino ad eadem accensos, consulebat ut saltem modum necis mitiorem eligerent. Dissenseret quidem se primuan pro uirili, sed quandoquidem semel decretum sit fratrem tolli, minus malum futurum si suo consilio pareant. Sic enim uoluntatem eorum habituram effectum, leuiorem tamen ac minus malum, si ad eadem conseratur. Satius esse temperare a manibus, et proiectum in proximum puteum illic extingui sinere, ut saltem manus puras seruarent. In hanc sententiam itum est, abductumque adolescentem Rubetus fuisse religatum demisit sensim in puteum: erat enim satius ficcus. Quo facto abiit pascua quasiturus.

III. Indas autem unus est Iacobi filius, conspicatus negotiatores Arabas Ismaelitici generis, aromaticas et Syriacas merces deferentes in Aegyptum ex Galadena, profecto iam Rubeto consilium dedit fratribus ut extractum Iosephum uenderent Arabibus. Et illum enim hoc pacto ablegat

allegatum apud exteros moritum, & se im-
 pollutos permanuros. Quo approbaio, eximunt
 eum, & negotiatoribus uendunt uiginti minis
 annos septemdecim natum. Rubellus autem no-
 ñtu ad puteum ueniens in scrys fratribus seruare
 Iosephum uoluit: quo frustra inclamato suspica-
 tus per suam absentiam interemptu, fratres in-
 cusabat: cognitoq; quid accidisset, lugere desyt.
 His perpetratis fratres cōsultare cœperunt, quo-
 modo patris suspitionē à se alienarent. Placuit
 tandem tunicā qua induitus Iosephus ad eos uene-
 rat, quamq; demittendo in puteū deiraxerāt, la-
 cerata prius sanguine hircino infi. ere, atq; ita
 patri allata ostendere, ut à scris deuoratu putar-
 ret: quo facto uenerunt ad senē, non ignarum de
 infortunio filij. Siebant autē Iosephū quidem
 neq; uidisse se, neq; scire quid illi accideret: tuni-
 cam tamē hanc inuenisse lacerā & cruentatā:
 quamobrē suspicari beluarum incursu perisse, si
 tamē eam induitus domo exiuerit. Jacobus autē
 qui haec tenus leuius malū sperauerat, captiuum
 aliquò abductū puerū, opinionē hanc iam abie-
 cit, cuius argumentū necis tunicā ratus: agno-
 sciebat enim eam esse qua induitū miserat: iamq;
 haud aliter quā extincto se afflīctans, lugebat
 tanquam unicū, aliorum cōsolationem nō admit-
 tens, quod nihil dubitaret in iuncte à scris de-
 uoratum. sedebat ergo facco amictus, & neq;
 filij consolando quicquam proficiebant, nec ipse

lucrum satiitate remittet. Iosephum autem de
 negotiacionibus imperii Petephres vir Aegy-
 peius, qui Tharaois his coquis praecrat, habuit li-
 beraliter, quem & disciplinis ingenuorum cru-
 diendum curauit, & uicelu cōmodiore quam pro
 seruili conditione uti praecepit: deniq; totius do-
 mus cura praeposuit. Ille uero fruendatur concessis,
 nec tamen innatam uirtutē propier hanc sui fla-
 tus mutationem amusit: docuitq; prudētiam ad-
 uersanti fortune non succumbere, si quis ea legi-
 time, & non secundis tantum in rebus uiatur.
 Hoc enim uxor cum dexteritate eius, cum for-
 ma in amorem illecta, rataq; si rem aperiret se
 facilius copitaram, & in parte felicitatis ha-
 biturum si cōtingeret ab hera se rogari, & simas
 eum magis ex præsenti conditione, quam ex im-
 mutabili morū generositate, cōcupiscentia dete-
 ctā mentionem de cōcubitu facit. Si ille præces
 eius repulit, nefas ducens talē ei gratiam referre,
 quæ cum tam benigni domini cōtumelia & in-
 iuria coniuncta esset: quin & ipsam hortabatur
 ut marbo suo repugnaret, negans unquā se in hac
 re illi obsequiatur. Desineret sperare, quo potiri
 non liccat: sic enim fore ut mala cupiditas facile
 sedetur, se quiduis potius perpeccurum, quam ut
 huic eius uoluntati parcat: quamvis enim aduer-
 sari heræ seruē non debeat, ipsam tamen rei fix-
 ditatem reclamare ne quid tale admittatur. Il-
 lam uero repulsa magis etiam accendebat, quod
non

non putaret Iosephum pernegaturum: & nō cef-
sante morbo, secundas illi machinas admouere
cogitat. Ergo publico festo inſlante, cuius cele-
britatem ſeminas quoq; frequentare mos erat,
fingit morbū apud maritū, captans ſolitudinem,
& ad Iosephum ſollicitandum opportunitatem:
quā nacl. & ſupplex blandicijs talibus cum adori-
tur. Satius quidē erat primis precibus non repu-
gnantē cedere, idq; uel dignitati preeatis deferre,
uel amoris uhemētie, qua cogēc oblitia me do-
minā ad tam abiecta uerba descendī: ſapies ta-
men ſi uel nunc cedes, & prius erratū corriges:
ſine enim iucrū rogari expeſtabas, iam facio ac-
curatiū etiā quam eunt: nam & agritudinē ad
hoc finxi, & festi lacitiam tuae cōſuetudini poſt-
habui: ſine prius diſſidebas, non tentari te mali-
tioſe certo argumēto colligere potes, quia in ea-
dem uoluntate perſtī: quare aut præſentē uolu-
ptatē elige, & amanti obſequere, maiora etiam
commoda expellās: aut odīm meum & uindi-
Etam, ſi mea gratia & caſtitatis opinione præferes.
Nihil ea te iuuabit, mihi crede, ſi ad maritū te
deſerā, & deſupro me appellata dicam: quan-
tumlibet tua ucriorā ſuerint, meis uerbis maio-
rem fidem habiturus iſt Petephres, quām tuis.
& d' hac uerba lacrymasq; uerborum teſtes, nec
miseratione induci, nec terrorē cogi potuit, quo
minus perſtarerit in ſuo pudicitiā & proposicio: con-
ſtanterq; reſtitit intentanti iniuſtā afflitionem,

malens acerbissima quacq; sufferre, quam eblaius
 perfisi: non ignorans iusto se dignum supplicio, si
 quicquam tale in mulieris gratiam admitteret.
 Ipsam quoq; officij sui monuit, iurisq; coingalis
 ac consuetudinis, iubens huius maiorem habere
 rationē, quam momentanea libidinis: huic enim
 praeſto esse pœnitētiam, que factū quidem doleat,
 infectū tamen reddere nō posſit: adesse & timo-
 rem cōtinuum, qui pro magnō habeat non prodi-
 sum dedecus: at coniugalē consuetudinē & uo-
 luptatē habere securam, & cōſcientiæ fiduciam
 tam apud Deum quam apud homines: quin &
 conducibilius esse, si impolluta manēs habeat se
 herili iure subdūtū, potius quam flagitiū cōmuniſ
 cōſciū: ſatiuſ enim eſſe cōſcientia recte facto-
 rum, quam peccati latebris fidere. Hie & alijs
 ſimilibus uerbis mulieris impetū retundere con-
 batuſ, etamq; à praua affectione ad rationis ar-
 bitrium reuocare. At illa uhem̄tius infabat,
 & cum uerbis nihil proficeret, mieclis manibus
 hominē ad obsequium cogere nicebat. Ibi uero
 Iosephus intemperias mulieris ulterius nō ferens,
 reliqua etiā interula ex qua retinebatur, proſilit
 ē cubiculo. Illa partim repulſa dolore, partim
 meū ne ſuam perulaniā maritus cognofceret,
 decreuit prior Iosephū falſo deferre, & hoc pa-
 clo uitadiſta de eo ſumere, dignū muliebri aſtutia
 rata, ſi accusationē praeoccuparet: itaq; ſedebat
 mōrenſ & periuurbata, qui erat dolor ob fru-
 ſiratam

strata libidine, esse indignationē tentat & pudicitia simulans. Marito autē reverso, & ad hūc
 aspeclum turbato, causamq; scit ante: Ne uinas,
 inquit, marite, ni scelosū seruū, cubile tuum uiolare
 conatiū, digna pœna mulctaueris, oblitū &
 qualis in aedes nostras uenerit, & quāta benevolentia
 sit à te cōplexus: qui ingratissimus haben-
 dus ni omnibus modis frugi se approbaret, ne à
 coniugio quidē tuo iniuria abstinuit: idq; die fe-
 sto obseruata absentia tua, ut facile appareat,
 modestiam quam prius præ se ferebat, ab herili
 meū, non ab indole recta profectā. Quod ut au-
 deret, à te præter spem ac meritū indulgente cor-
 ruptus est: uidens enim omnia tua bona fidei ac
 dispensationi sue credita, grandioribusq; cōseruis
 se præpositū, aequum putauit uxorē quoq; tuam
 atrectare: & ut uerbis fidem astrueret, protulit
 tunicā, quasi in collectatione relictā. Petephres
 autem uictus oratione ac lacrymis mulieris, &
 coniugis amori plus aequo tribuens, omisſa am-
 pliore ueritatis inquisitione, collaudata prius
 uxoris fide, audacis facinoris Iosephū damnatum
 in maleficorū carcerem coniecit: ob uxorisq; pu-
 dicitiam magis sibi placebat, testis iam cōperta
 ipsius honestatis. Iosephus autē innocentiam 111.
 suam Deo committēs, neq; se defendere curauit, Gen. 40.
 neq; rem ita ut gesta erat indicare: sed uinculo-
 rum necessitatē tacitus serens, una spe cōsolaba-
 tur, nimirum potentiorem esse Deum his qui se

f s minxer

minxerat, cuius prouidentiam cōfīstīm est exper-
 tus. Cuſtis enim carceris tum fidem eius ac dili-
 gentiam in absoluendis operū pensis considerans,
 tum formē dignitatem, soluit eum à uinculis,
 tamq; misericordiam aliquātio leuiorem reddidit: ni-
 cētu etiam commodiore quām reliquos uinculos uti
 permisit. Ceterū his qui in eodem erant erga-
 stulo, quoties labor intermitteretur, confabulan-
 tibus ita ut solent misericordiarum socij. Et inter se
 causam damnationis percontantibus, pincerna
 quidam regi charus, per iram ab illo ad compe-
 des damnatus, familiaritatē cum Iosepho con-
 traxit: Et quia prudentem existimauit, uisum
 somnium ei exposuit, orās indicaret si quod sub-
 esset praesagium, deplorans suum infortunium,
 cui non satis erat regis indignatio, nisi per quie-
 tem etiam somniūs diuinitus curbaretur. Siebat
 enim se in somnis uidisse trium palmium uitis
 unas ē singulis enatas pendere grandes iam Et
 uindemiae tempestiuas: casq; se exprimere, sub-
 dente rege phialam. colatum deinde mustum se
 obtulisse regi, illumq; libenter bibisse. Narrato
 hoc somnio rogabat, ut si quid scientia datum à
 Deo haberet, interpres uisionis esse dignaretur.
 Ille uero bono animo hominem esse iubet, Et ex-
 pectare intra triduum solutionem à uinculis, re-
 ge ipsius ministerium requirente, ad quod ei de-
 nūo sit rediendum. Interpretabatur enim uitem
 fructum mortalibus in bonum usum afferre,
 quando

quandoquidem eo conciliante fides ac amicitia
 inter ipsos sanciatur, & inimicitia dissoluatur,
 adhac molestiae meroresq; usu eius discutiantur,
 pro quibus letitia succedit. Hunc ait, in-
 quic, manibus tuis expressum accepisse regem.
 Scito igitur bonum tibi somnium oblatum, &
 significare misericordia huius remissionem intra tot
 dies, ex quos palmisibus fructum uindemiasisti in
 somnijs. Tu uero memento mei postquam cuen-
 tus hanc faustam predicationem non falsam ap-
 probauerit: & iam liber ne despiceris nos in hac
 miseria, in qua relinquimus te ad prænuntiatam
 hanc felicitatem discedente: neq; enim fontes in
 haec uincula sumus compulsi, sed ob uiriuem ac
 modestiam quasi malefici puniuntur, quod potio-
 rem habuerimus honorem domus in qua uersa-
 banus, & eius qui nos huic conseruit, quam pro-
 priam uoluptatem. Atq; ita pincerna, ut par-
 erat, latus hoc interpretatione euentum expe-
 etabat. Alius uero quidam seruus pisloribus re-
 gis propositus, in eisdem uinculis degens cum pin-
 cerna, ex tam fausta Iosephi interpretatione spe
 concepta, quia & ipse somnium uiderat, rogat
 eum quidnam sibi quoq; præterita noctis uisio
 portenderet: erat autem huiusmodi: Tria cani-
 stra, inquit, supra caput bainulare nubi uidebar:
 ex his duo panibus erant plena, tertium carnibus
 & uarijs edulij, qualia regibus apparari solent.
 Deuolantes autem alites absumpisse omnia, ipso
 licet

licet arcenie nihil deterritas. His dictis simile priori praesagiū expectabat. Tum Josephus conjectura somnij facta, prefatusq; quod mallet ei latiora prænuntiare, quam quæ somnium portenderet, dicit duos omnino dies uita ipsi superesse, hoc enim significare canistra: tertia uero cruci suffixum ab alibus deuorandum, quas à se arcere non posset. Nec aliter euenerit uirisq; quam ut Josephus predixerat. Ad præscriptam enim in somnijs diem rex natalitium epithum celebrans, præpositum pistorum in crucem egit: pincernam uinculus exemptum ministerio pristino restituuit. Josephum autem post biennij tempus in miseria carceris exactum, nihil interim ab ingratissimo pincerna adiutum, Deus eripuit tali uia ad libertatem præstructa. Pharaotes rex cum eadē nocte in somnis duas uisiones uidisset, pariterq; interpretationē earum, hanc oblitus, sola somnia retinuit, nihil latū ut cōjicere poterat significatio: conuocatisq; prima luce doctissimus Aegyptiorū, interpretationē requirebat. Illis uero nihil explicatisbus, tanto magis rex turbabatur. Quo uiso pincernā subit recordatio Josephi, eiusq; in hoc genus cōiecturis prudētia: & adito rege, indicauit ei de Josepho, & de uisione in carcere agēti sibi oblata, eiusq; euētu iuxta illius interpretationem: quodq; eadē die pistorum præpositus cruci suffixus tanto magis fidem prædictionibus eius astruxerū. Vinctum autē à Petephre coquorum

rum praefecto, cuius esset seruus: ipsum autem dicere, apud Hebreos se generem ac parentibus cum primis claris natu. Hunc, inquit, euocari iubeto, neque cōtempseris hominem propter presentem misericordiam: clare enim significata somniorum ex eo discere poteris. Conferim igitur accessum rex, manusque; apprehensum comiter his uerbis alloquitur: Bone iuuenis, quandoquidem te prudenciam indicio famuli mei cognoui, enarras somniorum meorum praesagias, quemadmodum et illi enarrasti, re gratissimam mihi facturas. Cane autem uel meum quicquam supprimas, uel ad gratiam ac uoluptatem loquaris: sed uera omnia, etiam si fortasse non admodum leta. Vt sus sum mihi secundum flumen inambulare, uidereque; bones bene pastas et bene magnas numero septem a fluuis ad paludes progredi: et alias totidem a paludibus obuiam eis factas, uehemque extenuatas matie ac hisu seddas: que cum deuorassent septem illas sagittatas et magnas, nihil tamen profecerunt, miserere a fame uexatae. Post hanc uisionem experrectus est somno turbatusque, dum mecum agito, quidnam sibi uelint spectus per somnum obuersata, obrepente sensim sopore grauatus iterum obdormiui: iterumque somniu uidi priore prodigiosius, quod me magis etiam turbat ac terret. Spicas septem uidebam ab una radice enatas, fruge grauatas et uertice pronas, messaque; iam maturas: iuxta quas totidem alias spicas languidas et prae roris inopia deficiuntibus similes: qua

que cum illas alteras ingētes ac pulchras absam
psiffent, actionitū miraculo me reddiderunt. Ad
haec Iosephus, somniū hoc Rex, duplice licet spe-
cie usum, unū tamen & eundē cūntū significat.
Namq; & boves animal aratro & labori na-
tum, uise ab exilioribus deuorari, & spīce à de-
terioribus absumptae, samē Aegypto & sterili-
tatem ad totidē prænūtiā annos, ad quod prius
ubertatis felicitatem, horumq; fertilitatē à toti-
dem sequitūm sterilitate absuēdam. huic ino-
piæ nō facile uideetur prospicere & occurrere: id
quod inde conīcio, quia macra bones deuoratis
pinguis, satiari non potuerūt. Sed ista Deus,
nō ut terreat & cōtristet, prænūtiāt hominibus:
sed ut præmoniti sibi prouideant, quo leuius im-
minenti malo premātur. Tu ergo si uberioris tem-
poris prouentus reposueris ac dispēsaueris, in se-
quentē penuriam Aegyptius non sentiet. Cumq;
rex admiratus Iosephi prudentiā & sapientiam
percontaretur, quonā modo esset in futurū prospī-
ciendum ubertatis tēpore, quo tolerabilior fieret
uetura sterilitas: monuit & cōsuluit Aegyptiūs
ut endum parsimonia, & quod præsentis usui su-
peresset ad futurā necessitatē reseruandū: suasit
etia ut indistā profectiōne frumenti aratores iu-
beret id in horrea cōdere, & quantum sat esset,
& nō amplius populo diſtribueret. Ibi rex tam
cōſilio quam interpretatione Iosephi collaudatis
ipsum huic dispensationi præficit, iubetq; prouī-
dere

dere quæcunq; putaret in rē esse uel ipsius regis.
 uel populi: præfatus neminem sibi uideri magis
 idoneum ad hoc cōsilium exequendum, q̄ ipsum
 eius auctorē. Quia potestate à rege aucto-
 rō, accē-
 pio etiam anulo regis signatorio, & iure purpu-
 rae gestande, in sella curuli sublimis per Aegy-
 ptum circumuectabatur, frumentumq; cōporta-
 bat, tamū inde aratoribus demetriens, quātum in
 alimenta & fementem sufficeret, nemine sciente
 causam cur hoc ficeret. Trigesimū iam aca- V.
 tis annum exegerat, in summo apud regē honore
 habitus, & ob incredibilem prudentiam P̄sonam
 phanechus ab eo cognominatus, quod occulto-
 rum inuentorē significat: sed & coniugium na-
 elus est honoratissimum. Duxit enim, rege cōmu-
 bium hoc procurāt, virginē Petephra Heliopo-
 litani sacerdotis filiam, cui nomen erat Assan-
 the: ex qua & liberos genuit ante agrorū steri-
 litati, ex his maior dicitur est Manasses, quo no-
 mine significatur oblinio, quia meliorē fortunam
 natus uenit in prioris oblinionem: iunior uero
 Ephrāmes, quod redditū significat, eo quod ma-
 iorum suorum libertati restitutus esset. Aegy-
 ptum autem iuxta Iosephi interpretamentum se-
 ptuaginta per diuitiem affluentiam exacto, octauus
 annus fame infestabat, & quia malum impro-
 visum erat, promiscua multitudo graniter labo-
 rans ad fores regie cōstuebat. Rex Iosephum ac-
 cersit, qui mox frumenta diuendendo seruator
 populi

populi citra cōtrouersiam exitit: nec solum eius
regionis hominibus forū aperit, sed etiā exteris,
existimās uniuersum genus homin̄ inter se cognati-
um, & in rebus angustiss fortunatiorū ope sub-
Gen. 24. leuari dignū. Et quoniā eadē calamitas & cha-
nancā & reliquias orbis regiones premebat, Ia-
cobus quoq; omnes filios in Aegyptū frumenta-
rum mittit, cīm cognouisset quod & exteris eo
foro uti liceret, solo Beniamī retēto, quem ē Ra-
chēle susceperebat, uterinum Iosephi fratrem. Qui
postquam in Aegyptū peruenere, Iosephū acce-
dunt, mercatū sibi permitti rogantes: nihil enim
nisi ex ipsius sentētia gerebatur: nā tum demum
regem coluisse proderat, si ne Iosephi quidē grā-
tia negligetur. Ille agnitis fratribus, nihil tum
minus quam de se cogitantibus, quod adolescens
ab eis distractus iam per etatē faciei lineamēta
mutauerat, ac de tanta dignitate ne suspicari
quidē poterant tētare eos decreuit, quali mente
essent prædicti: nam & frumenti emēdi potestatem
eis negavit, et pro speculatoribus cōprehendi uo-
luit, dicens cōuenisse ē diuersis regionibus, & co-
gnationē simulare: qui enim fieri posse ut uir pri-
uatus tot tam insignes filios educauerit, quae se-
licitas uel regibus raro cōtingeret. Id faciebat ut
de patre cognosceret, quōne in statu per suā ab-
senſiam res eius interim fuerint, quid ue de Ben-
iamīne sit factum. solicitus enim erat ne & eum,
quem admodum se, de medio sustulerint. At illos
magnus

magnus paucor occupat, immenſens periculi reputantes, & fruſtra ſe tantum iucy emenſos exiſtimantes: cumq; crimen amolicendū uiderent, Rubelus natu maximus ſic cōmune causam agere cœpit. Nos neq; ſpeculatū huic uenimus, neq; regi dāmū aliquod allaturi: ſed dira fames cuius effugii querimus, uenire huic cōpulit, fretos uera humanitate, quos nō ciuibis ſolis, ſed exterris quoq; ſalutē uobis debituris frumentum uenale proposuiffe audiuiimus. Quod autē fratres ſimus & ex eodē ſanguine, uel facies noſtræ argumēto ſunt non adinodū inter ſe uariātes. Pater nobis eſt Iacobus uir Hebreus, qui nos duodecim ē quatuor mulieribus ſucepti, qui donec omnes eſſent incolumes, res noſtræ ſatis proſperaſſuerunt. Caterū uno, cui Iofephō fuit nomen, abſumpio, domeſtīca & fortune in peius labi cœperunt. Pater in perpetuo luciu eſt, cuius lamētatio non minus nos afficit, quam olim ſuauifimis fratris immaturus interitus: nunc frumentatum uenimus, patris cura Beniamini natu minimo commiſſa. Hac ita eſſe, potes aliquo ad noſtrā domum miſſo cognoscere. Hac Rubelus pro ſe ac fratribus, quo falſam Iofephō ſuſpitionem eximeret: qui cognito patrem ac fratrem eſſe incolumes, iubet eos includi in carcerem, quaſi per otium quaſtioni admoturus. Post triuum deinde productis, quoniā, inquit, affueratis uos in detrimentum regis ac regni non ueniffe, fratresq;

LIBROS

DEL DR.

EL MARQUES

tresq; esse ex patre quicm nominastis, facietis
 muli fidem hac ita s; habere, si relicto interim
 uno ex uobis apud me nihil durius passuro, cum
 frumento ad patrem possest, rursum ad me reuer-
 tamini, adducetes uobiscū fratrem quē aieba-
 tis illuc relictū esse: hoc enim erit argumentum
 nos nihil fingere. His uerbis perculsi, ratiq; iam
 extremam calamitatem instare, lamentabatur
 fortuna sua, crebro iactantes, adesse diras ultri-
 ces fratris per summā immanitatem oppressi. Rubi-
 belus insuper increpabat seram & inutile eorū
 pænitentia, fortiter serenda mala dictans quæ
 Deus innocētiæ uindex in impios fratres immitt-
 eret. Talibus se iniucim alloquabantur, creden-
 tes lingue hebreæ gnarum interesse neminem,
 merebantq; omnes tacti uerbis Rubeli, & sce-
 lus perpetratum damnabant, ac si non ipsi essent
 autores facinoris, cui tum iustissimam pœnam à
 Deo iudicabant infligendam. In hac anxietate
 constitutos uidēs Iosephus, disimulari fr̄trem
 ulterius non ualens, quod lacrymae iam prorū-
 perent, quas etiam eum calari uolbat subduxit
 se de medio. Nec multo post reuersus, retento Si-
 meone qui interim obſcis esset dum fratres ad se
 redirent, frumentū emere permisso abire iussit,
 quum prius uni ē suis mādasset, ut pecunia quā
 pro frumento attulerat, clam in sarcinas indita,
 potestate abeundi eis faceret: per igit mandata
 famulus Iacobi uero filij reuersi in Chananæam,
 ven

renuntiauerunt patri quicquid eis in Aegypto
 acciderat, & quod pro specul uoribus regni sue
 vint cōprehensi: quumq; diceret frātres se esse, et
 undecimū domi relictū apud patrē nolle esse illos
 credere: relictū etiam Simeonē aīud prāfidem,
 donec Beniamin illuc profectus, uerbis corū fidō
 astrueret: postulabāntq; ut pater nihil sollicitus
 iuuenc cum eis muteret. Iacobo uero filiorū fa-
 elum displicuit, & cū ne Simeonem quidem illic
 relictū probaret, morte durius putabat etiam
 Beniamine priuari: ac ne Rubelo quidē rogante,
 filiosq; suos dedente, ut si quid Beniamini acci-
 disset in itinre, in illos axius scuiret, Iacobo ut
 assentiret persuaderi potuit. Si illos quid agē-
 dum incertos magis etiā terruit pecunia reperta
 in saccis frumentarīs. Ceterū d̄ficiēte iam tri- Gen. 43:
 tico, urgentie fame cōpulsus Iacobus delibrauit
 Beniaminē unā cum reliquis matre: non enim
 licebat eis in Aegyptū reuerti, nisi seruato pa-
 éto. Cumq; indies maior necessitas incūberet, &
 filii rogare non d̄sineret, adhuc tamē h̄sita-
 bat. Tandē Iudas uir natura uachēs coepit li-
 berius arguere patrē, quod nimis de frātre soli-
 citus esset, cui nihil pr̄ter uoluntatē Dei posse
 accidere siue foris sue domi: sc̄ uero in certā per-
 niciē tradī, dum ob inanem de puero curam
 unicū à Pharaohē pr̄fidiū admittitur: habendā
 etiam rationem Simeonis incolumentis, ne dum
 Beniaminem peregrinationi cōmūtere cu-
 mī

tur, interim ille ab Aegyptiis occidatur: crederet Deo salute filij: se certe aut cum salvi reducitur, aut illic una perituri. Te cum domi Jacobus cedes tradit eis puerum, et duplex frumenti pretium: addit et dona ferenda Iosepho ex prouetu Chananea, balaninu unguentu, stacten, cerebinthum et mel: atque ita multis uirinq; fusis lacrymis a patre digrediuntur, sene misere timente saluti filiorum, illis contra sollicitis ne per suam absentiam mœrori pater succumberet. In hoc dolore integrum diem exegerunt: mox pater afflans se domi subsistit, illi in Aegyptum tendentes presentem tristitiam spe melioris fortune leniebant. Quo postquam est peruentum, apud Iosephum diversunt, non parum solliciti, ne calunia sibi interderetur, quasi dolo molo prioris frumenti precium secum abstulerint: quod mox apud Iosephi dispensatore diligenter excusauerunt, dicentes pecuniā domi repertā in frumento dum saccos exinaniant, quam nunc bona fide reportarent. Illo uero negante se unquam eam pecuniā desiderasse, liberati hoc metu securiores esse coepérunt: moxque Simeon iam liber inter fratres uersari est permisus. Interea Iosepho ab officio reuerso, dona ei offerunt, et scitati de patre, bene ualere diutius ille cognito. Beniaminē superesse, quem inter eos uidebat, percontatur an is esset frater natu minimus: et audito quod is esset, hoc tantum efficius, Deum uniuersis rebus prouidere, secessit not.

nolens ab eis aduerti lacrymas, quas ulecrus
 continere non poterat. Acceptos deinde conui-
 uio iussit ordine, quo apud patrem solabant di-
 scubere: cumq; omnes comiter haberet, dupli-
 cibus partibus Beniaminē honorabat. Post VI.
 cœnā autem illis iam cubātibus iubet dispensa- Gen. 44.
 torē frumentū admiceiri quod asportaturi erāt,
 & pretiū rursus in saccis abscondere: in Benia-
 minis uero sarcinam cyphum argenteū, quo ipse
 præcipue delebat, immittere. Id faciebat
 uolens experiri fratru animum, esentia adfue-
 turi Beniamini reo furti: an illo reliquo, ac si ma-
 leficiū hoc nihil ad se attineret, ad patrē reuer-
 terentur. Quæ ubi facta sunt ut imperatiū erat,
 prima luce omniū ignari filij Iacobi proficisciū
 eruassimto Simeone, lati tam huius restitutio-
 ne, quam Beniaminis reditu, quē patri se redu-
 cturos fidem dederant: & ecce agmen equitum
 repente illos circumuenit, inter quos erat fama-
 lis qui cyphum in sarcinam indidicerat. Illis uero
 turbatis inopinato incursu, & roganib[us] cur
 irruerent in viros quos paulo ante honore ho-
 spitiū dignati fuerint: Aegyptiū cōtrā sceleratos
 inclamabat, qui huius ipsius beneficij, Iosephiq;
 comitatis immemores, ausi sint pro talibus me-
 ritis iniuriam reponere: datusq; furti pœnas
 minitabantur: non fecellisse enim eos Deum, li-
 cer ad tempus ministrum mensa fecellerint: &
 nunc rogitarē satis ne sani essent, quasi uero
 g 3 nef

nesciant statim se ad poenam rapiendos. His & simulibus uerbis famulus praeceteris insultabat. At illi ut qui nihil de dolo cōposito sciebat, cōuinciali autur ei, demirari se hominis inēperias temere obycientis furti crimen eis uiris, qui nescientis quidē pretium in sacca inuentū retinuerint, sed secū reportauerint, cīm nullus de ea pecunia praeter ipsos sciret, et tantum abesse ut data opera datum inferre uellent: certiore tamē rati inquisitionē quam negationē, iubet, eos scrutari fareint: nec recusabit uniuersi ptenas dare, si unus aliquis ex ipsis in furto diprehendetur: tanta erat securitas & innocentiae fiducia. Accepérunt illi cōditionē inquisitionis, suppliciū: tamen solus fore penes quē furtū inuictū fuit. Inquisitionē deinde aggressi, omniūq; ordine sarcinas scrutati, postremo ad Beniaminem ueniunt, nō quod nesciret in eius sacco lateare cyphum, sed ut accurate officiū facere uiderentur: in aqua ceteri ita securi de se, de uno Beniamine adhuc nō nihil erant solliciti: sperabat tamē ne ipsum quidē in malicio deprehēdendi, adeo ut iam librius indignarentur persecutoribus, per quorū importunitatē stetisset, ni bona partē itineris iam consolam haberent. Ut herō Beniaminis sarcinam scrutati cyphum protulerunt, ad lamenta & ploratus cōmiso uerbi, cum frātrem deslebant mox furti suppliciū datur: et cum suam ipsorum uicem, qui fidem de Beniaminis salute

saulte parenti datam præsentis casu fallere con-
 gerentur. Augebat etiam dolor eorum, quod
 cum maxime evadisse omnia pericula videban-
 tur, fortune inuidia peruererint in tantam ca-
 lamitatem: atq; huius tam fratribus quam parentis
 infortunij se autres fatebantur, qui inuidum ac
 relucentem ad puerū simul mittendum precibus
 importunis tantum non cōpluissent. Et equites
 quidem cōprehensam Beniaminem ducebāt secū
 ad Iosephum, sequētibus & reliquis fratribus.
 Tum ille uidens fratrem in carcere conseruo ex-
 teros legubri habuit adstare: Itane inquit, sce-
 lestissimi omnium uel meam humanitatem uel
 Dei prouidentiam concipi possitis, ut tam nefarium
 facinus cōtra hospitem ac benefactorem uisitū
 auderetis? At illi uicarios se pro Beniamine
 ad supplicium offerebant: rursumq; Iosephi cre-
 bra metto, felicē cum qui morte à uite calamī-
 tibus sit exēptus, si tamen esset mortuus: quid
 si uiuat, qui dignus sit habitus ob cuius iniuria
 Deus tā severē in ipsis uindicaret: pateris quoq;
 se peccē esse & infortunium maximū cui ad ue-
 terem luclū recentem hunc affrrent: nec desine-
 bat Rubellus denuò illis scelus eorum exprobare.
 Iosephus uero negabat se alios morari, quorum
 innocentiam cōpertam haberet, contentus unius
 pueri suppicio: nā neq; hunc dimitti in gratiam
 infortiū aequū esse, neq; illis alieni peccati pœ-
 nus persolnere: abirent quid uellent, sc curaturum

g + ut

ut tutum iter facere liceat. His herbis grauiter
ictos, ceteros præ dolore uox defecit. Iudas uero
qui patri adolescentem muttere persuaserat, uir
alioquin etiā strenuus, decrevit se pro fratriis sa-
lute periculo obīcere. Fatemur, inquit, Praeses,
grauiter à nobis peccatum, suppliciumq; cōme-
ritos, quod parati sumus omnes luere, licet non
omniū sit culpa, sed unius natu minimi: sed quā-
uis salutem eius penè pro deplorat ahabeamus,
unica tamen effugij spes in clemētia tua boni-
tateq; superest: quāobrem oramus ut non tam no-
strī cōmisi rationē habcas, quā tuæ naturæ. Et
in hac causa non indignationē iustum, sed nati-
uam tuā bonitatē in consiliū adhibeas: iramq;
magno animo cōprimas, cui uulgares homines
in magnis iuxta ac paruis rebus succubere so-
lent. Dispice queso, num ex tua dignitate sit eos
occidere, qui ipſi se dedunt ad pœnā, Et saluē
non nisi precario tibi debere cupiunt, quā nō nūc
primum tuæ benignitati sunt acceptā latiri: ne
cōmitias ut illud beneficium tibi pereat, dum fami-
reptis, Et frumento liberaliter adiutis, etiā ad
familiā eodem periculo laborātem domum ali-
menta perferendi potestatē fecisti. Eiusdēc enim
bonitatis est, seruare fame de uitā periclitantes,
Et mortē meritis culpam cōdonare, quibus for-
tuna tuam beneficentiam inuidisse nūsa est: eadē
planē gratia est, diuerso modo collata. Seruabis
enim quos panisti, Et uitam quam præ fame
defi

deficere non es passus denuo donabis, quo commendabilior sit tua clementia, dum et uita donas, et per quae uita retinetur. Quin etiam Deum ipsum existimo tibi hanc uirtutis exercitare materiam suppeditare: ut appareat te proprias quoque offensas beneficiandi uoluntati possit habere, et non in solos innoxios egenos liberaliter esse. Quantum enim magna laus est opere ferre in rebus angustis, non minus tam principi ornat clementia, praesertim in causa quae ad ipsius iniuriam priuatum attinet. Si enim parua peccata remittentes merita laus sequitur, quid in capitali criminis iram cohibusse, an non diuina clementia proximum uideri debet? Quod nisi Josephi interitu copertum haberet quam molestè scrat pater orbari filii, non adeo pro salute nostra laborarem, nisi quaenam tibi clementiae laude conciliatura uideatur: et si non haberemus quibus mors nostra lucrum ac mærorem sit allatura, a quo animo supplicium perferremus. Nunc uero quando non tam nostri nos miseret, tametsi iuuenes ahuc non multum fructum aut uoluptatem uitæ perceperimus: quam parentis miseri, etate curisque cœlesti, has tibi preces illius quoque nomine offerimus, et uita nobis donari oramus, supplicio per hodiernum malefactum obnoxiam. Ille certe uir bonus est, nosque ut similes essetis genuit, dignus qui nunquam talis calamitatem experiat, quia nunc ob nostram absentiam curis ac mærore dis-

g s scrv

scruciatur: quod si tale nostri interitus nuntium
 acceperit, simulq; eius causam, nō s; stinebit am-
 plius uiuere, nostræ mortis infamia illius moriē
 approparet, hoc ipso infamiorē, quia ne nostri
 deditoris rumorē sciret, è uiuis excessisse vide-
 bitur. His igitur perpensis tametsi ad iustam in-
 dignationem hoc scilere permotus, patri tamen
 vindictæ gratia facito: & plus illius miseratione
 apud te ualeat, quam nostra iniquitas. Deser
 hoc honoris sententia eius, que si nobis orbatur
 superstes durare nec uoleat nec poterit, deser tui
 parentis memoriae, deser ipsi patris uocabulo
 quod tibi iam contigit, ita tibi Deus omnium p-
 ter hoc felix faxit ac perpetuum: quem & ipsum
 honorabis hac pietate propter commune nomen, si
 se calamitatis sensis patris misereat, quā orbatū
 manere est creditibile. Nunc tuum est que nobis
 Deus dedit cū iure possis, nō auferendo iterū da-
 re, & hoc pacto Dei benignitatem imitari, &
 hac parte simulc ei fieri. Cum enim tantundem ad
 utrūlibet ualeas, præstat bene facere quā male,
 & potestate contento sui iuris nō meminisse, sed
 tantū ad seruados homines potentiam tibi datam
 existimare. & quo pluribus salutē dederis, hoc
 te ipsum illustriorem fore. Poies autē fratri erro-
 ris uenia data nos omnes seruare: neq; incolu-
 mes esse possumus, nisi hoc incolimi, neq; domum
 absq; hoc ad patrem redire licet, sed hic feren-
 dum est quicquid frater uulerit: neq; enim aliam
grat

gratiam à te Præfes petimus, si hanc non impe-
 tramus, quām ut nos eodē afficias supplicio, non
 secus ac sceleris socios: hoc enim satius facit,
 quā si præ mœstre nobis ipsi manus inferamus.
 Non addam iūmenem esse, & per etatē nondum
 fatus sapere, & talibus nō grauatis uenīdari
 solere: sed hic finē dicendi faciā, ut siue damne-
 mur, mihi imputetur non fatus diligenter hinc
 cause patrocinato: siue absoluamur, in solidum
 hanc gratiā tue clementia ac bonitati debea-
 mus: cuius laudi hoc quoq; accederet, quòd non so-
 līm nos seruaueris, sed plūra etiā quām nos ipsi
 in causa nostra qua pro nobis faciant uideris.
 Sine igitur plectere uis hunc, me uicario ad sup-
 pliū accepto, patri eum remittere. Sine ad ser-
 uitium addicere manus, ego tuis ministerijs magis
 sum idoneus, & ad utrumque ut uides magis
 paratus. His dictis Iudas promptus ad quiduis
 pro fratribus salute libenier subeundum, accidens
 Iosepho ad pedes, quantum in se erat mollire ac
 placare iram conatur: pariq; modo & ceteri
 prosteruntur, pro Beniamine se se offarentes. Gen. 43.
 Iosephus autem pietate uictus & iam agrè
 personam irati sustinens, alegat alios qui ium
 aderant, ut sine arbitris à fratribus agnoscere-
 tur: cumq; soli essent, aperit scipsum & infit:
 Pietatem uestrā & amorem, quo fratrem pro-
 sequimini, non laudare non possum, quem maior-
 rem comperio, quām exspectaram, coniccluram
 fac

faciens ex his quæ mihi olim acciderunt: in hoc
enim hæc omnia feci ut fraternæ benevolentie
caperem experimentum: cuius quoniam egregiū
specimen edidisti, ne illud quidem in me com-
missum uelut & nature imputare libet, sed Dei
potius uoluntati totū ascribo, qui uobis in pre-
sentia cōmoda procurauit, & maiora est largi-
turus, si nobis propitius fauorem suum non sub-
traxerit. Quando igitur & pairis incolumenta-
rem, optatam magis quam speratam cognoui, et
uos tales quales cupiebam erga fratrem cōpe-
ri, libēter iniuriae olim mihi factæ obliniscor, ma-
lens uobis ut ministris diuinæ prouidentiæ in hoc
tempus cōmuni nostræ utilitatí prospiciētis gra-
tiam habere: quam uelut, ut tum uideri pote-
rat, malitiæ meminisse. Nos quoq; tēporis illius
immcmores iubeo bono animo esse, & mali con-
siliū bonū euentū libenter ferre, neq; pudore præ-
teriti errati quicquā contristari. Quid est enim
cur uos male habeat iniq;e quondam uelut
sententia pœnitentia, quā fruſtratam esse iam
uidetis? Læti igitur hac diuina dispensatione ue-
felices patri hæc renuntiatur, ne forte illo con-
sumptio immodica de uobis solicitudine, præci-
puus felicitatis meæ fructus intercidat, prius-
quam ille in cōspectum meum ueniat, & horū
bonorū fiat particeps. Quamobrē & ipsum &
uxores ac liberos uelut totamq; cognationem
assumctes migrare nos huc uolo. Nō enim decet
michi

mihi charissimos ab hac mea felicitate abesse, præsertim fame quinq; adhuc annis duratura: hæc locutus cōpletitur fratres. Illi uero in lacrymis erant ac mærore, tanto maiore pœnitentia, quod in tam bonū frarū peccauissent: mox conuinium est secutum. Rex autem cognito fratum Iosephi aduentu, quasi sibi ipsi aliquid boni accidisset letatus est, donauitq; eis currus onustos frumento & aurum ac argentum, munera ad patrem descrenda: qui pluribus etiam à fratre acceptis, partim pari, partim in singulos donatis, sed præcipuis Beniamini, reuersi sunt ad suos. Iacobus autem postquam ex filiis statum Iosephi cognouit, quod non solum mortem effugit, quam tandem luxerat, sed etiam in splendida fortuna uiuit cum rege administras Aegyptum, & penè totam illius regionis gubernationem commissam habens, facile ista credidit, cogitans cum magnificentiam Dei, tum erga se fauorem, tametsi aliquantis per ut videbatur intermissum: nec diu moratus iter aggressus est ad Iosephum properans.

Quomodo Iacobus cum tota progenie ad filium migrauit. CAP. IIII.

VT uero uentum est ad puteum iuramenti, Gen. 46. oblato Dco sacrificio, cùm timeret ne filii propter ubertatem Aegypti cupiditate habitande regionis captis posteritas sua non rediret in Chananam occupacula eam iuxta promissa.

promissa Dei: nēc inconsūlto Deo migratione
 præsenti facta genus ipsius clade aliqua ferire-
 tur: ad hæc ne forte ipse antequā Iosephū aspi-
 cere cōtingat, ex hac uita eximatur: talia uolu-
 tanti in animo et somno grāuato Deus per ui-
 sionem aſtitit, cumq; bis nominatim inclama-
 uit. Quo rogante quisnā eſſet: an non agnoscis,
 inquit, Iacobe Dcum p̄petuum tam tuū quam
 tuorū maiorū protectore simul & auxiliatore?
 qui cōtra patris cui propositū principem fami-
 lis te conſtituiſ, & cīm ſolus in Aſeſoporamiā
 proſectus eſſes, effeci ut coniugiu naclus fortu-
 natum redires & liberis mulieris et facultatibus
 auclus: incolumē etiam progeniē tuam feruauit,
 & quē amififfe uidebaris Iosephū, ad tā ſubli-
 me dignitatis fastigiu euexi, ut nō multū à rege
 Aegypti differat. Nunc quoq; in hoc ueni, ut
 me ducem huius itineris habeas, utq; tibi præ-
 nuntiem inter manus Iosephi te ē uita exiturū,
 & posteritatē tuam per multa ſecula potentum
 fore ſimul & illuſtrē. occupaturamq; terrā eu-
 ius diſionem ei ſim pollūcitus. Hoc ſomnio fructus
 eo libentius in Aegyptium cū filijs ac nepotibus
 properabat, qui erāt in uniuersum L X X. Eorū
 nomina cū ſint duriora non erām adſcripīrūs,
 niſi proprie quſdā, qui nos Aegyptios conuen-
 dant eſſe, nō Aſeſoporamenos. Ergo Iacobi filij
 ſucre duodecim, ex quibus Iosephus iam antea
 uenerat: recēſendi ſunt nūc reliqui, cū ſua quifq;
 progeni

progenie. Rubeli fuerunt quatuor filii. Anoches, Phalles, Ezzarō, Charmisus. Simeonis sex, Iumilus, Iaminus, Puthodus, Iachenus. Zoar, Saar. Leuis quoque tres fuerunt, Gelsemis, Caathus, Mararis. Iuda item tres, Sala, Phares, Zara, & duo filii Phara & Esron & Amyrus. Issachar & quatuor, Thulas, Phriuras, Jobus, Samaron. Zabulonis tres, Saradus, Elon, Ianel: & hoc quidem genus è Lia, quæ secum ducebat filiam Dinam, quorum numerus trigintatres. Rachelis autem filii fuerunt duo, quorum alter Iosephus filios habuit Manassēm & Ephraim: alteri uero Beniamini fuerunt decem, Elossus, Baccharis, Assabel, Gela, Namanes, Ises, Zros, Nomphitis. Optatis, Sarodus: isti quatuordecim superioribus additi, sunt numero quadraginta septē: & legitimū quidem Jacobigenus hoc fuit: è Bala uero famula Rachelis fuerit Danus & Nephihalm, quē quatuor sequibantur filii, Elemus, Gunes, Sares, Hellimus. Dano uero unicus erat filius nomine Ugis: his ad iam dictos additis, quinquaginta quatuor numerus expletur. Gadis autem & Asserius nati fuerunt è Zelpha Lia famula: ex his Gadēm sequibatur filii scripti, Zophonias, Ugis, Sunis, Zabros, Serimes, Erodes, Ariel. Asserius uero una filia, & mares numero sex. quorum nomina Iomnes, Eesus, Iubes, Lazaris, Abarus, & Zelmiel: his quindecim adiunctis ad predilectos

Etos quinquaginta quatuor, supradictus numerus compleetur, annumerato etiam Iacobo. Josephus autem cognito paterem aduentare (etenim Judas precurrens id significauerat) prosector obuiam ad Heroum oppidum illi occurrit, qui praenimia letitia minimū absuit quin expiraret: sed Josephus cum resouit, quamvis & ipse prægaudio periclitaretur, non tamē aequè ac pater. Deinde iusso eo paulatim progredi, ipse assumptis quinque fratribus properauit ad regē, nuntiaturus adesse cū familia Jacobum: quo audito latus ille percontatus est Josephum quibusnā studijs potissimum declararentur: ait, pastoralē areē caldere, & nihil aliud exercere: idq; eo consilio respondit, ne sorte distraherentur, sed ut una de gentes curā patris haberet: tum ne qua amulatio cū Aegyptijs interueniret, si circa eadē cum illis studia uersarētur. Nā ei gēti nō erat licitu

Gen. 47. greges aut pascua curare. Iacobo autē salutatiō ad regē perducto, post faustas ominatiōnes acceptis, rogauit eum Pharao, quantū tēporis uixisset: & cīm audisset triginta supra centū annos natū, admiratus est hominē tam longanū: cumq; ille adieciisset maiores suos lōgioris atatis fuisse, iussit eum cū filijs degere in Heliopoli, ubi etiam regij pastores habebant pascua. Fames autem crescebat in Aegypto, nec aderat remedium, neq; flumine agris rigante, non enim ascendebat, neq; ullis de celo pluvijs: ad hac grauius

grauius erat malum, quia uulgo improuisum,
 qui nihil parati habebat, neq; Iosephus frumento
 sum dabat nisi numerata pecunia: quæ postquam
 defecit, pecudes ac mancipia pro frumento per-
 mutabant: quibus uero agri fuere, partem ali-
 quam in pretium alimètorum regi decidebant:
 cumq; ad hanc modum omnes eorum posses-
 siones in ius regis deuenissent, aliis aliò miserabat,
 quò certius esset regiam dominium: soli facerdo-
 tes immunitatem & agros retinuerunt. Postre-
 mo hac necessitas adeò non corpora solum, sed
 & animos gentis in servitutem redigit, ut nihil
 turpe putarent quo uiellus utcunq; parari pos-
 set. Postquam autem cessauit fames, & rigante
 flumine terra ad pristinam fertilitatem rediit,
 Iosephus regionis urbes obeundo, conuocata per
 singulas multitudine, agrorum quos regi cesse-
 ruant usum fructu illis restituunt, & adhortatus,
 ut non secus quam proprios coleret, insit quin-
 tam parem fructuum regi pendere, quæ ei iure
 dominij debetur. Qui Leti insperata restitutio-
 ne agrorum culturam strenue aggrediebantur:
 atq; hoc pacto tum Iosephi autoritas, tum gen-
 tis erga regem benevolentia non mediocriter cre-
 uit: & ius quintæ partis frugum etiam penes
 regum posteros ac successores permanxit. Ia- V III.
 cobus autem cum decimumseptimum annum in Gene. 48.
 Regypio exegisset, inter manus filiorū uitam 49. 50.
 finiuit, precatus eis prius prosperitati et abun-
 dantiam

dantiam, & uacina cuius quod singulorum posteri in partem possessionis Chananæ terræ es- sent peruenturi, id quod factum est aliquanto post tempore. Præterea collaudaro Iosepho quod obli- sus iniuriarum plura fratribus bona cōulerit, quam uel benefactoribus deberentur, mandauit suis filiis ut Iosephi filios Ephraem & Ma- nassim in suum numerum admitterent diuisuri sorte Chananam, quemadmodum postea dice- tur. Postremo rogauit ut in Hebronē sepeliretur. Mortuus est autem cum uixisset annos centum- quinquaginta minus tribus, ex maioribus suis nulli pietate secundus, cuius digna præmia Dei benignitate est cōsecutus. Iosephus uero permit- tente rege deportatum patris corpus in Hebro- nem magnificè sepeliuit. Ceterū fratribus re- cusantibus eū eo reuerti, quod timeret ne defun- eto parere in se uindicaret, cum nō amplius iisset in cuius gaiiam daturū ueniam speraret, iussit eos posito mīhi nihil mali suspicari: & reductis secum magnas possessiones largitus est, nec un- quam eos summa benevolentia prosequi desti- tuit. Moritur autem & ipse centesimo & deci- mo uite anno exacto, uir admirabili uirtute præditus, in omnibus negotijs prudens, & poter- state bene usus: quibus artibus factū est, ut neq; exterrit genus, neq; calamitas, de qua dixi- mus, quicquā efficerit quo minus ad summam dignitatem encheretur. Reliqui etiā fratres uita felicit

feliciter exacta in Aegypto sunt mortui, quorum corpora filii & nepotes in Hebronem relata speluncerunt. Iosephi autem ossa postea translate sunt in Chananiam per Iudeos, dum ex Aegypto populariter migrarunt: hoc enim ipse adiuratis prius mandauera: Sed & hoc & alia huius populi gesta narraturi, dicimus prius causam propter quam ex Aegypto exiuerunt.

De afflictionibus Hebreorum in Aegypto per

annos cccc.

CAP. V.

Aegypti gens delicata & ad laborem se-
x. agnus, voluptatibus solim, & captandis Exod. i:
uniceq; lucris dedita, male uolebat Hebreis,
quod per inuidiam ferre a quo animo illorum se-
licitate non poterat. Videtes enim genus Israeli-
tarum florere, & opibus labore atq; industria
quaestus abundare, non satis iusta si: corum in-
crementsa existimauerunt: & cum iam Iosephi
beneficiorum memoriam tempus obliterasset, re-
gnumq; Aegypti in alias familiam demis-
grasset, in humane tractabant Israëlitæ, & ua-
rijs laboribus atterebant: nam & flumen in
multis fossas diducere sunt iussi, & mœnia
exadficare, & aggres exstruere, quibus mun-
dationes fluminis arcerentur: pyramidum etiam
insani substructionibus uexabant gentem no-
stram, cogendo varias artes ediscere, & labori-
bus forendis asuescere: atq; in hunc modum per
cccc. annos fuit laboratum. Aegyptiis id
h 1 agentib

agentibus ut Israëlitæ nimio labore perderent,
nostris contra omnes difficultates eluctari co-
nantibus. Exortum est deinde aliud quiddam,
eius genus nostrum magis etiam cuperent extin-
ctum. Quidam ex eo genere hominum quos gens
illa vocat factorum sribas, quorumq; prædi-
ctionibus multum tribuit, prænuntiat regi na-
sciturum per id tempus apud Israëlitæ quen-
dam res Aegyptiorum olim grauiter afflictu-
rum, Israëlitæ contrâ eucclurû, si modò ad etia-
tem aduliam peruenierit: nam & uirinte fore
præcellētissimum, & gloria per omne ævum ce-
lebrē. Quo terrorre percitus rex, edicit ex ipsis
monitoris sententia, quicquid masculini sexus
inter Israëlitas nascetur, in flumen proiectum
necari: obſtetrices etiam Aegyptias diligenter
obſeruare partus Hebrearum ac pariuritiones.
Sic enim cautum putabat, ne obſtetrices ob-
ognationem edictum regium contempnerent: pro-
posuit etiam pænam si quis clam ſeruare ſexus
auderet, ut cum tota familia tolleretur. Grauis
fuit hæc calamitas, non eo ſolum, quia liberis
orbabantur, & quia parentes ipſi ministri eorū
interitus eſſe cogebantur: ſed futurū quoq;
tempus proſpicientes inconsolabiliter tristaban-
tur, certum generis exitium expectantes, quan-
doquidem & proles necabantur, & iſſis paren-
tibus non mulio poſt erat moriendum atq; ita in
extremo infortunio conſtituti ſibi uidebantur.

ſed

Sed nemo potest Dei uoluntati resistere, etiam si Exod. 1.
 infinitas artes in hoc cōmūscatur: nam et puer
 de quo sacrorum scriba prædixerat, clavis regis
 obseruatoribus clam fuit educatus, & uatum
 non fuisse manu euenter rei cōprobauit. Am-
 ratus Hebreus uir inter suos nobilis, sollicitus
 tum publico periculo ne gens defectu iuuentutis
 ad nihilum redigeretur, tum priuatim quod do-
 mi prægnantem uxorem haberet, inopia consiliū
 laborabat: & ad implorandum diuinum præ-
 sidium conuersus, orabat ut tandem misericordia
 homines à quibus unis perpetuo cultus fue-
 rit: daretque finem presentis afflictionis, que toti
 generi perniciem minaretur. Deus autem preci-
 bus supplicis ad misericordiam flexus, astitit ei
 per somnum, iussuque in futurum bene sperare.
 Memorem se esse pietatis eorum à maioribus ac-
 cepta, nec ipsis defutura premia, sicut nec pro-
 genitoribus defuisse. Se enim illorum progeniem
 ad tam numerosam multitudinem auxisse: suo
 sauro Abraham solum è Mesopotamia in
 Chanaanam profectum preter reliquias felici-
 tates ex uxore antea sterili liberos suscepisse, et
 successoribus amplas regiones reliquississe, Ima-
 heli Arabiam, Chatura filius Troglodytidem,
 Isaco Chanaanam. Res etiam bello meis auspi-
 cijs feliciter ab eo gestas nunquam sine impieta-
 tis & ingratitudinis nota non meminisse posse-
 stis. Iacobi uero nomen etiam apud exteris gentes

h 3 celebre

celebre est, tum ob eam felicitatem in qua ipse uixit, tum ob eam quae posteris eius quasi hereditario iure obligit: qui a septuaginta uiris patre in Aegyptum comitatibus oriundi iam ad sexcentorum millium numerum creuerunt. Nunc quoque scito mihi cordi esse et publicam uestrā incomitatem, et priuatim tuam gloriā: puer enim iste cuius nativitatis metu Aegyptiū fætus uestros ad necem damnauerunt, ibi nascetur: hic neque deprehendetur ab obseruatoribus, et postquam euaserit preter opinionē educatores nationes, suo tempore Hebreos ex Aegyptia seruite liberabit, memoriamque sempiternā hoc præclaro facinore consequetur, non apud suos tantum, sed et apud exterros, me istud beneficium inter eosque posteros cōserente. Fratrem quoque talem habebit, qui dignus sit meo sacerdotio ipse et posteri eius in omne ævum. His per uisionē cognitis Amaram exprecessus narrauit hoc Iochabeli uxori, quae res utrisque soliciitudinem auxit: nam enim nō puer tantum timebant, sed ne quo pacto promissa felicitas intercideret. sed mox oraculo fidē fecit mulieris partus, quae rā facilē est enixa, ut obseruatoris fecellerit, nihil sentientes eorum quae in vulgarib. puerperiū sentiri solent. Nunc inserviū per tres mēses clā nutritur, deinde Amaram ueritus ne re deprehensa irā regis incurveret, ac mox et ipse una cum puerō sublatius ē medio promissionē Dei faceret irritā, maluit salutem filij totam

filij totā ipsius prouidētia cōmūtere ratus etiā si
 puer lateret, quod tamen perdifficile erat, mole-
 stum tamen in continuo periculo uiuere, non cius
 tantum, sed & suo. De Deo herò certam spcm
 habebat, prouisurum ut oraculi heritatē euentus
 indicaret. Hoc cōfiliū postquam satis placuit,
 ex cogitauerunt tale quiddam: lectulo è papyro
 contexto, quantus insantulum commode capere
 poterat, bitumineq; illito, ne aqua penetrare
 posset, indiderunt puerū: atq; ita in flumen proie-
 cti salutem diuinā prouidentiē commiscent. In
 hunc modū cum à flumine deferretur, Mariame
 infantuli soror iussu mairis ex aduerso per ri-
 pam descendebat, obseruatura quō tandem pa-
 pyraceum illud uas deportaretur à flumine. Hic
 herò manifestissime Deus declarauit, nihil hu-
 mana sapientia, sed omnia bonitate illius omni-
 potenti confici: eosq; qui propter utilitatiē suam
 aut securitatē alijs perniciem moluntur, quan-
 talibet utantur diligentia, sape tamen uoti com-
 potes non fieri. Rursum, qui suam salutem Deo
 committunt, praeter opinionem è medijs periculis
 emergere: quod et in hoc phero uidere licet. Erat
 filia regi nomine Thermuthis: haec dum ludit ad
 ripas fluminis cōspicata uas fluitans, missis na-
 toribus iubet lectulum ad se in ripā extrahit:
 quo ut iussum erat allato, mirè placuit puer,
 quod esset magnus ac pulcher. Tanto enim fau-
 ore Deus Moysen prosecutus est, ut cum securi ab
 h 4 illis

illis ipsis nutriti & educari, qui propriei eius natuitate reliquos quoq; Hebreos perdendos decreuerant. Itaq; iubet Thermuthis mulierē ali, cunde adduci, que pueru mammā præbeat: quo nō admittente mammā, sed aduersante, idq; cum alia post aliā adducereatur, Mariamē quasi non data opera, sed fortuito ad spectandum interuenisset, Nihil agis, inquit, regina, dum nutrices infantis adhibes alieni generis mulieres: q; si Hebream aliquam accerseres, tum foris popularis mamma admitteret. Cumq; recte monere uidetur puerilla, iussa est ipsa hoc negotium exequi, & Litanter quampiam adducere: ac mox usq; permissa potestate, rediit adducens communem matrem, ignotā omnibus qui tum aderant. Tum insans perquā libenter inhalare mamille uisus est: & rogat regina mulier cōmisi infantis curam suscepit: & quia projectus fuerat in profumentem, ab hoc casu nomine est fortius: aquam enim Aegyptiū uocant mōyses uero scrutatos: quare composita uoce ex uirisq; nomen infantis fuit inditum: qui deinde citra cōroucrsiā prudentissimus Hebreorum euasit, ita ut Deus iam antē predixerat: erat enim ab Abrahamo septimus. nam ipse Amaramē filius fuit, sicut pater eius Cathi, hic uero Lenis, & Lenis Iacobi, qui ex Iaco erat prognatus: hic autē Abrahami erat filius. Puer autē non pro etate proficiebat intellectu, sed inter ludendum præcateris aequalibus sapere

sapere uidebatur, et quicquid ageret, noua qua-
 dam indole res magnas olim gerendas p̄r se cere-
 bat. Post tertium uero annū etatis admirādam
 gratiam ei Deus addidit: nemo enim erat adeo
 tetricus, ut uisa Moysis pulchritudine nō obſtru-
 pesceret: & persape accidebat, ut dū gestatur ac
 circūfertur, obuios quoſq; in ſe cōuerteret, ita ut
 relīctis ſcrijs negotijs mallēt precellentiā eius for-
 ma oculos paſcere. Tanta erat puerilis gratia,
 ut inuiti homines ab hoc ſpectaculo diſcederent:
 quo factū eſt ut Thermuthis hunc ſibi filiū ado-
 ptauerit, cūm alioquin germanis liberis careret:
 allatumq; patri oſtētabat, dicens de ſuccellore ſe
 cogitare, etiā ſi Deus illi nullū filium gignere de-
 derit. Hunc puerū, inquit, ego educaui non minus
 indole quam pulchritudine diuina excellentem,
 quem N̄lus ipſe in ſinū meum tradiſſe uideri
 potest, quē decreui adoptare mihi filiū, tibi uero
 in principatu ac imperio ſuccellore: & cum di-
 elo patri infantem in manus imposuit. At ille
 poſtquā acceptū ad peſtis appreſſiſſet filię gra-
 tificatus comiter diadema ſuū eius capiti im-
 posuit. Moyses uero capiti pueriliter detraictum
 prolabi in humū paſſus, pedibus etiā calcauit: id
 quod mox ominofum eſt uisum, & regno nihil
 boni portiū ducere: moxq; ille ſacroruſ ſcriba qui na-
 tinatatem eius Aegypto cladem allaturā p̄e-
 diixerat occidere puerū uolebat, uociferans: Rex,
 puer iſte per cuius necem nobis ſecuritatiē Deus

h 5 pollic

pollicetur, uaticinium iam cōfirmauit, insultan-
do tuo regno, & diadema calcando. Hoc inter-
empto tam Aegyptijs metu, quādā Eēbræis spem
& fiduciā adime. Thermitis uero confessim eum
eripit, rege quoq; nō inuito, cui Deus talem ani-
mum indiderat, Moysis saluti prouidens: itaq;
educabatur quād accuratisime. Quamobrem
Hebrei quidem felicitatum suo generi sperabāt,
Aegyptijs uero suspecta erat hac educatio. Sed
ciam nemo extaret uel è cognatis regijs uel ex
alijs optimatibus, qui etiam si Moyses sublatus
effet, magnopere uideretur procuraturus Aegy-
ptiorum commoda, abstinuerunt ab eius cede.

x. Itaq; sic natus, & sic educatus, postquā ado-
leuit, breui suæ uirtutis specimē edidit, & quan-
tum momēti uel suis uel Aegyptijs effet allatu-
rus, occasiōē naclus talem. Aethiopes qui su-
pra Aegyptū incolunt, agebant & ferebāt fa-
cultates Aegyptiorū: illi moiī indignatione du-
cunt in eos exercitum, contumeliam cum iniuria
coniunctā ulturi: mox prælio cōmisso, partim in
acie eccliderūt, partim in fugam turpiter cōpulsi
retro ad suos se receperunt: quo successis elati
Aethiopes fugientibus instabant, & ignavum
rati si fortuna non uiterentur, cōcepta spe subiu-
gande Aegypti, late eam populabantur: degu-
stataq; præde dulcedine, non temperantes sibi ad
maiora audenda accendibantur: cumq; uicinas
regiones peruagatibus nemo cum armis obuiam
ireto

iret, pergebat ulterius Aegyptum usq; & mare,
 nulla ciuitate resistere ualentem. Quibus calami-
 tatis Aegyptij presi, mittunt qui remedium
 ab oraculis petant: cumq; responsum esset, Ese-
 bræum in auxiliū aduocandū, rex à filia postu-
 lat Moyen, qui uniuersis copijs cum imperio
 præsit. Paruit illa, sed prius rege iure urādo ob-
 stricto, nihil in pernicie iunctis machinaturum,
 pro magno hoc auxilium imputas, & sacerdo-
 tibus probro dans, qd non puderet nūc eius opem
 implorare, quē prius ut hostem occidendum esse
 monuerint ac iussent. Moyses uero Thermutis
 simul ac regis rogatu libēter hoc negotiū su-
 scipit: quod factum gentis utriusq; natibus leti-
 tiam attulit. Aegyptij post partā eius uirtute de-
 Aethiopibus uictoriā, occasione sibi per dolum
 tollēdi nō defore sperabat: contrā Ezebri, Moyse
 copijs præposito, ad fore sibi facultatiē euadēdi ex
 Aegyptia seruitute. Ille uero uolens hostem op-
 primere priusquā de adūctu suo cognosceret, non
 per fluminis ripā, sed per interiora terræ expedi-
 tionem fecit: qua in re satis declarauit quārum
 ingenia polleret ac prudentia: cūm enim hoc iter
 difficile esset præ multitudine scrypētum (nam hic
 traclis plurimos gignit, aliquot etiā genera que
 nūquam alibi reperiuntur, noxios omnes & ipso
 aspectu horrendos, & in his quosdā uolucres, ne
 non solum humi latētes insidentur, sed & subli-
 mes ex improviso noceant) commoneus est ad se-
 curum

curum iter exercitus strategema dignum admiratione: uasa enim plexilia non pauca è papyro in arce formā fieri curauit, quæ completa ibibus secum deserebat. Est autē hoc animal infestissimum serpentum generi: quapropter fugitant eorum insectationem, & inter fugiendum sicut à ceruis retraeti dehorātur: sunt autem mansueti alates, & cōtra solos serpentes feroceſ. de quibus nunc desino plura, ut pote apud Græcos non incognitis. Postquam igitur uenitum est in terram ue- nenofis bestiolis scatentē, ibes illis immisit, qua- rum bona opera uſus, itinere impunē peractio nec opinos Aethiopes inuasit: commissoq; prælio fu- ſos ac fugatos, & ſpe occupandæ Aegypti fru- stratos retro in ſuam regionem compulit: nec hoc contentus oppida illorū euertebat, & ubiq; ma- gna cades hostium patrabatur: quo ſacrum eſt, ut post hac auspicijs Moysis feliciter geſta tan- tam alacritatē exercitus præ ſe ferret, ut nihil non laboris tolerauerit uideretur: iamq; aut ex- cidiū aut capiuitas Aethiopibus immineret. Ad ultimum cōpulsi in Saba regiam eius gen- tis, quam poſtea Cambyses Persarum rex de fo- roris ſuā nomine Meroen appellauit, obſidione ſunt ciclī. Erat autem penè inexpugnabilis, ut- pote Nilo circumquaq; cicla, accidenib; ad eius munitionem & alijs fluijs Astapo & Astaborra, qui obieclu ſuo difficiorem traie- clam facerent: itaq; ſita in insula, & muro ua- lido

lido inclusa, non fluminibus tantum arcibat ho-
 stem, sed & aggeribus, qui mœnia inter & flu-
 mina adeorū inundationes prohibēdas instructi,
 ad hoc quoq; tū proderant quod hōsti etiam post
 superata flumina aditu ad urbem oppugnādam
 negabant. Hic cū Moyses desidere exercitum
 otiosum agrè ferret, hōste non audente manus
 conferre, interim tale quiddam accidit: Erat
 Aethiopum regi filia nomine Tharbis: hac
 Moysen mœnibus exercitū admouemē & egre-
 gię dimicantcm conspicata, uirentemq; uiri ad-
 mirata, qui & Aegyptiorū fortunā labantcm
 in integrū reſtruīſſet, & Aethiopas modō ui-
 elores in extreum periculum adduxiſſet, uhe-
 mēti eius amore est correpta: quo indus crescēte,
 mittit ad eum ē seruis fidissimos coīngium suum
 offerens. Assensit ille hac cōditione iureiurando
 firmata, post urbē sibi traditām duclurū se eam
 uxorem, ac mox dicta factum sequitur. Senitum
 est nihilominus in hōstem, & a clis Dcō gratijs
 nupijsq; celebratis, Aegyptiorū exercitus ui-
 elor domum est reductus. illi uero accepta salute
 odium pro gratia Moysi reposuerunt, & maio-
 ribus studijs miseras cōtra eum machinabantur:
 suspiciatiq; ne rebus feliciter gestis clatus, res no-
 nias in Aegypto moliretur, apud regē eum cedis
 accusauerunt: iam enim & ipse suspectum ho-
 minem habere cōperat. partim inuidia motus,
 ob bellum fortiter ac prudenter administratum,
 partim

partim etiam metu alicuius cladis, sollicitantibus
 huc & irritantibus inde sinetur scribis ac sacri-
XI. fici: ut iam Moyses minimo minus abesset a
 pernicie, opprimendus dubio procul, nisi rem olfa-
 ciens in ipso temporis articulo se clam subduxisset:
 & cum vias obseruari intelligeret, per solitudi-
 nes fugam arripuit, quae eus surum inimici minime
 suspicabatur: & quamvis alimeta nusquam in-
 ueniret, inediem patientia superabat: cumque ad
 urbem Madinam peruenisset, in rubri maris litora
 sitam, denominatam ab uno ex Abrahami &
 Chetur filiis, sedens ad quendam puto lassitu-
 dinem ex laborioso uincere contracta recreabat.
 Erat enim tempus meridianum, & urbe iam in
 prospexit habebat. Hoc loco ei negotium incidit
 natum ex incolarum uiuendi ratione, per quod &
 uirtutem suam declinavit, & melioris fortuna occa-
 sione inuenit: cum enim ea regio laboret aqua-
 rum inopia, pastores operam dabant, ut primi pu-
 teos occuparet, ne forte exhausta aqua ab aliis,
 ipsorum pecora potu carcere cogarentur. Veniunt
 igitur ad puto septem uirgines forores, Raguelis
 sacerdotis filiae, qui in magno honore ab eius loci
 habitatoribus habebatur: quae patris gregum cu-
 ram gerentes, id quod etiam per feminas apud
 Troglodytas ex more fit, hausta aqua quantum
 satis uidebatur, gregibus eam potandam in la-
 cunas ad hunc usum factas diffundunt. Cumque
 pastores superuenissent, & repellendo puellas
 aquam

quam sibi usurparerent: Moyses iniustum ratus,
 non ferre opem iniuriam patientibus virginibus,
 & se inspeclate vim virorum plus pollere quam
 ius puellarum, ab aliis usurpatioribus auxilium
 eis ita ut decebat, præbuit. At ille acceperio be-
 neficio postquam ad patrem uenerunt, & pasto-
 rum iniuriam, & quomodo ab hospite adiuta
 fuerint, ei retulerunt: rogabantque illi hoc bene-
 ficium periret. Tum ille collaudata puellarū ex-
 gat bensfactorē gratitudine, iussit ut Moyses
 adducerent merita gratiam recepturam. Qui ubi
 uenit, indicauit ei, quomodo ex filiabus cognos-
 isset de auxilio quod eis tulerat, & uirtutem
 eius admiratus, in non ingratos hoc beneficium
 collocatū aiebat: relaturā enim se gratiam, non
 modō pārem, sed aliquanto maiore. Deinde ado-
 piato in filium unam ex filiabus nuptū tradit:
 ad huc pecorū, ex quibus olim universa barba-
 vorum possessio constabat, curatore cum ad
 dominum constituit. Hanc fortunam Moyses na-
 Elus apud Iethgleum, quod Ragnelis cognomen xii.
 erat, degebat apud socerū pascens pecora. Ali- Exod. 3.
 quanto uero post, egit pastum greges in monte,
 qui dicitur Sina, omnium in ea regione celsissi-
 mum, & pascuis ualde commodum: abundabat
 enim herba, eo quod nalgatio rumore numeri illi
 habuisse, pastoribus haec nūs inaccessus ob re-
 ligionem loci fuerat. In eō monte mirabile uidit
 prodigium: ignis enim rubi fruticem depascere
 uisus,

nifus, nec frondes, nec flores, nec ramos quicquam laſit, cum tamen inde maxima & flagrantissima flamma emicuisseſt. Ille tam inopinato ſpectaculo nō mediocriter attonitus magis etiam obſtupuiſ, poſtquam uocim ex igne emiſſam, & nominatim ſibi uocato uerba facientem audiuit: quibus & audaciam eius taxauit, qui non ſit ueritus locum hactenus ob religionē hominibus inaccessum calcare, & cōſuluit inſuper ut quam longiſſime a flāmis abſcedere: & conueniens quidem ſit hac uifione: non indignus ea, propter ſuam ecclaiorū ſuorum uirtutem habens, caterū ulicrius nihil curioſe inquirat. Prædixit etiam quantū honorē ac gloriā conſecuturus eſſet apud homines diuino ſauore aſſiſtente: iuſſitq; cōſiderant in Aegyptū proficiſci, futurum illuc ducent ac duclorē Iudeorū multitudinis, & liberaturū cognatum populum ab iniqua eius gentis dominatione. Etenim habitantiſ ſunt, inquit, terrām illam quam Abraham generis uiftri princeps uenit, & omnia bona eius percepturn, tua prudentia ad hanc felicitatiē illos perducent. Sed fac memineris, ut edueſis Iudeis ex Aegypto in hoc loco ſacrificiū gratiarum actionis ob ſelicem ſuccessum offeras. Et oraculum quidē tale ex igne prodijt. Aſoyſes uero tam uifis, quam auditis, territus infit: Potentiae quidem tuae, domine, quem et ego ueneror, & maiores mei coluerunt, non ſum tam inſanus

ut pā

ut parere dubitem: attamen non intelligo quomodo vir priuatus & nullis viribus praditus, uel meis persuadere potero, ut relieta terra, qua nunc habitant, me dicem sequantur: uel etiam si persuasero, quomodo Pharaohes sit cogitus ut illos exire permittat, quorum opera & labore constat Aegyptiorum felicitas. Deus autem iasit illum securum esse de toto hoc negotio, se illi nunquam non adfuturum pollicitus: & sine herbis opus fuerit, uim persuadendi largitur: sine operibus virium satis additur. Mox insit, ut uirga in terram proiecta fidem promissorum acciperet: quo facto, draco humi repebat, & in spiras se conuolvens caput erigebat, quasi repugnaturus, si quis insqueretur: ac mox denuo in uirga est mutatus. Post hoc manu in sinu mittere iussus cum paruisset, albam & colore calci similem exemit, quae mox in pristinu colorē rediit. Iussus deinde aquam è propinquo haustā humi effundere, uidit in colorem sanguineū ueram. Ad hanc stupentem ut confidat hortatur, cum sciāt maximum sibi adiutoriem affore: utq; apud omnes his prodigiis utendo fidem illis faciat à Deo secundum missum, eiusq; iussu omnia facere. Iret sine cunctatione, & festinus in Aegyptum properaret, neq; die neq; nocte iter intermittebat: neque diu tēpus terendo, longiorem Hebrais scrutari et afflictionē redderet. Moyses autem nihil amplius dubitans de promissionibus, quarum certitudinem tot argumentis au-

dit;

ditis & uisis suis colligebat, precatus ut candē potentiam in Aegypto, cùm exerta opus fuerit, experiretur: supplex illud etiā rogabat, ut quē conspectu ac colloquio suo dignatus fuerat, et nomen quoq; suum uolens ac libens indicaret, ut rem diuinam illi aliquādo facturus nominatim eum ad sacrificium inuocare posset. Tum Deus aperit ei suū nomē, nūquād ante a hominū ulli auditū aut cognitum, quod mihi eloqui nec ius nec fas esse arbiteror. Moysi uero nō tunc tārum, sed quotienscumq; opus esset talū prodigiorum facultas aderat, atq; ita nihil dubitans de oraculi ex igne redditi ueritate, deq; Dei adiutoris fauore, magnā spem concepit, fore ut tandem & sui liberarentur, & Aegyptij insigni aliqua clade afficerentur.

XIII. cumq; cognovisset Pharaohem Aegyptiorum regem, sub quo ipse fūgerat, esse defūctum, à Raguelē cōmeatum rogat, ut salua eius pace ac gratia liceat sibi in Aegyptum ob publicam cognitorum ac tribulum suorum utilitatē proficiisci. Quo imperato, & assumpta quam ibi duxerat Raguelis filia, liberisq; communibus, Gerso & Eleazarō, iter in Aegyptum arripuit: quorum nominum prius peregrinum significat, posterius, Dei auxilium, quod diuina ope insidias Aegyptiorum euāsisset. Cumq; iam non longe à limuibus absent, Aaron frater uenit obuiam, Dco sic iubente: cui mox indicauit quicquid in monte uiderat.

ditis & uisis satis colligebat, precatus ut eandem
 potentiam in Aegypto, cùm exerta opus fuerit,
 experiretur: supplex illud etiā rogabat, ut quicq;
 conspectu ac colloquio suo dignatus fuerat, ei
 nomen quoq; suum uolens ac libens indicaret, ut
 rem diuinam illi aliquādo facturus nominatim
 eum ad sacrificium inuocare posset. Tam Deus
 aperit ei suū nomē, nunquam ante a hominū ulli
 auditū aut cognitum, quod mihi eloqui nec ius
 nec fas esse arbitror. Moys: uero nō tunc rātum,
 sed quotienscunq; opus esset talū prodigiorum
 facultas aderat, atq; ita nihil dubitans de ora-
 culi ex igne redditi ueritate, deq; Dei adiutoris
 fauore, magnā spēm concepit, fore ut tandem &
 sui liberarentur, & Aegyptiū insigni aliqua
 clade afficerentur. Cumq; cognovisset Pha-
 raothem Aegyptiorum regem, sub quo ipse fu-
 gerat, esse defunctum, à Raguelē cōncatum ro-
 gat, ut salutē eius pace ac gratia liceat sibi in
 Aegyptum ob publicam cognatorum ac tribu-
 lium suorum utilitatē proficiisci. Quo impestra-
 to, & assumptiona quam ibi duxerat Raguelis fi-
 lia, liberisq; communibus, Gerso & Eleazarō,
 iter in Aegyptum arripuit: quorum nominum
 prius peregrinum significat, posterius, Dei au-
 xilium, quod diuina ope insidias Aegyptiorum
 euafisset. Cumq; iam non longe à limitibus ab-
 essent, Aaron frater uenit obuiam, Dco sic in-
 bente: cui mox indicauit quicquid in monte ui-
 derat.

nō possent, non minus peritos huiusmodi artiū: nec
esse cur se Moyses iactare debeat, quasi solus di-
uina & præ ceteris uirtute polleat, atq; ita apud
rudē multitudinem quā: supr̄am mortale conditionē positus, se uendit: confessimq; cū & ipſi
suas uirgas proiecissent, in dracones sunt uerſae.
Tum Moyses nihil his motus, ne ipſe quidē, in-
quit, ignoror aut contemno artes Aegyptiorū:
attamen que ego operor, tanto præstantiora esse
aio, quā: iſtorum magiam, quanto inter uallos res
diuina & humanas post se relinquunt: iamq; mani-
feste declarabo, non esse h.ec præstigias, ueritatis
specie parū cautis imponentes: sed ipſissimā Dei
uirtutē, argumentū omnipotentis illius uolunta-
tis apud incredulos futurā: & cum dicto uirgā
in terram mittit, iubens ut fiat draco, que mox
dicto parens Aegyptiorum uirgas que draco-
num specie reptabant, unā post aliam aggressa
omnes ad unam deuorauit. ac mox in pristinam
speciem reuersam Moyses rursum suslulit. Rex
autem ad indignationem magis quam admirationem
hoc factō cōmotus, cū nihil acturū re-
spondisset, neq; quicquā Aegyptiacis artibus
profecturū mandat operarum ex auctori qui He-
breis erat præpositor, ut de labore nihil eis re-
mittat, sed grauioribus etiam quam ante operū
difficultatibus premat. Et ille prius paleas eis
ad lateres fingendos præbere solitus, post hac id
facere des̄: sed interdiu detētos in opere, noctu-

ad

ad cōportandas paleas dimittebat, pristini la-
boris onus conduplicaturus. Moyses autem neq; Exo. 26.
minis regis à proposito deterrebatur, neq; assi-
duis suorū querelis, ut à cōcepto desisteret, uel mi-
nimum flectebatur: sed obfirmato cōtra utrumq;
animo, in hoc totus erat, ut suos in optatissimā
libertate restiteret. Itaq; deno regē accedit,
suadens ut dimittat Hebreos in Sina montem,
illuc Deo sacrificaturos: hoc enim ipsum iussisse
nec posse quenquā eius uoluntati resistere: qua-
propter dandam operā ne fauorem cuius contine-
re uideatur, utq; populo potestatum exundi fa-
ciat, ne force contra moliendo posthac culpā in
se transferat, si quid ipssī tale acciderit, qualia
Dei uoluntati resistentibus cūnire solent. Nam
necessario calamitates eos cōprehendere, qui di-
uinā iram in se provocauerint: & tum terram
tum aērem illis insestū existere, tum procreationē
filiorum parum feliciter procedere, clemētis etiā
ad uindicandum in eos concitatiss: atq; hæc ma-
la non posse cūtare & Egyptios, etiāsi Hebreos
regionē eorū exire cōtingat, nisi hanc profectio-
nem bona pace ipsorū impetrauerint. Rege uero
nihili faciente herba Moysis, neq; uel tantillam
ad eius preces aduertente, grauiſſima mala in
& Egyptios incubuerūt: qua singulatim recēſe-
bo, tum propter eorū uonitatis, tum ut eo magis
apparet, non uanas fuisse uatis nostrī prædi-
ctiones: posiremo quia hominū interest talis co-

i 3 gnos

Exod.7. gnosceret, quò magis ea caueant, quibus irritatus Deus ad infligendas pœnas cōmonueri solet. Primum amnis sanguineis fluentis prolabēs, ad potus inopiat̄ eos redegit, cū præterea nullum fonte habeant: nec coloris tantū id erat uitium, sed si quis suī coactus gustaret, confeſtim acr̄i dolore corripiebat̄: eratq; talis Aegyptijs solis, Hebreis uero dulcis ac potabilis, & omnino pristinā naturā retinens. Quo miraculo rex inops cōfilijs, timēs incolamūtati gēcis, permisit Hebreos abire: cūq; malū ceſſasset, rursum ad pristinam

Exo.8.9. memē rediit, scientia suā renovans. Deus autem motus hominis ingratitudine, qui nec à periculo liberatus uellet sapere, alia plaga Aegypto infligit: Ranarū uis immōsa terrā eorū populabatur, refertus erat & fluminis, ut aqua inde non nisi sanie harū uiciata hauriri posset, immortib; earum plerisq; & impureſcentib; plena erat & terra turpi limo ex quo enascibātur, rursusq; in eundē resolutebātur: quin & domeſticum uictū ſedebat in eſculentis atq; poculenis nusquam nō reperte, et in cubilib; quoq; paſsim oberrātes: ita ut omnia fœterent putore è ranis mortuis exhalante iſſecta. His malis cū exaggravarentur Aegyptijs, rex iubet Moysen cum Hebreis abire quò uelut: & quā primū hoc dixit euauerunt rana, terraq; ſimil & flumen in pristinā naturā ſunt reſtituta. Vix dum hoc malū ceſſauerat, cum Pharaothes denuo mutatus;

prio

priorū oblitus retinere populum cœpit: & quasi
aliarū etiā afflictionū naturas experiri uellit,
negabat exiū quē prius cōcesserat timore ma-
gis cōpulsus quā ex animo sūi sententia. Rursum
igitur Deus alia clade in hominē fraudulētiū
uindicat: peduncularū enim magna uis ē corpo-
ribus Aegyptiorū scatebat, à quibus māi ma-
le perdebat, neq; luvacris, neq; medicamento-
rū inunctionibus extinguere eos ualentes. Qua-
noua peste turbatus rex, & non magis ipso pe-
riculo quā eius foeditate ac turpitudine terri-
tus, nequā cū effet, agrē dimidiatā ex parte re-
sipuit. Hebreis enim exire permīssis, ac mox mā-
lo cessante, liberos & uxores redditus obfides ab
eis exigebat: quo factō magis etiā Deū exasper-
rat, putans se prouidētiā eius circūuenire posse,
quasi Moyses & non potius Deus pœnas de
Aegyptijs Hebraeorum oppressoribus fameret.
Varias ergo & multiiformes bestiarum species
immitis, quales nemo ante eā diē unqua uide-
rata am a copia, ut tota regio mālo hoc replere-
tur: præ quarū frequentia & homines plurimi
extinguēbantur, & terra nullo pacto colī poter-
rat: & qui præsentancū exitiū evadabant, infi-
cti tamē carū ueneno à morbis corripiebantur.
Rege uero ne tum quidē resipiscēte, ut uoluntati
divinae cederet, sed mulieres quidē cum uiris di-
mitten, pueros uero retinere uolēte, non defue-
rum Deo uaria prioribus etiā granicres pœna,

i + quidē

quibus ob regis malitiā in uniuersam gentē se-
uerè animaduerteteret: sed exulceratis inius in cu-
te corporibus miserabilē in modum non medio-
cris numerus absumentebatur. Et cū ne siquidē rex
resipisceret, grando nunquā antē in Aegyptio
ealo uisa, tunc uero maior quam apud alios hi-
berno tēpore, aut in septentrionali regione, uere
iam adūlo supernē rucns omnes eoru fructus cō-
trivit: & si quid iniactū grando reliquit, nubes
locustarum superuenientes ita absumperunt, ut
fructuum colligendorū spes Aegyptiū omnibus
omnino sit adēpta. Quod si rex stuleus tantum,
& non etiā malus fuisset, poterat uel iam diellis
cladibus admonitus resipiscere, ut tandem de ali-
quo tot malorum remedio cogitare inciperet. At
Pharaothes tameisi non ita insaniebat, ut car-
sam non intelligeret, tamē tanta malitia peccatus
eius obfederat, ut adduci nullo modo posset, quin
Deo quasi per contentionē repugnare, & in pu-
blica cōmoda sciens uolensq; peccare pergeret.
Itaq; tandem Hebrais pueros etiā unā cū mulie-
ribus concedit: sed iusbit, ut bona sua Aegyptiū
tanquā prædatā relinqueret, eo quod ex ipsorum bo-
nis nihil post tot calamitates superesse cōquere-
bantur. Moysē uero negante aquum postulari,
alioqui non habieuros unde sacrificarent. atq;
hac controvrsia diuitius durante, tam densa
tenebra, omnisq; lumenis expertes, Aegyptiū
sunt circumfusa, ut prospicere in uniuersum pri-
nari

natū alij alio casu absumerentur, illo quoq; me-
 tu imminentē, ne forte penitus ab ea caligine
 absorberentur. Deinde his discussis post tres dies
 ac totidē noctes, cū nondū fleceretur Pharaon-
 thes, ut liberū exitū permitteret, his uerbis eum
 Moyses aggreditur, Quousq; repugnabis Dei Exo. 10.
 uoluntati, qui omnino uult ac iubet Hebreos di 11. 12.
 mitti, nec est aliud prae ter hoc remedium aduer-
 sus mala quibus affligimini. Rex uero irate fe-
 rens hanc dicendi libertatē, minatus est cum ca-
 pite plectendū, si post hac de hac re molestus esse
 pergeret. Respondit Moyses, se non amplius hac
 de causa uerba faciliū, sed ipsum cum optimis
 tibus Aegyptiis ultrō Hebreos rogaturum ut
 quamprimum inde proficisciatur: atq; his dictis
 abiit. Deus autē cū decreuisset adhuc una pla-
 ga ieiros Aegyptios cogere ad dimittēdos He-
 breos, iussit Moysen edicere populo, ut paratum
 habeant sacrificiū, preparatum tertiadecima
 Xanthici mensis in quartadecimā, qui apud
 Aegyptios Pharmuti uocauit, idem Hebreis
 Nisan, & Macedonibus Xanthicus: utq; ipse
 Hebreos educat, omnia sua secū portantes. Ille
 uero instruiebat prius ad profecitionē, & per so-
 dalitia distribuios in uno loco continebat. Illu-
 cescente uero quartadecima, omnes ad exitum
 animati sacrificabant, & sanguine domos lu-
 strabant, aspersas hyssopo: & peracta cæna re-
 liquis carnium exuferunt, tanquam exiuri. Vnde

nunc quoq; solenne manet nobis idē sacrificium,
quā festiuitatē uocamus Pascha: id transitū si-
gnificat, eo quod Deus illa die præteritis illæsis
Hebreis, Aegyptios morbo percussit: nā pestis
illa nocte absumpsit primogenita Aegyptiorū,
ut agminatim ad regiā cōcurreret eis à proximis
uociferantibus, nō amplius detinēdos Hebreos.
Tum rex accito Moysē mandat ut abeat, ratus
post eorū exitum regionē cessantibus calamita-
tibus sublevanda: donis etiam Hebreos honora-
bāt, aliū quō celerius discederet, aliū propter ui-
cinitatis cōsuetudinē: atq; hoc pacto exitum, est
fletibus Aegyptiis et pœnitētibus ob præteritā
malā tractationē. Iter autē faciebat per Euto-
polim tūc desertā: Babylō enim post eo loco est cō-
dita, Cābyse Aegyptū uastāte, Cūq; abeūtes iter
strenue cōtinuarēt, tertia die peruenērūt Beelsé-
phontē ad rubrū mare sitā: cūq; nihil per uia in-
uenirēt propter soliditudinē, macerata farina &
modico calore in panis speciē solidata se suste-
tabant: quo uicī per triginta dies sunt nisi: neq;
enim plus cōmeatus Aegypti exiuerant, atq;
cum ipsum parcè dispensabant ad necessitatem
magis quā ad satietatē: qua propter in memoria
eius inopia festa per octo dies celebramus, quos
uocamus Azymorū. Ceterum multitudo mi-
gratium unā cum liberis & uxoribus uix erat
numerabilis: qui uero militarem atatem habe-
bant, sexcentorum milium numerū explebant.

Qno

quomodo Moysē duce Aegyptū reliquerunt. C. VI.

Reliquerunt autē Aegyptū mensē Xan- Exod. 12.
thico luna quintadecima, anno quadrin-
gētesimo trigesimo post quā Abrahā pater no-
ster in Chanaanā uenit: & post Iacobi migra-
tionē in Aegyptū anno ducentesimo decimo-
quinto. Moyses uero anni tunc agebat ocluage-
sum, & frater eius Aaron triēnio erat ma-
ior: descrebant etiā secū ossa Iosephi, ita ut filijs
suis mandauerat. Aegyptios autē pœnituit xiiii.
quod Hebreos dimisissent: cumq; rex præcate-
ris hinc rem agrè ferret, totū præstigis Moysis
imputans, decretū est, ut in eos irruerent: & cor-
reptis armis reliquoq; apparatu, persequeban-
tur, rceracturi si possent assequi, uō enim timen-
dum ne Deus offendatur, cùm iāni semel exitus
illis sit cōcessus: sperabat etiā facile se in potesta-
tem redacturos intermes, & de uia lassos. Itaq;
obnūiū quemq; rogantes quā tenderet, raptim in-
sequebantur, tamē si per uiam difficultem non so-
lū in exercitibus, sed expeditis quoq; uia oribus.
Moyses autem hac Hebreos ideo duxit, ut si
Aegyptij mutata sententia persequi eos uellēt,
poenas malicie uolatiq; pacti persolueret: nēcne
Palastini, quos ob ueterē similitatē infensos ha-
bat, de hac profectiōne certiores fieri possent:
est enim illorum regio Aegyptio contermina.
Quapropter omissa uia que in Palastinam
ducit, per desertum uia dispendiosa ac diffi-
cili

cili uoluit Chananaeam inuadere: obiterq; iuxta
Dei mandata in mōtem sīna populu sacrificā-
Exo. 14. *turum adducere. Sed ubi ad rubrum mare per-*
uentum est, ecce Aegyptiorū multitudo circun-
fusa in arcti eos cōpellit: aderant enim septin-
genti currus cū equis quinquaginta millibus,
& ducenta millia scutatorum peditū: hi uias
omnes obfederat, quibus effugiu Hebreos patere
poterat, inter rupes & mare conclusis, quo loco
mons præ aspreis iniuis ad latus usq; procur-
rit: atq; ita ne fuga quidē spe relata Hebreos
mare inter & montē obsidione premebant, op-
positis armatis quā exitus in cāpos aperieba-
tur. In hac locorū iniquitate cōclusi, cūm nec ob-
sidionem præ inopia tolerare, nec exitū ad fugā
inuenire possent, nec arma adessent etiam si ma-
ximē pugnare cuperent, nihil superesse uidebat,
nisi ut turpi deditione saluti cōsularent: quo fa-
ctum est ut Moysen incusarent, obliti prodigio-
rum quibus libertatem eis Deus significauerat:
minimūm q; aberat quin propheta lapidato, con-
temptisq; per incredulitatē pollicitationibus, de-
ditione in pristinā seruitū ē rediret: nam &
la-
mentis mulierū ac puerorū exasperabantur, ni-
hil nisi perniciē expectantiū, cūm essent rupibus
& mari & armatis circūcirca cincti, nec ulla
spes effugiq; relinqueretur. Moyses autem effe-
rata licet contra se turba nulli succubens diffi-
cultati non cessabat eis prospicere, Deo fretus,
quem

quem post tot libertatis præfigia probabile non erat permisurum ut aut delerentur, aut in potestatem inimicorum relaberentur: cumq; medius in concione cōstitisset, sic ad eos uerba fecit: si homo aliquis res uestras benè ac prudentur hæc nūs administrasset, oportebat & in posterū similem eius curam & diligentiam expectare: nūe postquam Deus ipse gubernandos uos suscepit, quātū & insania facit eius opem nō sperare, qui per me ulterò uobis præstite quicquid ad uestrā salutē ac libertatē cōserre uidebatur, imo hac ipsa difficultas & angustia magis uos ad sperandi accēdere debuerat: ipse enim uos in arctū hunc locū cōcludi uoluit, ut ex tanta necessitate præter uestram aquā ac hostium opinionē seruaret, atq; in hunc modū declararet, nō solū potentiam suā, sed fauorem etiā quo uos perpetuo prosequitur. Non enim in paruis rebus Deus propitius auxilium afferre solet sed tū potissimum, quādo speci superest minimū. Ergo huius ope frēti, qui potest & ex paruis magna facere, et horū potētia debilē reddere, ne terreamini. Aegyptiorū apparatu, neq; propter fugā mari et montibus impeditā aim despōdet: potest enim Deus & hos in planicie & mare in terram uertere.

Quomodo mare scissum Hebræis & Egyptios fugientibus viam aperuit. CAP. VII.

Hec iussus ad mare eos Aegyptijs spectantibus ducebat. Tabentes enim eos

sis

sub oculis, quod essent persequendo desatigati,
 pugnam in sequente diem differre cōsultius pu-
 tabat. *Uero ad extremū littus uentū est, tum*
Moyses sumpta uirga Deū in auxiliū supplex
inuocat, dicens, Tu domine scis ipse quod nec ui-
ribus nec artibus humanis ullum hinc nobis pā-
ter effugium: superest ut ipse salutē huic populo
expedias, qui Aegypto relictā huc est delatus,
tuam uoluntatē tuamq; fidem secutus: ad te so-
lum omni alia spē, omni cōsilio, deſtituti consu-
gimus: ad tuam tantū prouidentiā respicimus,
qua sola nos iratis Aegyptijs eripere potest.
Succurre igitur properè. Cō potentia tuam exe-
re, Cō populū iam cōclamata salutis ad fidu-
ciam Cō spēm excita: in difficultatibus cōſti-
tuti sumus, sed nostris nō tuis. Tu es domine
hoc mare, tuus Cō mons qui nos claudit: Cō hic
potest te iubente aperiri, Cō illud in terrā uerti:
possimus Cō per aērem sublimes effugere, si ita
nos seruari tibi placeat. Hac precatus, mare
uirga percutit: quo iectu repente scissum, Cō re-
trorsum se recipiens, nudum solum Hebrais ad
fugam capessendam relinquit. Moyses autē ui-
dens adesse Deum, Cō mare ab suo solo cessisse,
primus progreditur, hortatur Hebreos ut ala-
criter sequantur per viam diuinitus datam, Cō
lati præterito periculo gratias agat ob tam in-
credibilem salutis rationem tam subito exorta.
Illis uero impigrè subsequentibus, nimirum di-
uina

vina ope fretis, Aegyptij primum insanire eos
 putabant in manifesta perniciem ruentes. Post-
 quam uero uiderunt eos longe processisse, & im-
 pune absq; omni impedimento iter facere, impe-
 tu facto persequi eos cœperunt, quasi & ipsi
 tū per mare iter habituri: & præmissis equi-
 tibus à littore descendebant. Iamq; in aduersum
 littus eus erant Hebrei, hostibus à tergo reli-
 clis, quos armis graues ipsa etiam miraculi no-
 uitias non nihil est remorata: sed cùm incolumes
 illas terrā tenere uiderent, sibi quoq; eundē euen-
 tum pollicebantur. Verum fessellit eos hęc opi-
 nio, nescientes non quorumvis tam uiam esse,
 sed Elebræorum tantum, & fugientibus tantum
 ad salutem patere, non hostibus qui eos perden-
 di animo inseclarentur. Ergo ciam iam uniuersi-
 sus exercitus introgressus esset, refanditus iterū
 mare, & Aegyptios fluctibus inuoluit, uentis
 etiam cōdem impellantibus: accesserunt & im-
 bres de celo, & aspera tonitra fulguribus si-
 mul intermicantibus: fulmina quoq; defereban-
 tur, & nihil omnino decravat eorum que ab irato
 Deo hominibus ad perniciē immicii solent: nam
 & nox eos caliginosa nimis ac tenebrosa com-
 prehendit, atq; ita totus ille exercitus est dele-
 tus, ut ne nuntius quidem cladis domum reuer-
 teretur. Hebrei uero nix sui compotes erant præ-
 gaudio ex iam imopinata salute cōcepio, acc-
 dente hac etiam hostium interitu, quo maior
 esset

effet libertatis securitas, nemine superstite qui eos in servitatem vindicare cuperet, & Deo ex professo illis auxilium submittente: quapropter tum sunt salute, tum inimicorum supplicio leti-
magis quam ulli antehac homines in hymnis et

Exod. 15. hilaritate totam noctem exegerunt: & Moy-
ses carmen, laudes Dei, & ob praesentem fauor-
em gratiarum actiones continens, hexametro
herfa composuit. Hec ego ut in sacris codicibus
inueni, ita sigillatum conscripsi. Nemo autem me-
rari debet tanquam incredibilis, si priscis homi-
nibus & ad malitiam etiam tum rudibus, de sa-
lute periclitantibus via per mare patuit, sine
Dei voluntate, sine naturae sponte: quandoqui-
dem heri & mudiustertius *Alexandri ductus*

Exo. 8. 9. Macedonibus Pamphyliū mire cessit, & alia-
niam non habentibus illuc iter aperuit, cū Deus
eius opera ad destruendum Persarū imperium
uti decreuisset: id quod omnes testantur, qui res
gestas illius regis scripto prodiderunt. Sed de his
ut cuique libet ita sentiat. Postera uero die eum
aestus & uenius arma Aegyptiorum in littus
expulisset, in quo tum Hebrei castra posuerant,
Moses id quoque diuina providentia factum in-
terpretatus, ne posthac incumes essent, collecta
uiritim distribuit: atque ita iam probe munitos ad
Sina montem duxit, sacrificaturus ibi Deo, &
municra pro salute populi oblaturus, quemad-
modum iussum esse item ante dictum est.

PL. 15

F L. I O S E P H I A N-
T I Q V I T A T V M I V-
D A I C A R V M L I B E R
T E R T I V S.

Quomodo Moyses populum ex Aegypto in
Sina montem eduxit. CAP. I.

RECENTEM hanc latitiam
ex insperato accepta salutis of-
fuscauit nonnihil itineris mo-
lestia, quo per desertum in Sina
montem ducebatur: quod eme-
tienda esset regio difficilis propter ciborum &
aquaꝝ extrema inopiam, & ne bruis quidē
alendis, nedum hominibus, idonea: crat enim to-
ta squalida, & nihil omnino humoris habens,
unde fructus prouenire solent: talem autē uiam
necessariō sunt ingressi, cūm aliam non possent
descerebantq; secum aquā priusquā desertū in-
trarent haustam, duce ita præmonente: qua ab-
sumpta putoꝝ magno labore propter duriciem
terre fidentes aquabantur: ac ne sic quidē uel
satis bonā, uel quantum sufficeret innunciebant.
In hunc modū iher faciēs perueniūt prima ue-
spera in locū quendam, cui propter aquas uitio-
sas nomē fecerūt Mar, amarorē uocabulo signi- Exo. 15.
ficā: e: ibiꝝ lassis de uia & cōmeatu quoq; iam
absumpto inopiam sentire incipientibus, diuertere
placuit. Inuitabat ad manendū putoꝝ foricē re-
k pertus,

pertus, qui tametsi tantis copijs non posset suffi-
 cere, non nihil tamē solatij propter naturam re-
 gionis praebebat: audiabant enim nihil aquæ in
 progressu se inuenturos: hæc ipsa quoq; amara
 fuit & nulli potabilis, non homini solū, sed ne
 iumento quidem. Moyses autē uidens eis animis
 ecclisiffo, nec habens quod diceret, non enim cræ-
 res cū hoste, quē viruite repellere posset, sed &
 niri & imbellis mulierū ac puerorū multitudo
 ex aquo periclitabantur, agrè expediebat con-
 silium populi miseriā ad propriū infortuniū re-
 ferens. ad hunc unum enim cōcurrebant, mulier-
 culæ infantibus opem implorantes, niri uero mu-
 licribus, ne se despiceret, utq; salutis remedium
 aliquod quereret. Ad preces igitur uersus orat
 ut Deus misericordia ex uitoſa potabilē red-
 dat: quo annuente hanc gratiā, arripit frustum
 ligni forte ibi iacens, & mediū per longitudinē
 scissum in aquā mittens, docet Hebraos Deum
 ex auditis precibus pollicitū daturū se aquā de-
 sideratibus, si gnauiter iussa perageret. Quibus
 rogatibus quid factio opus sit, ut aqua mutetur.
 iubet robustissimum queq; certatim putū exhan-
 rire, dicens, maiore parte evanuata reliquū po-
 tabile fore: quo facto aqua agitatione continua
 purior redditā, potū iam nō aspernandū multi-
 tudini exhibuit. Hinc castris motis peruenierunt
 in illym agrū, ut primo aspectu è lōginquo vide-
 batur, nō malum, serebat enim palmas: ut uero
 propius

propius est ueniu, fcsellit omnium expectationem: palma enim nō plures erāt quām sepiuaginta, eaq; nō admodū proceræ propter loci ariditatē: nam ne à fontibus quidē rigabātur, qui duodecim eo loco erāt, sed nō ita largi ut emissis riuis- lis humiditatē terræ subministraretur: quare ad egerendā harenā uersi in nullis uenas incidere poterant, & si quid modicū distillaret, soſione turbatum inuicile ad potū reddebatur. *Arbores Exod. 16.*
 quoq; nō multū fructū feribant propter candem aquarū inopiu: quamobrem exortū est murmur multitudinis cōtra ductorem, omne misericordia causam in unū illum cōfrentis. Triginta enim dieram itinere cōfēcto, cōmeatum omnē, quē secū extulerat, iam absūptū desiderabant, & cū nihil alimentorum in terra deserta inuenirent, minime à desperatione aberant: atq; ita praeſente cogitate præteriorū tam Dei quam Mox sis beneficiorū memoriam excutiente, in iram concitati uidebātur iamiam corruptis faxis in imperatore suum innasuri, autore interitus sibi clementantes. At ille irritatā multitudinē & tam acriter in se concitatam animaduiciens, frētus Deo & cōſcientia rei bona fide administrata, prodit in mediis uociferantes & saxa intentan tes. Cumq; singularēm quā indam gratiā in nullis præferret, populari q; facundia cū primis polleret, exorsus est iram eorū mitigare, obſerans ne in præſentiē necessitatē intenti omniū præterito-

rum beneficiorū memoriam abūcerent: utq; à diffi-
 cultate iunc premente animū ad Dei gratiam
 ac dona uerterent, quibus toties prater opinione
 eumulati fuissent: nunc quoq; expectarent cum
 bonum exitū procuraturū, quicm uerisimile sit
 ad probandam eorū fortitudinē, patientiam &
 gratitudinē, utq; appareat præterita'ne an præ-
 sentia plus apud eos possint, hanc rerum angu-
 stiam immisisse. Cauendū igitur ne ob intoleran-
 tiā atq; ingratitudinē diuino fauore indigni
 deprehendantur, qui & uoluntatē ipsius quam
 secuti Aegyptū reliquissent, contemnant, & se
 ministru eius inquis odīs persequātur, præfer-
 ent cū habentes in nullo eorum qua Dei iussio
 gerenda suscepserat, deceptos se queri possint.
 Enumerat deinde singillatim, quomodo afflicti
 fuerint Aegyptij dum eos cōtra Dei uoluntatē
 detinere conarentur: quomodo idem flumen illis
 quidem cruentū & ad potum inutile, ipsis uero
 dulce fuerit ac potabile: quomodo item refluxo
 mari locū eis & uia ad effugium cedente, ipsis
 quidem per eam euadentes salutē sint consecuti,
 inimicos uero internecione delatos inspietauer-
 int: & quomodo in eam usq; diē incertes, Deo
 præbente armorū quoq; copia sibi cōparauerint:
 tum quoties ex ipsis interitus saucibus eos præ-
 ter omniū opinionem incolantes Deus eripuerit,
 qui cūm semper sit omnipotens, ne tum quidē de
 ipsius prouidentia desperandum. Quamobrem
 a quo

aquo animo ferenda omnia , cogitandumq; non
 esse serum auxilium quātumvis differatur, quod
 rebus adhuc integris accipitur : & sic existi-
 mandum, non contemni à Deo sua pericula, sed
 fortitudinem explorari ac libertatis amorem, ut
 uideat utrum eius cupidine & ciborū & aqua-
 rum inopiam sustinere ualeant , an potius more
 pecudum dominis in suum usum pascientibus ser-
 uire malint . Se quidem non tam sibi priuatim ti-
 mere, cui cæso iniuste nihil mali accidere possit:
 quam ipsorum incoluntati, si per istam lapida-
 tionem facta & cōsilia Dei damnare uideātur.
 Tuis herbis furentes ad saniorē mētem reduxit,
 & iam ad facinus armatis saxa de manibus ex-
 cussit . Sed quoniam intelligebat nō de nihilo con-
 citatos, ad preces & supplicationes confugit: &
 consensu quādā specula, opē Dei rebus per ino-
 piā afflictis depositebat , in cuius solius manibus
 salus populi reposita esset: utq; propitiis ueniam
 daret populo duris rebus exasperato, & propter
 hoc more humano ab officio decedēti . Deus herò
 cura sibi populū fore pollicetur , & opem quam
 petierē tamiam affuerā . His impetratis Moy-
 ses descendit ad multitudinē: illi uero animadver-
 sentes promissionibus diuinis latū, & ipsi posito
 marore uultus hilares sumpserūt . Tum ille stans
 in medio concionis , ait se presenti necessitatī à
 Deo remedium affirre , nec ita multo post magnas
 mis coiurnicum , quod genus aurum praecauris

k ; Arab

Arabicus sinus alit, superato interriacēte mari
longo uolatu sessarū, qui alioquin etiam non est
sublimis, in Hebreos deferuntur. Illi uero cibos, di-
uinus oblatos certatim cōprehendentes, reme-
dium impiae quarebant: & Moyses rursus ad
supplicationes ueritutis, ob auxiliū à Deo pro-
missum simul atq; exhibitū: qui ad hunc modū
paſſis, alia mox alimenta demisit. Nam in-
terim dum Moyses preabundus palmas attol-
lit, nos de calo dilabitur: qui cum manibus eius
hærens cōcreuisset, suspicatus ille hac quoq; ali-
moniam à Deo demitti, degustat: letusq; re cō-
perta, turbā ignarā & putantē hiberna tēpe-
stāte nigrere, monet opinione falli, nec uulgarem
rōrē de calo descendere, sed alimoniam, quae ope
alia deſtitutos periculo famis eximeret: ac mox
prægustatū offert, ut experti crederent. Illi uero
ad eius exemplū nouo cibo leti fruebantur, qui
suauitate ad mellis dulcedinē accedebat, aspe-
cta uero ad aromatis similitudinē quod Edel-
lium dicitur, magnitudine coriandri semini si-
miles: cumq; pro ſe quisq; certatim colligebant.
S: d mox edictō admonētur, ut ex aequo affaro-
nis mensurā quotidie colligeret, non enim defore
hoc cibi genus: quod eō factū eſt, ne infirmiori-
bus deceffet, dū robustiores per auaritiam plus fa-
tis colligunt. Quod si quis contēpto edictō ultra
prescriptū modū collegisset, plus defatigatus ni-
hilo plus habebat quam cateri: quicquid enim
ultra

ultra assaronē sequenti die supererat, inutile red-
debaeur, amaritudine ac uermibus corruptum:
adē diuinus et incredibilis erat hic cibus: cuius
hac natura est, ut qui hunc habet, alium non de-
sideret. Quin & nostris temporibus tota ea regio
genere hoc compluitur, quemadmodum olim in
Moysis gratiam Deus id alimentū demisit. Hoc
Hebrei Manna uocant: nam hacc uox Asan, in
nostra uernacula est percontajua, Quid hoc est,
interrogans. Aiq; ita perpetuum gaudium ac
securitatem per hunc cibum sunt adepti, quo per
annos x l. deinceps sunt sustentati: tātum enim
temporis in deserto h̄aferunt. sed ex loco in quo Exo. 17.
hcc primum contigerunt castris motis, postquam
in Raphidim peruererūt, extrema iam siti labo-
rabatur: eō quod & praecedentibus diebus raros
fontes inuenire datum est, & tunc in regionem
omnino aquis carentē inciderunt. Rursum igitur
Moysi irascabantur. Ille uero declinatio aliquam
tisper turbæ furore, ad deprecādum uertitur, ro-
gans ut qui cibum in egestate dederat, nūc potum
quoq; in extrema necessitate largiretur tantum
non siti deficientibus, quandoquidē solus cibus in
hoc rerum statu nihil proderat. Deus uero nihil
cunctatus promittit Moysi daturū se fontem &
aqua rū abundantiam unde minime sperarent: in-
betq; ut uirga feriens pearam in cōspiciliu sitam,
inde peteret ea quæ desiderabant: uelle se ne per
otium & absq; labore potum adipiscantur. His

k 4 accep

acceptis à Deo Moyses reueritur ad populum
præstolantē & intentis oculis se spectantem: iam
enim uidebant à specula descendenter. Qui post-
quam reuersus est, ait Deum eos ex hac etiā ne-
cessitate liberaturū, & insperato modo saluēm
largieurum, flumio de petra illa prorūpente. Quo
audito territis, si laſſitudine ac ſuī enectis peira
eſſet excidēda, Moyses ferit eam uirga, quæ ene-
ſtigio dehincens aquam euomuit copiosissimā ſi-
mul ac limpidisſimā. Illi uero inopinato ſpecta-
claculo affoniti, uel aspergi ipſo recreabantur;
moxq; magna cū uoluptate bibebant, quod eſſet
dulcis & qualem diuinitus datam eſſe conuenie-
bat. qua propter & Moysen plurimi faciebant,
quem Deo tam carum uiderent, & Deo pro ac-
cepio beneficio quas poterant per sacrificia gra-
tias referebant. Testantur autem ſacra litera in
templo dedicata, quod Deus Moysi prædixerit
petram ex ſe aquam profluēnsem eſſe edituram.

De Amalekitarum & ſociorum clade, & præda
qua Israëlitis inde obſigit. C A P. II.

I I. **H**Ebraeorum autē fama longe lateq; diuul-
Exo. 17. **H**gata, rumoribusq; de his per omnes gentes
circumquaqq; ſparfis, nō mediocris metus accolat
eius regionis occupauit: & miſſis uero citroq;
legationibus adhortabatur ſe inuicē, ut aut ar-
cerent, aut delerent etiam, ſi modo poſſent, aduen-
tantem multitudinē. Præcipui uero huius expe-
ditionis iſtigatores erant qui Gobolitid. m re-
gionem

gionem & urbem Petram incolant, vocanturque
 Amalecites, inter eas gentes pugnacissimi: ho-
 rum reges & se inuicem & finitimos ad Hebrai-
 cum bellum concitatabant, ex tenui exercitu Aegy-
 ptiorum fugitivos pernicem sibi struere dictantes:
 quos non opere cōtemnit, sed priusquam uires eo-
 rum augeantur uberem aliquam regionē adcepit,
 & fiducia ex ipsorum cessatione conceperat priores
 bellum aggrediantur, tuto posse opprimi: cōsul-
 tiusque esse in deserto eorum conatus uelis, quam
 expectare dū urbibus bonis ac opulentis poterantur.
 Hoc enim esse prudētium, initis aduersario-
 rum potestis quam primū obstatere, nec expectare
 dum quotidianis successibus in maius augeatur,
 & potius curare ne in discrimen uentiant, quam
 ut periculo extimatur. Post huiusmodi legationes
 decretum est cōmuni consilio, ut Hebreos adorii
 prælio repellere conetur. Nihil sum minus expe-
 ctabat Moyses, quam motum aliquem indigenarum:
 ergo cum uidereret trepidare ac tumultuari
 populu, cui de improviso & imparato cū instru-
 etissimo hoste configendū erat: hortatur ut Dei
 sicutientia freui, cuius auspicijs libertatem seruitus
 prætulisse, nihil aliud quam uictoria cogita-
 rent: neque reputarent quod armis, pecunijs, com-
 meatu & alijs huiusmodi præsidij sint inferio-
 res: sed cum Deum pro se contra hostes stantem
 habeant, tales animos cōciperent, ac si humanis
 etiam opibus essent lōge superiores: nec ignorare
 k s illos

illos quantus sit adiutor, toties in grauioribus
malis expertos, hunc & hostibus esse infensum.
& Hebreis propitium: cumq; sauroe satis decla-
ratum dum famem ac fuit prodigiose ab eis de-
pellit, dum mari & monte inclusis insperatū ef-
fugium expedit. Adhac tanto magis ad uicto-
riam aspirādum, quod post hāc nihil sint deside-
raturi corū que ad humaniore uictum pertinere
uidentur. Talibus dictis animato populo, conuo-
catusq; tribunis & optimatibus, uniuersos &
singulos hortatur, iuniores quidē ut grandiorum
dicto audiant, hos uero ut omnes imperatoris sui
nutus obseruent. At illi periculum cōtemnentes
& confictus cupidi, sperabant hanc pugnā mi-
serie finem allaturā, & ultrò Moysen rogabant
ut se cōfessim in hostem duceret, neue intēpeliua
cunctatione alacritatē militum hebetaret. Tam
ille selectis è reliqua multitudine ad pugnā ido-
neis Iesum præficit Naucci filiū è tribu Ephra-
mitide, uirum manu ac cōfilio iuxta promptum,
& pietate insignē, & à Moysē præceptore hac
parte non degenerantem: aliquot etiam cohortes
ita disponit, ne ab aquatione intercludi possit:
plures etiam ad præsidium castrorū & imbellis
multitudinis relinquit. Per noctē deinde ad pre-
lium se expedit, & armis simul ac corporibus
curatis, intenti signum classico per Moysen dari
expectan: qui & ipse pernox cum Iesu cōsulta-
bat, cumq; de instruendis ordinibus admonebat.

App

Appetente uero iam die, hortatur ducē ut spē
 de se concepe & respondere studiat, & re feliciter
 gista existimationē sibi apud milites cōparare:
 similiter Hebreorū opītum quenq; priuatum, ac
 mox omnes armatos uerbis ad fortitudinē accen-
 dit: atq; ita instrūctos & animatos Iesu & Deo
 commūnit, ipse montē ascendit. Iamq; ad manus
 nemū erat, pugnabaturq; strenuè, nec adhorta-
 tiones mutuaē decrant: & quandiu Moyses ere-
 das manus tendebat, Amalecītae deteriore con-
 ditione præliabātur. Moyses uero extēsione ma-
 nū lassatus, cūm obseruasset quotiescunq; ma-
 nus demitterei, toties suos non ferentes hostis im-
 pressione cedere, iubet fratrē Aronem, & so-
 roris Mariamē maritum Vronē, utrinq; astātes
 manus sibi inde simēter suslinere, neq; permittere
 ut per latitudinē deferrentur. quo factō egregiē
 uicerunt Hebrei, suissentq; internectione deleti
 Amalecītae, nisi interueniente nocte fuga & la-
 tebris quidam eorū salutem sibi quesissent. Qua
 uictoria non alia uel magnificētor uel magis op-
 portuna maioribus nostris contigit: nam & oc-
 currentem exercitum fuderūt ac fugauerunt, &
 omnibus circumquaq; degentibus magnū terro-
 rem incussirunt, & laboris præmium prædā op-
 portum reportauerunt: namq; castris etiam hosti-
 libus expugnatis publicē & priuatum sunt di-
 zati, qui ad eam diem uix quotidiamum uictum
 sibi parare poterant. Nec in præsens tantum ea
 nulli

uictoria proseruit, sed in futurū etiam: non solum
 enim corpora aduersariorū, sed animi quoq; co-
 prælio sunt fracti: & omnibus circumquaq; gen-
 tibus ex illo tempore facti sunt formidolosi: ipfis
 uero opulentia non mediocris accessio est facta:
 multum enim aurē & argenti in castris fuit re-
 periū, multa armenta uilescaria uel coquima-
 ria, magnus etiam pecunia signat⁹ numerus: ad
 hæc texilia & armorū ornatus, aliaq; supellēx
 castrensis, & uaria præda iumentorū & impe-
 dimentorū, quæ exercitum sequi solent: quin &
 audacieores multo successus hic Hebreos reddidit,
 & fortitudinis ac industria magis studiosos, ni-
 bil non sibi pollicentes si uiri ut strenue colerent.
 Et hoc quidē prælium talē exiūm est fortissimum.
 Sequenti uero die Moyses caſorū cadaucra spo-
 liauit, arma que fugiētes abiicerat colligit, &
 illis quorū opera insignior fuerat præmia distri-
 buit, Iesumq; ducē pro cōcione collaudauit, mi-
 lite per acclamatiōnes laudem uiri cōprobante.
 Adeoq; incruenta fuit hæc uictoria, ut ne unius
 quidē ex Hebreis desideraretur, cūm hostilium
 cadaucrum numerus p̄e multitudine incōperitus
 māserit. Mactatis deinde pro gratiarū actione
 uictimis, aram D E O V I C T O R I posuit:
 p̄adixitq; interneccione delēdos Amalécitas, ut
 ne unius quidē eius generis relinquatur, quod He-
 breos ultro armis aggr. si essent, idq; in deserto
 & inopia laborantes. Postremo ducentū exercitus
 uictor

ni cloriali epulo exceptit. Hoc fuit primum præsum post exitum de Aegypto, quo hostem la-cessit fortius reiculum magna clade affectarunt: post quod per dies aliquot festis epinicijs ce-lebratis, & quiete uiribus reparatis, instructo agmine iter continuabant: iam enim creuerat armatorum numerus: & ad hunc modum pau-latim procedentes, tertio mense posse quam ex Aegypto mouerant, ad montem Sina peruenie-runt, in quo Moyses uisionem ardoris rubi hide-rat, ut iam ante commemorauimus.

Raguëlis consilium quod genero suo Moyse dedit.

CAP. III.

CVM autem rei feliciter gestæ fama ad Ra-
guëlem quoq; peruenisse, gratulabundus Exo. 18.
occurrit Moysen & Sapphoram & eorum liberos
salutaturus. Is letus saceri aduentu sacrificium
instaurat, & populo epulu præbet prope rubum
qui flagrationem illæsus evaserat. Dum uero
multitudine per suas quisq; cognationes epulatur,
Aaron cum suis assumptio & Raguële laudes
diuinæ concinibant, aurore salutis ac libertatis
celebrantes: ducē quoq; suum sa-stitis carminibus
prosequabantur, cuius uirtute omnia sibi ex sen-tentia
successissent. Raguël quoq; priuatim mul-ta in populi laudē, multa in Moyses eius serua-toris
ceccinit, cuius auspicijs tot uiri boni ac for-tes regerentur. Sequenti autem die Raguël 111.
uidens Moysen multitudine negotiorum obrui
(fueb

(finiebat enim lites quorū opus erat, omnibus ad ipsum deferentibus, & alio arbitro ius suum tenere se posse non existimantibus, & his etiam qui causam sub tali iudice perdebant a quo animo sententiam ferentibus) tunc quidē siluit, neminem uolens impedire quō minus iniustitia uiri fruenterit. Vbi uero tandem à negotiorū tumultu ab solutum uidit, sed uelut seorsum quid factō opus esset docuit: cōsuluitq; ut minores causas alijs cognoscendas cederet, ipse uero rātum Reip. negotia tractaret. non dec̄sse enim Hebreis & alios dūdicandis litibus idoneos: curam uero tot mīlīum salutis sustinere posse neminem, nisi Moysi similem. Itaq; cum nō ignores, inquit, tuas doctes, quae toties populo periclitanti fuerunt usū: tibi ipse parcēs, permette alijs ut ipsi inter se lites ex iure dirimant: tu uero diuino iustum cultui deditus es̄to, quō facilius populū è pr̄senti necessitate eximas. Quin & illud pro uirili consiluerim, ut iustratis ac recensis sis copijs eas in dena milia distribuas singulis huinsmodi legionib; suos duces pr̄ficiendo: e.woq; rursum in cohortes mille-narias, quingenarias, centenarias & quinquagenarias partiaris: itemq; in manipulos triginta & uiginti & decem commilitonum: tum deinde ita distinctis pr̄fellois imponas, singulis appellatione à numero subditorū milium indita. Indices autē uiros uirtute ac iniustitia pr̄statae populi suffragijs creabis, qui de cōtrouersijs eorum decen-

decernant: & si forte quid grauius inciderit, eius cognitionē ad te relegent. Atq; hoc pacto neq; Hebraeorū quisquam suo iure fraudabitur, & tu sine interpellatione Deum colés fauorē eius propensiōrem exercitui conciliabis. Hoc Raguelis v. consilium Moyses libenter admisit, fecitq; quicquid ille monuerat, non sibi hoc commentū usurpans, neq; autorem eius c. elans, sed pro concione populo indicans cuius hoc inuētum fuerit. Quin & in libris suis Ragueli ascribit inuētionem ordinum militarium ac iudiciorum, malens dignos sua laude nō fraudare, quam sibi alienum decus usurpare, ut hinc quoq; uirtutem ipsius conūcere liceat: de qua suis locis sāpe nobis dictum erit. Interea dum his locis populus h̄eret, Moyses pro concione ait se ire in montem Sina collocuturum cum Deo & aliquid uile eis inde reportatum: iubetq; ut ipsi interim in propinquō castra mercenur, uiciniores Deo futuri.

Moyses consenso Sina monte acceptas à Deo decēta praeceptorum tabulas ad populum reportat. C. III.

His dictis ascendit Sina montē omnium re- v. 1.
gionis ciuis celsissimum, & ob nimiam altitudinem cantesq; prarupis non ascensus tantum hominum, sed aspectus quoq; ipsos defangiunt, ut non immerito prosperū numen incolens religiosus haberetur. Hebrei uero iuxta mandatum prophetæ motis castris radices montis occupant, suspensi animis quidnam bani ita ut promiserat,

miserat, esset à Deo reportaturus: atq; interim
 dum ductorum suum expectant, festos dies age-
 bant, castitatem scrantes tum in ceteris, tum
 abstinentia à cogressu mulierum per triduum, si-
 eut iussi fuerant, & assiduis precibus Deum so-
 licitantes, ut propitius Moysim excipiens, donum
 sibi per eum aliquod mitteret, quod ad uitā bene
 ac feliciter degendam conducibile foret. Interim
 & uictu sumptuosoire utebantur, & ornati
 splendidiore una cum uxoribus ac liberis excole-
 bantur. atq; in hunc modum diuabus diubus inter
 epulas exactis, appetente iam tertia nubes pri-
 mum prater solitum supra tota castra Hebreorum
 sublimis pependit, iectoria quam late pate-
 bant contingens, reliquā cælum circunquaq; clara
 serenitate obtinente: procellæ deinde cum imbre
 uehementi ruerant, & fulgura simul crebro mi-
 cantia terrebant, fulminaq; elisa significabant
 Moysen ex semictia cum Deo propitio conuenisse.
 Hac lecturi ut cuiq; placuerit accipient, mihi
 certè fuis non sicut discedere ab illis quæ in sacra
 historia conscripta habentur. Ceterum Hebrei
 uisa insolita tempestate, eiusq; horrore strupi-
 aures servire supra modi turbabatur: nam & rei
 nouitas terribat, & rumor uulgatus de morte, q
 crebro Deus cum iniuseret: quamobrem contine-
 bant se intra tabernacula masli, putates aëlum
 de salute Moysi, & illo per iram Dei sublati se
 quoq; simile exiū manere. In tali rerū statu ecce
 ibi

tibi Moyses exultas letitia, multaque; ipso animu
gaudio gestientem preferens: quo conspecto repente
metus omnis abiit, inquit; locum eius spes magni ali-
cuius boni successit: nam et aer ad eius aduc-
tum pristinam serenitatem recepit. mox igitur con-
cionem aduocat, auditur quae mandata a Deo
referat. quam ubi conuenisse animaduertit, e su-
periore loco, ut ab uniuersis audiretur, in hunc
modum est affatus: *Viri Hebrei, Deus optimus
maximus, quemadmodum nunquam ante a uota no-
stra est aspernatus vita hoc quoque tempore me lega-
tum uestrum benignissime exceptit, et iam in ca-
stra uestra praesens ac propitiatus adest, prescri-
pturus uobis uiuendi rationem, quia nulla beatior
ne cogitari quidem potest: quare per ipsum perque;
eius magnifica opera uos obsecro, ne contemnatis
que uobis dicturus sum, meam mediocritatem in-
tuentes, quodque; humanam linguam audituri es:is:
sed expendentes mandatorum bonitatem ac utili-
tatem: agnoscite eius maiestatem, qui ut uestra com-
moda prouidat, me internuntio ad uos uti non est
designatus. Non enim Moyses Amaram et
Iochabelis filius, sed is qui pro uestra salute Ni-
lum sanguinis fluenter labi fecit, et Aegyptiorum
contumacia tam uarijs calamitatibus fre-
git: qui per mare uia uobis munierit, qui omnium
egenis cibos celitus excogitauit, qui potum de-
sideratibus est petra scatere iussit, a quo Ad-
maru terra ac maris usum fructum accepit, per que;*

l

Noe

Noë diluvium effugit, per quē Abrahamus nostri generis autor ex errore possessor Chananeæ terre est factus, per quē Iacobus confitellis senio parentibus est natus, per quem Iacobus xii. honestissimis filijs est ornatus, per quem Josephus in Aegyptiorū præsidē euasit: is inquit uobis hæc præcepta largitur, ego nihil aliud sum quam tati numinis interpres. Ea uobis sacrosancta erunt, & coniugibus ac liberis antiquiora. illis enim parendo beatā uitam ageris, frumenta terra fertili, mari tranquillo, progenie iuxta naturæ leges felici, eritisq; hostibus uestris semper formidolosi. ego enim cū Deo coram collocutus, immortalē eius uocem audiui: adeò illi cordi estis nos & generis uestrī incolumitas. His dictis adducit populi cum liberis & coniugibus ut Deū loquente eis audiant, & quid agendum docentē, ne dicta minus auctoritatē haberent, si per humanam linguam in animos corū illaberentur: itaq; omnes audiabant uocem ē sublimi descendentiē, ut nemo non intelligeret. Præcepta autem quae Moyses duabus tabulis inscripta reliquit, nō est fas totidem uerbis euulgare, sententias tantum eorum indicabimus. Docet enim nos

Exo. 20. Primum præceptum, Deum esse unum, & hunc solum colendum.

Secundum, Nullius animalis simulacrum adorandum.

Tertium, Non temere iurandum.

Quar

Quartum, septimi diei ferias nullo opere profanandas.

Quintum, Parentes honorandos.

Sextum, A cæde abstinentium.

Septimum, Non adulterandum.

Octauum, Non committendum furium.

Nonum, Non deponendum falsum testimonium.

Decimum, Nihil alienum concupiscendum.

*Hac ubi multitudo latet ex ipso Deo sicut Moy Exod. 11. ses prædixerat audiuit, dimissa est cœcio. S. quic-
tibus autem diebus sepius ad ducis uenoriū uen-
titantes postulabat ut etiam leges eis à Deo de-
portaret. Ille ergo in hoc eis gratificatus leges tu-
lit, & quid quoniam modo agendū esset per idē tē-
pus prescripsit, sicut suo loco dicitur: si d maiore
legū partē in aliud tēpus diffuso, priuatis de his
comentarijus. Eodē sercē tēpore Moyses rursus
in Sima monte ascendit, præmonito antē populo:
nam & spectare eos ascensionē suā uoluit. Cūq; Exo. 24.
dimis morareetur, per x L. enim dies absuit, ec-
perunt solliciti esse, ne quid grauius illi acci-
disset: neq; in tot crumnis aliud quicquā eos sic
contristauit, ut interitus Moysis opinio: uaria-
bant enim rumores, dum alij decuoratū à bestijs
iacabant, maximè qui minus cum amabant: alij
raptum à Deo uideri malunt: qu: uero pruden-
tiores erant, inter utraq; sententiam ancipites,
quod alterū ab humanis casibus non alienum,
alterū uiri illius uirtuti cōuenientius uidebant,*

I 2 ipsius

ipsius sortem satis & quo animo ferebant: suam autē uicē dolebant, quod tali præside ac patro-
no essent orbati, qual. m aliū inueniri credebant
impossibile: & neq; sollicitudo sperare eos sine-
bat, neq; spe adempta nō dolere poterant: ac ne
castra mouere quidē audebat, redditū expectare
iussi. Tandē x l. diebus totidēq; noctibus elap-
sis reuertitur, nullo interim humano alimen-
to degustato: aduentuq; suo tota castra ingen-
ti gaudio repleuit, diuinam prouidentiam illis
adesse significās, & rationem bene ac beate ui-
uendi se per eos dies didicisse: postulareq; Deum
ut tabernaculū ei faciant, quo descēderet quoties
placeret, quod etiā migrātes secū circūferre pos-
sent, ut non sit opus amplius in Sina ascendere,
sed interuisitans crebrō & tantū nō cohabitans
præsto sit uotis eorū ac deprecationibus: mensu-
ram quoq; & formā tabernaculi sibi præmon-
strata, nihilq; superesse nisi ut ad eius fabricam
quād primū se accingerent. His dictis profert
duas tabulas cōtinentes decem præcepta inscri-
pta, in singulis quinā: erat autē Dei manus ea
scriptura. Illi uero presentia sermoneq; Moysis
lati pro se quisq; certatim ad strukturā taber-
naculi conferebant aurū, argentiū, cuprū, mate-
riam ligneā eleganter & cōtra cariē firmam,
pilos caprarū, & ouiuū pelle partim hyacinthi-
na partim punicea tintura, quas dā etiā can-
didas colore, & alias purpurā flore insectas:
adh.

ad h. ec lanas ejisdem coloribus tinctas & linum
byssinum: lapillos quoq; preciosos, qui ad ornatū
auro includi solent, atq; insuper uim magnam
odoramentorū: nam huiusmodi erat materia ta-
bernaculi, quod nihil ab ambulatorio templo
& portatili differebat. Ergo posteaquā iste spe-
cies ambitiose sunt collatae, uiritatem cōtribuenti-
bus, nonnullis etiā plura quā pro domesticis fa-
cultatibus, architectos operi propheta p̄ficit
ex mandato Dei, sed tales ut non alij diligendi
fuerint, etiam si populi suffragijs res commissa
fuisset. Eorum nomina etiā nunc in sacris codi-
cibus extant: Beselel ex tribu Iudea, Ieronis filius
& Mariammes, quae erat ducis soror: et Elia-
bus Isamachi, tribus Danidis: plebs autem tan-
ta alacritate operam & impensam offerebat,
ut edictō coercendi fuerint, & praconis uoce
admonendi, non esse opus pluribus: ita enim fa-
briatoribus est usum. Atq; ita structuram ta-
bernaculi aggrediuntur, Moysē & Mensurā &
magnitudinē designante, sicut in monte ex Dei
colloquio didicerat, tu quātū instrumentū capere
deberet ad usum sacrificiorū & sacrorū mini-
sterium, ritè ac ordinatè prescribēte: nec minor
fuit largitio mulierum circa uestes sacerdota-
les, & catena que uel ad tabernaculū ornamen-
tum, uel ad diuinum cultum attinere uidebātur.

Exo. 36.

De tabernaculo per Moysen in terra deserta factō
quod similitudinē tēpli portatilis referebat. C. V.

l 3 Om̄ib

Exod. 36.

Onibus autem paratis, & uasis aureis,
 & eramcis ac textilibus, & oyseis indi-
 eto fesio & sacrificio pro cuiusq; opibus, taber-
 v. i. naculi erigit hoc modo. Atriū primo dimē-
 sus latitudine l. cubitorū, longitudine c. uallos
 areos statuit altos quinq; cubita per lōgiora la-
 tera uicenos, & in postico latere x. In uno quoq;
 incrant anuli, & capitella argentea, bases uero
 auratae mucronatae, ima hastae similes, ex are fa-
 cle & in terrā defixa: anulis innelabuntur fis-
 nes: qui ab altero capite clavis areis cubitalibus
 humi cōfixi singulos uallos firmabat, & cōtra
 uentorū uim tabernacula muniebat. Lintū de-
 inde byssinū mollissimū circūtendebatur à capi-
 tellis ad bases dependens, totū q; eum locū sepiēs,
 ut nihil à pariete differre uideatur: atq; hoc
 modo se habebat septi tria latera. quartū uero
 latius l. itē cubitorū totius operis erat frons, cu-
 ius ianua uiginti cubita patet, uirinq; habēs
 geminatos uallos instar postium: ex agento hi
 quoq; cōstabant præter bases, quæ erāt anæ: ab
 utroq; autē latere slabat tres ualli bene forma-
 tiverāt autē & illi limbo è bysso cōtexio circū-
 ducti: ad ianuā uero pēdebat uelum uiginti cu-
 bita longū, & quinq; altū, ex purpura byssoq;
 & hyacintho cōtexium, uariè picturatu exce-
 ptis animatiū formis: intra ianuas autē erat
 aspersoriū anæcum, basi ex eadē materia super-
 positū, unde sacerdores manus ablueret, & pe-
 des

des perfundarent. Hunc in modum septū atrij se
habuit. Tabernaculū auem statuit in eius me-
dio uerjam ad orientē, ut sol surgens radios in
illud mitteret, et uq; longā cubita triginta, &
latum duodecim: alier parietum erat australis,
alter ad septē triones obuersus: iergum ad occi-
dētē spectabat, attollebaturq; tantū, quantum
in latitudinē patibat. Erantq; tabule ligneæ ui-
cenæ ex utroq; latere, quadrangle, crassitudine
quatuor ditorū, latitudine unius & dimidiū
cubiti, intus et extra laminis aureis cōtextæ: &
singulis tabulis inerant cardines bini immisi
per duas bases quæ erant argenteæ, & in suis fo-
raminibus tabularū cardines suscipiebant. Pa-
rietas uero occidēt alis tabule sex erat, intus &
extra de aurata, inter se omnes ita cōpaginatae,
ut unus paries esse uideretur. Ex lateribus autē
tabule erant uicenæ, quarum latitudo habebat
mesurā unius & dimidiū cubiti, crassitudo ter-
tiā partē palmae, & ita triginta cubita adim-
plebant. Posterioris uero parietis nouē cubitos
sex tabule faciebāt quibus coniunctæ sunt aliæ
duæ tabule, ex medio cubito sectæ, quas angula-
res posuerunt ad instar maiorū tabularū, Singu-
la uero tabule anulos habebāt aureos, per ex-
teriores frontes eminētes, uelut quibas da radici-
bus cōfixos per ordinē, ad innice per circuitū re-
spicientes: & per eos de aurati uectes immisi,
singuli cubitorū quinq; tabulas coniungabant:

intrabatq; caput uelitis uniuscuiusq; in alio ca-
 pte, in modū pyxidis: & post tergū parietum in
 longitudine positoru, unus erat ordo, per tabu-
 las omnes uadens, quo per uncinos utriusq; pa-
 rietis littera cōtincbatur, incastrationibus factis
 & immisis ad inuicē: atq; ita eauū est taber-
 naculo cōtra uentorum uim alios' ne impetus, ut
 sicurū & immobile cōsistret. Intus autē diuisa
 in tres partes lōgitudine, post decē cubita inti-
 ma, statuē sunt colūnas quatuor eodē opere &
 ex eadē materia factae, similibus basibus impo-
 sitae, paribus internallis per trāsuersum dissi-
 tula, has fuit adytū, reliquū uero tabernaculi
 sacerdotibus patebat. Atq; hec tabernaculi
 iurisfariā diuisio, uniuersitatis naturā referebat:
 nam terria pars quæ intra quatuor colūnas con-
 tinbatur, sacerdotibus inaccessa cœlum Dei
 quodāmodo representabat: uiginti uero cubito-
 rum spatiū, tanquam mare & terra hominibus
 inaccessibilis, solis sacerdotibus cōcedebatur: à
 fronte uero quā aditus patebat, colūnas statue-
 runt quinq; æreis basibus innixas: post hæc uela
 sunt per tabernaculū expāsa, è byssō cōtexta, et
 purpureo, hyacinthino, puniceo, coloribus distin-
 ctæ: horū primū cubita decē quaqua uersum pa-
 tebat, quod per colūnas est distentū, quæ adiūtū à
 reliquo spatio disparabat et à cōspectu hominū
 excludebat: totūq; hoc fanū uocabatur Sanctū,
 adytū uero ultra 111. colūnas sitū dicebatur
 sanctū

Sanctum sanctorū: sicutq; hoc linteū omnis gene
 ris floribus qua terra fert alijsq; ornamentiū pi-
 eluratiū, exceptis tantum animatiū figuris: al-
 terum autem uelū magnitudine, colore, textura,
 priori par, circa ingressum sitas quinq; colinas
 regebat: quod à summo ad dimidiū columnarum
 pendens ibi anulis sustinebatur, & accessum sa-
 cerdoribus subimtratibus præbebat. Huic penè cō
 riguū erat aliud uelū magnitudine par, sed è li-
 no cōtextum, anulis à funiculo per transuersum
 pendēs: quod aliquando adduciebatur, aliquando
 festis præcipue diebus reductū populi prospectū
 admittiebat. Reliquis diebus, & maxime parū
 serenis obiectu suo picturatū illud uelū à tēpe-
 statibus protegebat: unde mos māsi etiā post tē-
 plū ex adificatiū, ut uelū huic simile ī adiū præ
 tenderetur. Erant præterea decē aulae quater-
 norū cubitorū latitudinis, longitudinis uicenū-
 octonū cum unciniis aurcis qui cōiguorū anulis
 ita inscrebātur, ut coaptata unū uideretur: que
 extensa sanū superne obiegebant, & parietes à
 lateribus & à tergo, minus uno pede ad terram
 pertingentia. Erat & alia peripetas māta un-
 decim & quē lata, sed lōgiora, uidelicet triginta
 cubitorū singula, & pilis eadem subtilitate qua
 illa è lana cōtexta: que tegmine suo usq; terrā
 fusa instar thalami exhibebant, uno à frōne
 prominēte, quod in hunc usum suprā denarium
 numerum erat adnexum, Hac rursus ab alijs è
 l s pell

pellibus consutis contra aestus ac pluviarū iniuria
protegebantur: quapropter è longinquo spe-
ctantibus res erat miraculo dignissima: colores
enim tabernaculi nō aliter miscerāt, quā si cœ-
lum quis conueretur. Ceterum cilicia & pelli-
cca uela ita pendebant sicut illud circa fani in-
troitum, ad arcendas tempestates obiecta.

De arca in qua tabulas legis Moyses colloca-
uit.

CAP. VI,

Exo. 37. **T**abernaculo autē hūe in modū cōstituto,
VIII. etiam arcam Deo sacrā inscrunt, è mate-
riæ natura ualida & ab omni carie innuolabi-
li: hæ uernacula nostra lingua dicitur Heoron,
figura tali. Lōgitudo eius erat quinq; palmorū,
altitudo uero & latitudo trimū palmorū, eratq;
intus & extra tota laminis auris incrustata,
& habebat tegmen auris cardinibus coaptatū,
nulla ex parte prominet: ex utroq; autē lon-
giore latere inerat anuli aurei duo, totū lignum
penetrantes. & per eos uectes aurati utrinq; tra-
iecti, ut quoties opus esset quocunq; transportari
posset: necq; enim à iumentis uelobatur, sed sacer-
dotū humeris trāsferebatur. Operculo autē eius
posita erat effigies due, quas Hebrei Cherubim
appellat. ea sunt animatia uolucris, nona specie
nec unquā cuiquā hominū uisa: que Moyses in
Dei solio uiderat figurata. In hanc arcā repon-
suit tabulas decē præcepta cōtinentes, in utra-
que quina, et in singulis paginis duo cum dimi-
dio:

dio: ipsamq; arcam intra adytum recondidit.

De mensa & candelabro aureis, deq; altaribus
tabernaculi.

C A P. VII.

IN fano autem mensam collocauit Delphicis ix.
non absimilem, longitudine duum cubitorum,
latitudine unius, altitudine palmorum trium: eam
sustinebat pedes dimidiatae sui parte inferiore per
omnia pedibus similes quales lectis Dorienses
addere solent, sed superne quadrangulares erat:
habebatq; circuusqueq; labrum quatuor digitis tam
inferne quam superne prominens: Et per singulos
pedes inerant anuli ferre circa summum pedem, adhi-
bebanturq; utrinque duo eis manubria e ligno fir-
missimo decurata, que non per circulum utrunque
ut uectes traherentur, sed fibulato morsu messe
labrum superne, inferne pedis anuli comprehendendo,
facilitate transferendi quoqueq; opus esset pre-
bebatur. Hec solebat deponi in fano uersus septen-
trionalē parietē nō longe ab adyto, et in ea di-
sponebatur duodecim panes nō fermentati, sibi in
regione sibi duobus ordinibus oppositi, mundissi-
mi consepti e farina duorum assaronum, que mensura
Hebreorum septem corylas Atticas continet. Super
panes autem ponebatur due phiale aurea thure
plena: post septem uero dies alii panes inferebatur,
festo quod nos uocamus sabbatum, cuius ritus
causa alias est a nobis indicanda. Ex aduer- x.
so mensa proprius meridianū parietē sum erat
candelabrum ex auro fusile, sed nō solido, pondo
minarum

minarum centum: hoc pondus Hebrei cinchares, Graeci talentū sua lingua nominant: eratq; distinctum globulis, lilijs, malis punicis, craterulis ab una basi in altum assurgētibus, in septē ramos diffisis iuxta numerū solis & reliquorum planetarū. Exibat autem in septē capita ordine inter se se respondentia, quibus imponebantur septem lucernæ secundum etidem planetarū numerū, respiciuntq; ad orientē & meridiem, candelabro oblique posito. Inter hoc & mēsam ut dixi sita erat arula suffumigatoria, & ipsa è ligno imputribili, sed solida lamina circūquaq; conecta, cubitali in quadrū latitudine, altitudine uero dupla: super qua stabat foculus corona aurea circūquaq; cinctus, cui annuli inerant cū suis uectibus quo per viā à sacerdotibus deportari posset. Sed & pro foribus tabernaculi erat ara alia, haec quoq; lignea, lamnis areis intecta, in quadrum quinq; cubita patens, altitudine trium cubitorum, inaurata, cratem pro foculo superpositam habens: excipiebat

Exo. 38. enim terra quicquid ignitum supernè decidebat, quod basis nulla subesset. Ad aram uero presto erat infundibula & phiale, thuribulaq; & crateres cū instrumento alio rei diuinæ peragende accommodo, nihil non ex auro purissimo.

De pontificali ac sacerdotali ornatu. C. A. P. VIII.

XI. **E**t tabernaculū quidē cū paratu suo sic se
Exo. 39. habebat. Nunc restat dicendum de uestitu

sam

eam reliquorū sacerdotū quos illi Chanecas uocant, quam p̄fificis, quem Anabarchen nominant, sic summum sacerdotē significat̄, ac primum de uulgo sacerdotū. Sacerdos sacris operaturus purus iuxta legē & castus accedens ante omnia Manachasen quē uocant induitur, quæsi dicas constiictorium: est autē subligar circa uerenda, consutū ē byssō rectore, in quod pedibus insertis subducūt uelut dimidiatas brachias, atq; ita circum ilia cōstringunt: super hoc induit lin-team interulam byssinam ē duplicata tela con-fectam, Chetomene nostris uocatur, significatiq; ea nox lineam, linum enim uocamus cheihon: id indumentum est tunica talaris corpori astricltas, habens manicas circa brachia et ipsas stricltas, quæ accingitur circa pectus paulo axillis inferius zona lata digitos quatuor intus inani, ita cōtexta ut serpētis exuuiū uideri possit: floribus etiā picturatur puniceis, purpureis, hyacinthi-nis & byssinis: stamen uero ē sola byssō constat, que semel atq; iterum circa pectus revoluta ad talos usq; defluit, tantisper dum sacerdotes à sa-cris feriantur, idq; ad ornatum conferre uidetur: cūm uero sacris est ministrandi, ne uentilata sit impedimento super humerū leuā reūcitur: hanc zonam Moyses nominauit Abeneth, nos uocabulo à Babylonij mutuato Emian dicimus, sic enim illi nominant: sed tunica nusquam si-matur, habetq; circa collum amplā aperiūrā, cuius

cuius oræ unciniis à pectore & à tergo cōmituntur. *Masstabazanē* uocant: super caput autem gestat pileum nō fastigiatū, neq; totū caput cōprehendentē, sed paulo plus quam mediū: hic uocatur *Masnacmaphes*: est autē tali paratu, ut uideatur uitta linea sepe in orbem replicata & consuta, quam supernē alia tela integit usq; ad frontē descendens, & per superficiem uerticis futuraruā deformitatē occultans: hic adaptatur accurate, ne inter sacrificandi delabatur. Et sacerdotiū quidē ornatus in genere est talis. Pontifex uero utitur quidē etiā hoc, nihil eorū que enumerauimus omittēs, sed superinduitur hyacinthinā tunicā calarem, quā nostrates *Aethir* nomināt, astringitq; eam zona coloribus supradictis simili, nisi quod auro intertexta: ceterum ima uelis ornabatur limbo effigie malorum punicorum distincto, à quo tintinabula aurea sic depēdebat, ut mediū esset quodq; malū punicū inter duo tintinabula sitū, & tintinabulū inter duo malapunica. Hęc tunica non cōstat è duobus segmentis, ut suturas habeat in humeris ac lateribus: sed unica tela in longū cōtexta aperiturā in summo habet nō transuersam, sed in longum descendente à tergo, & ante usq; ad mediū pectus: cui decoris causa assuta est fimbria, ne scissura apparet: eodē modo quā manus exeruntur est scissa, super hanc tertiam ciānum induit uocatam *Ephoden*, græcanice epomidi similem,

similem, et si hoc modo ex varijs coloribus auro
 intermixio ita contexitur, ut circa mediū pectus
 lacuna quedā relinquitur, maniculis quoq; ita
 extantibus ut planè tunica appareat: lacuna
 uero inscritur frustum amplitudine palmi auro
 eisdemq; coloribus quibus ephodes variegatum:
 id uocatur Eſſen, ac ſi dicas rationale: quod ita
 quadrat, ut ad amuſim ſpatiu illud circa pe-
 ctus à texente reliqui expleat: id cōmittitur cum
 tunica anulis auris per singulos angulos ex oris
 tunice ac eſſenii extantibus, intercurrente tenia
 hyacinthina: & nequid inter circulos hiet filo
 hyacinthino futurā explēte: in utroq; autē hu-
 mero singuli ſardonyches auro inclusi fibularū
 uice epomide adnecit: his inſculpta ſunt Iaco-
 li filiorum nomina literis uermaculis lingue no-
 stratis, in utroque lapide ſena, ita ut ſeniores
 dextrum humerū obtineat: quin & eſſenē ipſum
 duodecim gēme diſtinguit, eximia uel magni-
 tudine uel pulchritudine, ornatus hominibus
 propter enorū pretium incōparabilis: cui terna
 per ordines quatuor inerant, conſertae coronulis
 auris ita ut excidere nō poſſint: in primo ordi-
 ne, ſardonyx, topazus, ſmaragdus: in ſecondo car-
 bunculus, iaspis, ſapphirus: in tertio lyneurius,
 amethystus, achates: in quarto chryſolithus,
 onyx, beryllus. Tis erat inſculpta filiorū Iacobi
 nomina, quos tribuum autores habemus, ordine
 quo olim ſinguli nati ſucrant. Cū autē per ſe illi
 quos

quos diximus anuli sint infirmi, nec possint pondus gēmarū sustinere: alios duos maiores in extremitate rationalis, quae respicit ad collū, eminentes ē texturae fecerūt, qui suscipiant catenas aureas, opere plexili, ueniētes per fistulas quasdam ad extremitates humeriorū: quarū catenarum summitas ascēdens reducitur post tergū, et circulo qui est à tergo in epomidis fimbria cōnclit. id quod præcipue sustinet ephodē ne quo pacto defluere possit. Essenti autē assuta erat zo na iam dictis coloribus & auro distinguita, que totū cōplexa rursumq; supra suturam nodata, deorsum prop̄cedere sinebatur: omnes autē fimbriæ quibusdā oris fistulosis utrinq; includebantur. Porrò pileo quali ceteri sacerdotes uebatur, super quē extabat aliis cōsutilis ex hyacin tho uariatus: hunc aurea corona triplici ordine circūdabat, in qua spectabantur calyculi aurei, quales uidemus in herba que apud nos uocatur daccharus, apud Grecorū herbarios hyscyamus. Quòd si quis aut uisam aliquādo nō satig animaduertit, aut nomine tenius audirā de facie nō nouit, huic etiā describere eam nō grauabor. Herba est tres palmos sepe in alteitudinem exce dens, nāpo similem radicē habēs, nix enim hac parte est alia similiōr, folia uero apio: hac è ramis emittit calyculum ipsis inharentē, uestiturq; tunica quadā, quā exuit fructu ad maturitatē tendēte: calyculus autē est quātus articulus mi nimis

nimi digiti, circūferentiā habēs crateri similem,
 quod ipsum clarius faciā propter ignorātes: imā
 sui parte circa fundū dimidiato globo est rotun-
 ditate similis, mox in processu paulatim coar-
 etatur, donec in extremitate rufsum dilatus in
 labrū exeat mali punici umbilico incisuris simi-
 le, cui operculū orbiculare inhāret, quasi de in-
 duſtria tornatū, eminētes habēs incisuras quas
 dixi ut in malo punico, aculeatas et in acutos
 mucrones desinentes: cōiinet autē sub operculo
 fructū per totū calyculū, herbae sideritidis semini
 similē: florē uero sc̄t qui papa ueris uideri possit.
Eiusmodi corona ab occipitio circum tempora-
utraq; procedebat: nam frontē isti calyculi non
ambubāt, sed eeu lorū quoddā latū aureū, quod
sacris characteribus Dei nomē incisum habē-
bat: atq; hic erat pōtificis ornatus. Proinde mi-
vari succurrit, quomodo homines odio nos prose-
quatur propter perpetuā opinionē de nobis con-
ceptā, quasi per impietatē numen cōtemnamus
quod ipsi assiduo cultu uenerentur. Nam si quis
tabernaculi fabricā cōtempletur, & sacerdotis
ornatiū, & uasa quibus inter sacrificandū uti-
mur, cōperiet legislatorē nostrū diuinū quendā
uirū fuisse, et falso nobis impietatis calumniam
impingi: in his enim omnibus representatā quo-
dāmodo uniuersitatis rerū naturā inuenire licet,
si quis nō otiose, sed prudenter singula cōsideret.
Nam & tabernaculū longitudine x x x. cubi-

torum trifariā partitus, et duabus partibus sa-
 cerdotibus permis̄is, quasi profano loco, terrā et
 mare significat: hęc enim ab omnib⁹ promiscuę
 calcantur. Tertiā uero pāriē soli Deo adsigna-
 uit, eo q̄ cālī hominibus sit inacessibile. Itidem
 per duodecim panes in mensa dispositos, annum
 significauit in duodecim mēses diuisum: & cūm
 cādelabrū ē septuaginta partibus cōpositū, duo-
 decim signa, per quae planetae feruntur, subindi-
 cauit: & per septē lucernas impositas totidē plā-
 netarū cursum. Vela quoq; ē quatuor coloribus
 cōtexta elemētorū naturā designat: nam byssus
 terrā referre uidetur, ex qua līni hoc genus pro-
 uenit: purpura uero mare, eō quōd cōchyliū cruo-
 re sit fucata: aērē uero hyacinthus repräsentare
 uidetur, sicut puniceus color ignē: quin & pōti-
 ficiis tunica cū sit linteā, terrā similiter signifi-
 cat: hyacinthus uero poli, per mala punica fal-
 geira referēs, sicut tonitrua per tintinabulorum
 strepitū. Epomis etiā uniuersi huius naturā in-
 dicat ē quatuor coloribus cōtexta, quibus aurū
 accessit, sicut ego interpretor, propter adiunctā
 rebus omnibus lucē. Eſſen quoq; in eius medio
 est insertus, nō aliter quā terra mediū mūdi locū
 obtinet. Zona iūcē quā cingitur, oceanī simili-
 dīne habet, qui uniuersa circumpleteatur. Duo
 præterea sardonyches in uestitu pōtificis pro
 fibulis additi, solis & lunę significationē habēt.
 Gemmarū etiā duodenariū sine ad mēses reu-
 loris

leris, sine ad parē partiū numerum eius circuli
quem Græci zodiacū uocant, nequaquam à uera
cōiectura aberraueris. Pilus itē cali significati-
o uidetur esse, ciam sū ex hyacintis cōfectus,
alioqui nō sublimeret Dei nomē, & corona il-
lustratur aurea, propter splendorē quo maxime
Deus delectatur. Aq; h̄c in h̄c modī inter-
pretati sumus per occasionē, ne latentiō in his le-
gislatoris sapientia ulteriō diſimulare uideremur.

De Aaronis sacerdotio, & leges quæ ad festa ac
sacrificia spectant

C A P . I X .

His ita peractis, priusquam dedicarētur ap- x l. i.
paruit Deus Moysē, iussitq; ut sacerdotiū Exo. 28.
Aaroni fratri suo cōferret, ea uirtute pr̄sdicto, 19. 30. 40
ut merito p̄cateris eius rātio habinda uide-
retur. Qui aduocata cōcione, recensuit uirtutes
illius, & quam studiosus esset publicorū cōmo-
dorū, pro quibus toties in fabritis etiā d̄scrīmen
uenire nō dubitasset. Cumq; omnes dicta eius cō-
probaret, et fauorē Aaronis uultibz ipsis p̄a-
se ferrent, Viri, inquit, Israēlite, opera iam sunt
absoluta, qualia uel Deus poposcit, uel nostra
facultates p̄estare ualuerūt: & quoniā scitis
eum in hoc tabernaculo excipiendī, ante omnia
prospiciendū est, quis sit idoneus sacerdotio, qui
sacra cūret, et pro nobis uota faciat. Quod si res
arbitrij mei fuisset, mihi ipsi honorē h̄c adin-
dicassim, tum quod ita natura cōparatū sit, ut
quisq; sibi optimē uelit, tum quod mihi conscius

m 2 sim lab

sim laborum pro repub. susceptorū, quibus tale
præmiū iure meo reposcere possem. Nunc Deus
ipſe cuius est sacerdotiū, Aaroni hunc honorē
deferendū decreuit, eiq; sui calculi prærogatiuā
cōtulit, ut qui iustitia in toto populo præmīneat:
cui iam ante uestē sacratā & curā sacrorū al-
tarisq; sui destinauit. Is pro uobis uota faciet
apud Deū, eo libentius exaudiūrū, quod et iam
antē in uos ist prop̄esus, & prop̄missorē habi-
turi estis quē ipſe in hoc elegit. Gratia fuit hac
oratio populo, & suo quoq; suffragio Dei com-
probauit electionē. Erat enim Aarón propter
genus & prophetiam & uirtutē fratriis honore
hoc longe dignissimus, cui fuerūt eo tempore filii
1111. Nabadus, Abius, Eleazarus, Ithamar-
Exo. 27. rus. Quicquid autē ex collatis ad fabricā taber-
naculi supersuit, totū iussi sunt in uela tectoria
tabernaculi & cādelabri, & arae in qua suffi-
sus ficeret, aliorumq; uasorum impendere, ut haec
dum in itinere transportātur, neq; pulucre neq;
pluia, aut alia quacunq; iniuria ladi possent.
Post hæc cōuocato populo imperauit ut rursum
cōtribuerent uirilim dimidiū sicutum: sicutus autē
nummi genus est apud Hebreos, quales sunt te-
tradrachmi Attici. At illi sine mora parue-
runt: quorū numerus fuit sexies cētēna millia, et
insuper quinq; millia quingēti quinquaginta:
cōfribantq; id argentū soli ingenui etatis an-
norū uiginti et supra usq; ad annū quinquage-
simum

sum, quod mox in usus tabernaculi est insum-
 ptū. Deinde et tabernaculū et sacerdotes lustra-
 uit in hūc modū: Myrra & eleēta siclos quingētos,
 ires tantundem, cinamomi & calami (est et hāc
 odor amēti species) dimidiū dicti pōderis, concisa
 ac cōtusa iūsit macerari in olei olivarum hīm.
 (mēsura nomē est quaē capit duoschōis atticos)
 quibus permixtis, & arte unguentariorū deco-
 etis, factū est unguētū suauissimū, quo et sacer-
 dotes, & totū tabernaculū ungens purificauit.
 Offerebātur deinde multa et uaria super altare
 aureū adolēda pretiosa ualde, quorū naturā, ne
 sim prolixit ate lectori molestius, recēsere super-
 sedeo. Oporiebat autē bis ī die suffitū facere, ante
 ortū & circa occasum solis: & oleū purificatū
 ad lucernas seruare, quarū tres in sacro cāde-
 labro per totā diē Deo buebat, reliquæ sub ue-
 sperā accēdēbātur. Porrò omnibus iam absolu-
 tis, palma artis fabrilis tulerūt Bēselel & Elia-
 bus: nā et aliorū inuicta excoluerūt, & ipsi mul-
 ta de nouo inuenerūt: ex his tamē duob⁹ praecl-
 lebat Bēselel. Insūptūq; est huic fabricæ tēpus
 mēsiū septē: quo trāsactō primus annus ab exi-
 tu ex Aegypto est expletus. Initio uero sequētis Exo. 45.
 anni mēse Xanthico Mācedonū, Hebraorū ni-
 san, monsiluio tabernaculī dedicatū est, et quic-
 quid uasorū in eo sucrat. Statimq; Deus indi-
 canit gratū sibi esse, & nō superuacaneū labore
 Hebraorū, prāsentē se fano suo hūc in modū de-

clarans. Cùm calam esset alias sìrenum, super solum tabernaculum caligo descendit, non quidem tanta quanta solent esse hibernæ nubile, nec tam tamen tenuis ut aspectum humanum transmittaret: in cunctisq; ros distillabat ab ea, præsentia Dei fiducie populo astruens. Azoyse autem distributis prius in fabricatores tantu operis pro cuiusq; merito premijs, uictimas mactabat in atrio tabernaculi iuxta prescriptum, taurum & arietem bœudumq; pro peccatis. Sed quo ritu hec fieri soleant, dicam dum de sacrificijs trahabo, & que uictime solidæ tradantur cōflagrationi, & que

Leui. 8. iuxta legem iu epulas eedant. Deinde sanguine uictimæ ornatum Aarónis & filiorum eius aspersit, purificans eos fontanis aquis ac unguento, ut Dei fieret sacerdoies: atq; hoc modo per septem dies ipsos & uestes eorum curabat: tabernaculum item & eius uasa unguento sicut iam dixi cōfecto, & sanguine taurorum & arietum alter.

Leuit. 9. nis diebus iuxta genus suum mactatorum. Octaua autem die festam indixit, & sacrificare unumquenq; pro facultatibus imperauit. At illi dilecto parentes certatim & ambitiose uictimas offerebat: quibus super aram impositis subiuo spome sua ex illis ignis fulguris in morte emicuit, & inspectante populo omnia flamma absumpserunt. Per

Leui. 10. idem tempus accidit Aaroni quedam calamitas, paterno animo grauis, quam tamē generose pertulit: erat enim vir fortis, & intelligebat hoc non sine

sint Dei uoluntate factū. Ex quatuor filiis quos dixi, seniores duo Nabadus & Abius, cum in aram intulissent uictimas, nō iuxta praeceptum Moysi, sed quales amica solabant, combusti sunt flamma in eos cōuersa, & uultus ac pectora eorum depascente: nec succurri potuit quin ita occumberent. Moyses autē iusserit patrem eorum ac fratres sublata cadauera exira castra deferre, atq; ibi honorificè sepelire: iouisq; populus inopī natam hanc eorum mortē luxit: solos fratres ac patrē Moyses uoluit à mærore abstinere, & posteriorē Dei honorē quām suam tristitia habere: iam enim sacrū amictum Aaron gestab. it. Ceterum Moyses recusatis omnibus honoribus à populo sibi obliuis, totus cultui diuino erat deditus: & in Sina quidē non amplius ascēdbat, sed in tabernaculū uinitas oracula quoies opus erat à Deo referebat, & cultu habitu primati hominis uii perseverans, neq; quicquā praeter Reip. curram p̄ alīs sibi uindicās. Leges præterea scribebat & uīedi rationē, quam scrūtes & Dco placere possent, & ipsi inter se socialuer pacareq; uinere: atq; huc omnia dei monitu faciebat. Dicam autē & de illis legibus suo loco: nūc illud succurrat, quod in mentione sacerdotalis ordinatus omissum nō oportuit: nā ea uetus omnem sub prophetiā prætextu imposturarū occasionem admisit his qui illa uecebātur: liberumq; Dco uel adesse sacerdotibus, uel nō, omnibus & populis

ribus demonstrauit, & exteris, si qui foris huic spectaculo interuenirent. Ex lapillis enim quos pontifex in humeris gestabat (sardonyches erant, quorum naturam nulli non nota narrare superueniunt puto) micabat alter quoties latitum esset, is qui dextrum humerum occupabat: tamenque fulgorem emittebat ut procul etiam inveniibus conspiceretur, idque prater naturam suam & consuetudinem: quod certe admirationem meretur apud omnes, nisi si qui ex contemptu religionis sapientiae opinionem aucepantur. Sed mirabilius est quod nunc dicturus sum. Per duodecim gemmas, quas in pectorale pontifex insutas essenti gestat, in bello uictoriaram praenuntiare Deus solibat: nam prius quam exercitus se moueret, tantus fulgor ex eis emicabat, ut toti populo facile innotesceret, sed esse Deum, opemque & auxiliu suum inuocatisbus esse allaturum. Quapropter Graci quoiquot a nostra religione non abhorrent cum hoc miraculum pro compertissimo habeant, ita ut negari non possit, essent uocati prophetae, hoc est oraculum. Desyat tam essent quam sardonyx fulgor emittere annis ducentis ante quam haec commentaremur, irato Deo propter legem suarum praevaricationem: de quo alias opportunius dicetur. nunc cœpi narrationem deinceps prosequar. Tabernaculo dedicatio, & omnibus quecumque ad sacerdotialiter ordinem pertinabant ritis peractis, populus Deo in castrorum contubernium receptio letus ad hymnos & sacrificia se conuenerat.

conuerit, non aliter quam omnibus iam malis
 aueruncatis, & omnia prospera in posterū spe-
 rantes: donaq; Deo tam priuatim quam publicā
 per singulas tribus offerebāt. Principes enim tri- Num. 7.
 buum bini de suo cōferentes plaustrum cum duo-
 bus bubus contribuebant, ut s. x plaustra taber-
 naculo per uiam denehendo inseruirēt: & præter
 hoc unusquisq; corū obtulit phialā & trulleum
 & accerram: hæc decem daricos ualebat, eratq;
 odoramentis referta: trulleum uero & phiala,
 utraq; simul ducentos siclos pendebant, sed phia-
 la seorsim tantum septuaginta: hæc farinæ erant
 plena, oleo subacta, quali ad altare in sacrificijs
 ueebantur. Præterea uitulum & arietem cum
 agno anniculo in holocaustū, & hircum pro pcc-
 catis. Adhæc obtulit unusquisq; principū alias
 uictimas que salutares uocabantur, per singu-
 los dies boves duos & quinq; arietes cum agnis
 anniculis & hædis: atq; ita per duodecim con-
 tinuos dies sacrificauerunt, qualibet die unus.
 Moyses autem non amplius in Sina mōte, sed ta-
 bernaculum introgressus, consulebat Deum de
 rebus agendis, & de ferendis legibus: quas me-
 liores quam ad hominem autorem referri de-
 beant, posteritas multis seculis seruauit, diuinitus
 datas credens: adeò ut eas nec in pace ob holu-
 ptatem, nec in bello ob necessitatem uiolare fas
 putarent. Sed de his nunc desimo, proprium holu-
 men aliquando huic tractationi dicaturus.

Leges de sacrificiis & purificationibus. CAP. X.

Nec paucas tantum cōmemorabo, quae ad
purificationes & sacrificia perīmēt, quan-
doquidē in sacrificiorū mentionē incidimus. Duo
sum sacrifiorū genera, priuatū & publicū;
horū utrūq; duobus fit modis. Aut enim tota
uiclima igni absumitur, quod ideo uocatur Ho-
locausta: aut pro gratiarū actione persolui-
Zenit. 1. tur, & in epulā sacrum facientium ueritut. De
priore prius sum dicturus. Vir priuatus holoca-
ustum facturus, mactat bouem, agnum, & ha-
dum, & hos quidem annulos, bouem uero licet
mactare etiam grandiorē: sed opus est ut sint
omnia mascula que solida cōcremantur. His in-
gulatis sacerdotes aram circumquaq; sanguine
horū tingunt, deinde mundatā membrāe dispe-
cant, & sale cōspersa in aram imponūt, strue li-
gnorum iam ardentie: deinde pedes & intestina
omnia diligenter primum repurgata ad reliquum
accruū adiiciunt, tergora uero sacerdotibus ce-
dunt: & holocausta quidē ad hunc modum
Zenit. 3. sunt. Quum uero pro gratiarum actione sacrifi-
cant, eorum generū animalia mactant, sed
que uiro careant, & annulis sint maiora, &
mascula sēminis copulata. His ingulatis pri-
mum sanguine aram imbunt, deinde renes &
omentū & omnem pinguedinē cum fibra iecoris,
& insuper caudā agni arē inferunt: pectore ue-
ro ac dextro crure sacerdotibus concessō, reliquis
carni

carnibus per biduum epulum instruunt, & quae Leui. 4.
superfuerint igni cōbūrunt: idem rite scruatur
& in sacrificio pro peccatis. Sed qui uictimas
maiores nō habent, par columbarū aut turturum
offerunt, quarum aleera fit holocausta, altera
sacerdotibus in aliū datur. Accuratius autem
de his in libro de sacrificiis differemus. Nam qui
per ignorātiā p̄cecauit, agnum & hædum fœ-
minam eiusdē etatis offert sacerdosq; sanguine
non ut ante aram, sed cornua eius sola imbuit,
vicesq; & reliquam pinguedinē cum fibra iecor-
vis in aram inferunt. Sacerdotes uero tollunt sibi
& pelles & carnes eadē die absumendas in fa-
no: nam lex uetat quicquā in posteram diem re-
liquum facere. Qui autē sciens peccauit, nemine
conscio, arietē offert lege ita iubente: cuius car-
nes in fano similiter sacerdoles eadem die consu-
munt. Principes quoq; cūm pro peccato sacrifi- Leuit. 4.
cant, eadē quæ plebeij offerūt, hac tantum diffe-
rentia, quod uictimas adducunt taurū & hædum
masculū. Iubet etiā lex ut tam in priuatis quam
in publicis sacrificiis farina afferatur purissima,
cum agno assaronis mēsura, cum ariete duorum,
cum tauro trium: hanc consecrant in altari oleo
subalatum: nam & oleum sacrificantes afferunt,
cum boe hini dimidium, cum ariete tertia par-
tem, cum agno quartā. ea est mensura prisca He-
braorū, duos choas Atticos cōtinens, qua oleum
ac hinc metiuntur: nam uinū circa altare libat.

Si

Si quis autem non sacrificans ex uoto similem offerat, eius primitus pugillum unum in aram coniicit, reliquum eius sacerdotes in cibum sumunt, aut coctum, nam oleo subiguntur, aut panibus inde confelis: quantumcumque autem sacerdos offerat, totum comburi oportet. Vt etiam lex offerri eadem die natum animal una cum genitrice, & alias quoque non nisi octauo a partu die admittit. Finit & alias sacrificia pro recuperanda ualeutine, aut alia de causa, in quibus liba cum uictimis insumentur, ex quibus nihil in posteram diem relinqui fas est. sacerdotibus quoque pariem

Nu. 28.29 suam inde sumentibus. Publicis uero impensis lex iubet quotidie agnum anniculum mactari mane ac uespere: septima autem quaque die duos ingulant, eodem modo sacrificantes: & non ilunio praeter quotidianas uictimas duos boves cum agnis anniculis septem, & arietem: hædum uero pro peccato, si quid forte per obliuionem omissum fuerit. Septimo item mense, quem Macedones hyperbæterium uocant, praeter iam dicta taurum & arietem & septem agnos mactant, & hædum pro peccatis: decima deinde luna eiusdem mensis ieunante usque ad uesperam, sacrificantque eadē die taurum, & arietes duos, & agnos septem, & pro peccato hædum: adducunt autem duos praeter hunc hædos, quorum alter unus extra fines in deseruum emittitur, in quem si quid mali propter peccata populo imminet auertatur: alicrum uero in subur

suburbanum in locum purissimum eductum cum
 ipsa pelle exuruit nihil omnino purgates, & cum
 eo simul exuritur taurus, non à populo adducatur,
 sed sumptu pontificis: quo mactato, & sanguine
 eius simul & hædi in fanum illato, aspergit dígito
 teclum septies, totiesque pauimatum, rursusque to-
 ties interiora fani circu alterare: reliquum deinde
 circum alterare maius, quod est sub diu in atrio:
 deinde extremitates & renes & adipes cum fi-
 bra iecoris inscrut altari, pontifexque adiicit arie-
 tem de suo, solidū Deo cōflagraturum. Eiusdem Exod. 13.
 mensis decima quinta, tēpore iam in hibernū uer. Lenit. 13.
 gente, tabernacula cōpingere iubentur per singu Deut. 31.
 las familiias contra uentura frigora que annus
 senescens afferre solet: quin & in patria tādem
 constituti, accedere in eam urbem quam propior
 templi caput regionis sint habituri, & octo dies
 festos ducere, uictimasque Dco solidas incendere,
 & simul pro gratiarū actione sacrificare, ma-
 nibus interīm gestantes ramos myrti, salicis &
 palmæ, ex quibus mala perse& dependeant. Pri-
 ma die sacrificiū debet esse holocausta ex tre-
 decim bubus, et agnis uno pluribus, & arietibus
 duobus, addito hædo pro peccato. Sequentibus
 diebus idem numerus agnorū & arietū una cum
 hædo mactatur, sed per singulos dies unū de nu-
 mero boum detrahunt, donec ad septenarium per-
 uentur. Octauo die feriantur ab omni opere,
 mactantque sicut diximus hitulū & arietem &
 agnos

agnos septem, & pro peccatis hædum. Atq; hæ
 sunt Hebreis ceremonie tabernaculorū, à maio-
Exod. 12. ribus acceptæ. Mensæ autē Xanthico, qui nostris
 13. 23. Nisan vocatur, & annū exorditur, luna quar-
Leuit. 23. tadecima, sole arietem oblinente, quandoquidem
Nume. 9. hoc mēse ab Aegyptiaca seruitute liberati su-
Deut. 16. mus, sacrificium quod tunc exequentes fecisse dixi-
Leuiti. 1. mus pascha nominatū, quotannis instaurare le-
 ge iubemur: celebramusq; id per sodalicia, nihil
 ē uictimis in sequentē diem relinquentes, quæ est
 quintadecima & azymorū festinitatis prima:
 nam hoc festū priori cōtinenter succedit, duratq;
 dies septē, per quos panibus non fermentatis u-
 scuntur: & per singulos dies tauri iugulantur
 duo, aries unus, agnus septem: hæc holocausta
 sunt, additurq; hædus pro peccatis in quotidiana-
 num epulū sacerdotibus. Secunda azymorū die,
 quæ est mensis huius decimasexta, frugibus de-
 messis & hæctenus intactis incipiū frui: æquūq;
 rati Deum huius ubertatis auctore per gratitu-
 dinem honorari hordei primitias offerunt in hunc
 modum. Spicarum manipulum igni torrent, hor-
 deum deinde pinsunt, atq; ita in alijs modum
 frælli assaronem ad aram offerunt: inde pugillo
 uno in eam iniecto reliquum sacerdotū usui ce-
 dit: & ex eo licitum fit publicas ac priuatas
 messes metere. Primitiarum tēpore agnus in ho-
 locaustum Deo mactatur. Post paschale sacrum
 elapsis sepiem septicmanis, hoc est, quadraginta
 nouem

nouem diebus, quinquagesima quam à numero
 Asartha Hebrei vocant, offerunt Deo panem à
 farina & triticea duobus assaronibus cum fermento
 confectum, malitantq; agnos duos: hec oblatæ
 mox in cœnam sacerdotibus apponuntur, & ca-
 dem die sic ut nihil superfit absuntur: ceterum
 holocausta faciunt è tribus uitulis, arietibus
 duobus, agnis quatuordecim, haedisq; pro peccato
 duobus. Nullum autē festum dicitur absq; ho-
 locautomate & laborū uacatione, sed in omni-
 bus omnino hec duo lex obseruari inbet, & post
 sacrificium in epulis degunt: ex publico præbeunt
 panis non fermentatus ex farine assaronibus ui-
 gintiquatuor: coquuntur autem bini pridie sab-
 bati, & sabbato mane proponuntur in sacra men-
 sa duobus ordinibus sem ex aduerso se se respi-
 cientes, atq; ita cū duabus lancibus thure plenis
 permanet usq; in proxime sequens sabbatu: tunc
 demum alij pro illis recentes supponuntur, & hi
 priores sacerdotibus in cibū dantur: ihus nō igne
 adolevit, quo ad holocausta uii solent, &
 pro eo quoq; aliud cum panibus proponitur. Sa-
 cerdos autē de suo quotidie bis offert Deo fari-
 nam oleo maceratam, & modica coctura dura-
 tam, estq; demensum cibis farine assaron unus:
 huius dimidiū mane, tantiundē uespere, in ignem
 infert. S. d de his hac tenus, quoru rationem alias
 diligenter explicabimus. Ceteram doyses tri- Lxviti.8.
 bum Leuiticam à cætro populo exempliam, ut Num. 3.

Deo

Deo sacrandam, fontanis aquis perennibus & solenni sacrificio purgauit, eiq; tabernaculū cum sacris uasis fartum etētum curandum commisit, iubens ut ad præscripta sacerdotum sacrū ministerium capesserent: atq; eo tēpore sacri & Deo dicati sunt habiri. Post hæc animalia discreuit, quæ ad cibum essent pura, & quibus uesci nō liceret: de quibus aliquando per occasionem disseremus, quam ob causam aliorū e sum permiscerit,

Zeni. 7. 17 aliorū interdixerit. Sanguinis certè ideo uetus, quod hunc animā & spiriū putaret, necq; animalis non occisi carnem ad cibum concessit, ad hæc reticuli & adipis caprini, ouilli & bubuli abstinentiā indixit. Eicce etiam à cœtu & con-

*Zenit. 12. suetudine hominū leprosos, & seminis profluvio
13. 14. 15. laborantes, mulieres etiam quæ naturaliter pur-*

gantur uersari inter homines uetus, nec nisi post septimam diem puras haberi uoluit: cum quoq; qui cadauer curasset, per totidē dies à cœtu ar- cuit: si quis autē ultra hunc dierum numerū diu- turniore pollutione teneatur, sacrificare iubetur agnas duas, quarum alteram sanctificare oportet, alteram sacerdotes accipiunt: eodem modo & pro gonoroico sacrificari mos est: qui uero per somnum geniturā emisit, si se mergat in aquam frigidam, ut solet fieri post legitimā uxoris con- gressum, pro puro habetur. Leprosos autem in perpetuum relegauit, tanquam nihil à cadauere differentes. quod si quis pristinam ualeitudinem à Deo

à Deo precibus impetraverit, et in eute sanitatis color redierit, hic uarijs sacrificijs Deo gratitudinē suā attestatur, de quibus alias dicemus. Quo magis ridēda est illorū fabula, qui dicunt, Moysen propter leprā ex Aegypto profugum, turbā eodē morbo laborantiū in Chanaanā duxisse. Nisi enim uanus ille rumor esset, nunquam Moyses in suā ignominia talē legē tulisset, quam eiā alio sc̄rēte, probabile erat ipsum reclamaturū, pr̄sertim quum inter multas ḡētes leprosi uersentur, & in pretio sint: et adeò nec relegētur, nec cōtemptim habeātur, ut & in expeditionibus militares dignitates, & in administratione reipublicæ ciuiles illis cōmittantur, ac ne à templis quidē & fanis arceātur. Quid igitur uerabat, si tali uitio fuit inseclus, quo minus apud multitudinē sibi parentē eas leges statueret, quae ipsi honorē potius quā detrimētū affrērent? Qua re manifestū sit quod h̄ac per inuidiā de nobis fingantur. Moyses enim purus ipse & inter pueros degens, ad honorē Dei talium legum author esse noluit. Sed h̄ac quisq; ita, ut libitum suerit accipiat. Ceterū puerperas fanū introgressi ueruit, aut sacris interessē usq; in quadragesimū dīc si foetus sit masculus: quod si foemina sit duplū eius temporis prescribitur. Ac ne post pr̄stitutū quidem terminū intrant absq; uiellimis, que partim Deo, partim sacerdotibus cedit. Quod se quis adulterij suspitionem de uxore

XIIII.

Nume. 5.

n hab.

habuerit, offert hordeace & farine assaronem, &
 immisso ex ea pugillo super altare, quod reliquum
 est, sacerdotibus uescendum datur. Deinde ali-
 quis sacerdotum statuit mulierem ad portam, qua
 est obuersa ad fanum, & inscripto primum Dei
 nomine in membrana, defert ei iusfirandum cum
 imprecatione, ut si pudicitia laetissimata luxato cru-
 re dextro & uentre disrupto misere moriatur: si
 autem pre amore nimio, & pre zelotypia mari-
 tuis ad iniquam suspitionem sit contumus, decimo
 mense infantem masculum pariat. peracto iura-
 mento de membrana delictum nomen in phialam
 exprimit, & sumptio e fano puluere humili colle-
 ctio, atque in poculum asperso, ebibendum porrigit.
 mulier uero si iniuste est delata, pragnans facta
 mature & feliciter emititur. quod si & conuga-
 lem fidem & Deum iusfirandi testem secellit, tur-
 piter moritur, cruris luxato, & uentre aqua in-
 tercute inuidente. Haec sunt que Moyses genii
 sua de sacrificiis ac purificationibus prescripsit.
 Leges autem tulit tales. Adulterium in uniuersum
 prohibuit, ratus coniugii summam felicitatem,
 si fides ac pudicitia seruetur, & reipublica quoque
 Exo. 12. intercesseret liberi legitimè proueniant. Itē ince-
 Deut. 17. stum cū matre, aut non erat, cum amita aut ma-
 Zenit. 18. tertera, cum sorore nuruine, omnesq; tales coniugis
 20. 21. 29. si nefarios damnauit. Veruit & cum muliere
 menstruum fluxum patiente cogredi, & cum bru-
 tis: damnauit etiam eos qui ex formosis maribus
 turp

turpem uoluptatem captarent, & qui cōtrā feciſſet, capitalē poenam inflixit. Sacerdotes autē duplo castiores esse uoluit: hos enim nō ſolū prae-dictis legibus ſicut reliquos teneri iuſſit, ſed etiā non quamvis ſeſminā in coniugalē thorum admittere, nō quæ corpore queſtum feciſſet, nō ſeruam aut captiuā, neq; cauponariam aut ſtabulariam, neq; à priore marito quacunq; de cauſa repudiatam. Pōtifici uero ne uiduam quidē permifit, quod tamen ceteris ſacerdotibus liberum reliquit: ſed ſolīm uirginē ducere cōceſſit, eamq; ſeruare. Idem nec ad mortuū ſinitur accedere, quod tamen ceteris eſt licitū, ad fratres & pa-rentes ac liberos mortuos accedere. Iudicetur ſimplices eſſe, omniq; fuco carere. Quicunq; e ſa-cerdotibus integer corpore nō eſſet, partē quidem ſuam cum ceteris accipere ſinitur, ſed ad altare ascendere, & ſanū intrare prohibetur. Nec ſolum in ſacris obequiis pueros eſſe oportet, ſed ui-tam etiā irreprehensibilem preſtare: qua propter qui ſacrum amictum geſtant, tantisper dum co-utuntur, preter aliam caſtitatem, puritatē & ſobrietatē à uino quoq; interim arcentur. Iclima & etiā integri corporis maclantur, omniq; ui-tio carentes. Haec ſunt quæ Moyses iam tunc ui-ta ſuā tēpore obſeruāda tradidit: quædam etiā in futurum, ipſe licet in deſerto degens, Chan-a-nam terram tandem adeptis proſpexit. Septi-mo quoq; anno remiſſionem agris dedit, infa-ni- Elōsq;

etosq; aratro & plâtatione esse ius sit, quemadmodum iam ante populo septima quaque die remissionē à laboribus dederat: quæ uero per hunc annum sponte sua terra protulerit, publica esse, & promiscui usus ius sit, & neq; indigenā neq; aduenam ab eis fructibus colligendis arceri: idemq; obseruari post septimam annorum septimanam, qui numerus quinquaginta conficit: uocaturq; Hebreis quinquagesimus quisq; annus Iobelus: in quo et debitoribus factus remittitur, & serui manumittuntur, qui contribules cum essent, legem aliquam uiolauerint, & supplicij uice in seruitute vindicati fuerint. Agri quoq; ad pristinos dominos ex hac lege redeunt hunc in modum: instantे Iobelo, quæ uox libertatem significat, conueniunt uenditor agri & emptor, computatisq; fructibus ac expensis in agrum factis, si fructus maiores fuisse compariātur, recipit agrum uenditor: quod si expensæ maiores fuerint, hoc quod deest recipiēs emptor possessionem alteri cedit: si utraq; paria fuerint, possessio ad heteres dominos reuertitur. Idem ius est in domos quæ in uicis non munitis uenduntur: diuersum uero de illis quæ inter oppidorum mœnia uenduntur. Licet enim ante annum elapsum redditū pecunia domum recipere: quod si integer annus interim abiuerit, emptori possessionis ius confirmatur. Has leges Moyses in castris insina populo tradendas accepit à Deo, moxq; literis.

*Literis mandatas ad posteros etiam obseruan-
das transmisit.*

Léges belli, & consuetudines. C A P. XL.

Legibus ad hunc modū digestis, ad rei mi- X V.
litaris curam animū aduertit, de bellis su Nume-
turis iam tum cogitans. Indicit igitur censum
tribuū, exceppea Zeuitica: eiusq; cura principi-
bus demandata, numerū eorū qui militari static
essent, ad se referri iubet. Zeuitae enim sacri erāt,
& immunes à militia. Censa sunt capita sex-
centa millia eorum qui arma ferre ualcrebant, et at-
teris ab anno uigesimo usq; quinquagesimum, &
super hunc numerum. M M M. D C L. Pro Zeui
autem allegit inter autores tribuū Manassem
Iosephi filium, & Ephrāmem pro Iosepho. Eos
enim Jacobus in adoptionē à Iosepho impetrā-
uerat, sicut suprà diximus. Compacto igitur ta- Nu. 2.3.4
bernaculo in medium castrorū illud receperunt,
tribus tribubus per latera singula tendentibus,
inter quas uiae intercedebant. Forū quoq; rerum
uenaliū est propositū, & merces suo quaerū loco
disposita: aderantq; opifices omnīū artū in suis
officinīs, ut planè ciuitas uideretur huc atq; il-
luscōmeans. Loca autem tabernaculo proxima
sacerdotes occupabāt, ac deinceps Zeuitae. Eorū
(nam & hi seorsum sunt recēsiti) numerus erat
uiginti tria millia, octingēti octuaginta, mari-
buos tantū, & qui trigesimum à nativitate diem Nume. 9.
excederet, in hūc censum ueniētibus. Et quādiū

nubes super tabernaculū perseverabat, tanis per
uelut præsente Deo castrā eodem loco mane-
bant: quoties uero se aliò mouebat, tum etiam
Vum.10. ipsi migrabant. Inuenit autem ♂ buccinæ spe-
ciem ex argento factæ talem: Canna erat tibia
paulo crassior, longitudine paulo minus cubitæ
li, cuius os tantum patet, quantum ad inflan-
dum sufficeret, desinebatq; in extremitatem
campanulæ similem, quemadmodum tuba. A-
sosra uocatur hoc genus apud Hebreos. Duas
tales fecit, quarum una plebs ad concionem uo-
cabatur, alter: principes ad consultandum de
republica exciebantur: uerisq; uero clangenti-
bus uniuersus populus conuocabatur. Quoties
uero tabernaculum moueretur, hic modus serua-
batur. Primo signo canente qui in orientali
parte castrorum tendebant excitabantur: se-
cundo uero, qui à tergo tabernaculi tentoria
sua fixerant: deinde tabernaculum dissolutum
medium portabatur inter sex tribus preceden-
tes, & alias sex ponè sequentes. Lenite uero ta-
bernaculum circumdabant. Ad tertium autem
signum pars castrorum meridionalis mouea-
tur, & ad quartum septentrionalis. His bucci-
nis utebantur etiam in sacrificijs, in quibus ui-
elitas cadi mos est, tam sabbatis quam ceteris
diebus. Tunc etiam primum pascha solennibus
uictimis est celebratum ex eo tempore quo in li-
bertatem uindicati, Aegyptiorum domina-
tionis

tionem effugerant.

Seditio cōtra Moysen propter egestatem, & seditionisorum pena.

C A P. XII.

XVI.
Num. II.

Non multo pōst à Sina monte castra mouentur: & post aliquot māsiones, de quibus dicemus, uenit ad locum qui dicitur Iseremoth: ubi denuo populus seditionibus agitari cœpit, & laboriosæ peregrinationis culpam in Moysen conferre. Illius suasis se reliquissimam regionem fertiliſſimam, & nunc non solum eius ubertate carere, uerum etiā pro sperat felicitate in extremis miserijs huc & illuc oberrare, aquarum inopia laborantes: & si manna quoq; aliquo casu deficiat, proculdubio fame interituros. His addebat multa conuicia, quæ in virum optimè meritum paſsim iactabantur. Exortus est interim unus ē populo, qui admonitos præteriorum Moysi benefiorum, bonam spem habere hortabatur, ne tum quidem opem diuinam fruſtra requirituros. Vulgus autem his uerbis uelementius concitatū, magis ac magis contra prophetā tumultuabatur. Qui uidens ita desperatos, inbet aequo animo esse, pollicendo se quamvis grauibus contumelijis immerito peritū, copias tamen carnium eis exhibeturum, non in unum tātum diem, sed in plures etiam. His uero credere nolentibus, quodam etiā rogante, unde tot hominū millibus prouidere posse: Deus inquit, & ego, quātumuis male apud nos audiē-

tes, nunquam tamen desinimus uestri curam gerere, idq; breui estis uisuri. Vix hæc dixerat, cion tota castra coturnicibus complentur, quas aceruauit uenabantur. Deus tamen non multò post in Hebreorum insolentiā ac maledicta animaduertit, non paucis è populo desideratis. Nam & hodie locus ille nomen ex eo casu inditum retinet, uocaturq; Cabrothaba, quasi dicas concupiscentia monumenta.

De speculatoribus, qui explorata Chananeorum regione reuersi Israëlitis terrorem hostium incusserunt.

CAP. XIII.

XVII.

Nu. 13, 14

Moyses autē posteaquā abductos inde ad duxisset in locū humanæ habitationi pārum aptū, non longè à finib⁹ Chananeorū sitū, qui dicuntur Fauces, in cōcionē populū aduocat. Cumq; in medijs constitisset, Duo bona, inquit, Deus uobis dare decrevit, libertatem & felicitatem terræ possessionē: quorū alterū ex ipsius manifestatiam habetis, alterū quoq; mox habituri. Simus enim in Chananeorum finib⁹, à quibus adeò nulli ciuitas, nullusne rex nos arcebit, ut ne uniuersa quidē gens collatis in unum viribus efficere hoc ualeat. Ergo parati simus ad rem fortiter gerēdā: neq; enim sine prælio regione sua nobis sunt cessuri, sed post magna certamina uiatoris præmium erit: anic omnia mittendi sūne speculatores, qui & terræ ubertatē, & habitatorum potentiam explorent. Nos uero in primis conc

concordia & studere oportet, & Deum adjutorem
 ac auxiliatorem nostrum debito cului prosequi.
 Hec ubi locutus est, populus collaudato Moysis
 consilio, exploratores eligit duodecim nobilissi-
 mos, ex unaquaq; tribu unū: qui exorsi à parti-
 bus ad Aegyptiū uergēibus, totā Chanaeorū
 regionem perlustrauerāt, donec ad Amathen
 urbem & libanū moneam peruenirent:explora-
 taq; terrae simul & incolarū natura, reuersi sunt
 ad suos, quadraginta diebus in hoc negotiū in-
 sumptis. Et fructuū quidē pulchritudo quorum
 specimen erat allatum, ubertasq; regionis quam
 audiebant, animos multitudinis ad bellū susci-
 piendū erigebat. Contrà deterrebantur narran-
 tibus difficile fore eius acquisitionem, quod flu-
 mina superanda essent magna ac profunda, &
 montes ardui transcendendi, & urbes mœnibus
 firmissimis cingantur. Apud Hebronē uero etiā
 gigantum progenie se reperisse dicebant, atq; ita
 exploratores cum omnia maiora apud Chan-
 aeos inuenissent, quam que hacenus post exitū
 ex Aegypto uiderant, suo timore reliquā etiam
 multitudinem data opera impleuerunt. Qui ex
 eorum narratione impossibile rati talem terram
 acquirere, soluta cōcione domum reuersi cū uxori-
 bus & liberis lamentabantur, dicentes Deum
 herbis tantum multa polliceri, re autem omnino
 nihil auxiliū prestare: rursusq; Moysem incu-
 santes, in eum simul & fratrem eius Aaronem

n s pone

pontificem uociferabantur: atq; ita totam noctē
inquieti exegerunt, in utrumq; cōuicia iactan-
do. Mane uero ad concionē cōcurrunt hoc ani-
mo, ut lapidatis Moysē ac fratre, in Aegyptiū
retro, unde uenerant, reuerterentur. Quē euentū
metuentes duo è speculatoribus, Iesu Naueci fi-
lius ex irib⁹ Ephræmide, & Chalebus ex tri-
bu Iude, procedunt in mediū, & populū compe-
scunt, orantes ut bona sp̄e sint, neue Deum insi-
mulent mendacij, temere fidem habentes quibus-
dam, qui uanis sermonib⁹ de rebus Chananaeo-
rum uulgatis multitudinē credulā territare:
quim potius eos sequerētur, qui illis regionē tam
felicē acquirendi autores ac duces se prāberēt;
neq; enim mōtiū magnitudinē, neq; amniū pro-
funditatē obstatuра uiris fortiter rem gerere pa-
ratis, presertim auspice Deo, & pro illis in acie
prāliaturo. Itē, inquiunt, posito omni timore ala-
cres, Deoq; frcti, quā uos ducemus sequimini.
Talibus uerbis conabantur sedare tumultuāmē
populum. Moyses interim & Aaron prociden-
tes in faciē supplicabant Deo, non pro sua sa-
lute, sed ut infanienē multitudinē ad sanā mētē
reduceret, tot präsentibus et instatibus necessita-
tibus turbatā: cūm subito nubes super taberna-
culū exorta, adessē präsentem Deum significat.

XVIII. Quo uiso Moyses animatus infert se in tur-
bam, & ultrō pñnam eis à Deo tanta insolentia
pronocato minatur: non tamen quantum
pec

peccati; enormitas merebatur, sed qualis esse sollet paterna castigatio. Sibi enim et abernaculum ingresso, et internacione populi cum lacrymis deprecanti, commemorasse Deum, quorū quantis beneficiis affecti ingrati esse pergerent: et quod nunc speculatorum ignavia seduliti, corū uerbis plus ueritatis inesse putarēt, quam suis promissionibus: quamobrē non deleterum quidē totum illud quod ceteris mortalibus omnibus prætulisset: at tamen terram Chananaeā eiusq; ubertatem illis non concesserum, sed sine lare et sine urbe in deserto quadraginta annis erraturos, quo peccati pœnas exfoluant. Liberis tamen eorū terrā illam daturum, eosq; commodorum quibus patres se per intemperantiam indignos redderent, dominos esse constituerū. His denuntiationibus uulgas attonitum, torum se mæstitia dedidit: Moysemq; obsecrabani, ut deprecaretur Deum, quo reconciliatus peccatisq; condonatis, urbes hostiles eis traderet. Ille uero negabat Deum latirum talibus se tentari precibus. Non enim temere aut humano more ad hanc indignationem esse commotum, sed iustum hanc sententiam protulisse. Non est autem incredibile, Moysem unicum uirum innumera penè hominum milia concitata sedanisse, quandoquidem Deus illi præsens placabiliorē faciebat multitudinem sape iam suo malo expertam, conducibilius esse non repugnare diuinæ uoluntati: et alioquin

etiam

etiam uir ille dignissimus est admiratione , tum
ob singularē uirtutē , tum ob fidem nō tantum à
seculi sui hominibus , sed à posteris etiā impe-
ratam : quādoquidem hodie quoq; nemo est He-
breorū , qui etiam si latere posuit , quasi præsen-
tem reuereatur . et quasi pœnas exalturū , si quid
præter decorū ab ipso præscriptū gesserit . Au-
toritatis eius plusquā humana & argumenta sunt
plurima , & in his illud non minimū , quod qui-
dam ex regionibus ultra Euphratēm sitis ad
honorem nostri templi quatuor mēsium iter ma-
gno sumptu , nec sine periculo emensi , sacrificioq;
peracto , non potuerat tamē partem aliquam de
uictima cōsequi , existente aliqua causa , cur per
leges nostras id minus liceret . Et quidem ne sa-
cro quidem facto , alijs semiperfecto sacrificio
relicto , nonnulli ne templum quidem adire per-
missi , re infecta redierūt , malentes Moysis le-
gibus , quam suo proposito obsequi : idq; nemine
redarguente , nisi propria cōscientia . Tantū ua-
let semel concepta de hoc uiro opinio , ut maior
homine habeatur qui leges à Deo acceptas ho-
minibus tradidisse creditur . Nuper etiam non
longe ante Iudaicū bellum principatus claudij ,
pontificatum apud nos Ismaele obtinente , cū
tam ualida famē regionē nostram premeret , ut
affaron quatuor drachmis ueniret , & in festi-
uitate azymorū allati essent cori sepiuaginta ,
hoc est medimni sicuti triginta et unus . Atti-
ci ue

ci uero quadrageinta & unus, nemo tamen sacerdotum ausus est micam unam inde comedere, tanta egestate premente, legē tantū & iram diuinam ueritus, quæ in occulta etiā peccata grauiter animaduertere solet. Quare nō est cur aliquis miretur quæ illo tempore sunt gesta, quandoquidem etiam scripta posteris ab illo relictæ tantam uim & autoritatem obtincent, ut uel inimici nostri fateantur quod talēm uiuendi rationem Deus per Moysēm instituerit. Sed de his quisq; ut uidebitur sentiat.

F L. I O S E P H I A N-
T I Q V I T A T V M I V -
D A I C A R V M L I B E R
Q V A R T V S.

Hebreorum inscio Moysē cum Chananeis pugna & clades. CAP. I.



EBRABOS autem duram Num. 14.
uitam in deserto agentes, &
multis miserijs afflictos, nihil
peius habuit, quam quod Deus
non sinebat eos armis cū Cha-
naneis experiri: nec iam amplius Moysēm au-
dire uolebant quiescere iubentē, rati etiam sine
illius auspicijs uictoriam de hoste se posse obti-
nere: accusabantq; cum, quasi hoc tam agen-
tem, ut in magna inopia constituti, semper ab
illis.

illius consilijs penderet: & omnino pugnare decreuerunt, auxilium Dei sibi pollicentes, nō tam Moyses respectu, quād quod in eius tutela iam inde à majoribus essent: & quos prius ob peccatatem dignos libertate duxisset, eis nunc quoque si rem strenue gerant, uictoriam non negaturum. Satis sibi uirium aduersus eas gentes, etiam si Moyses Deum ab ipsis alienare conetur: omninoque expedire sibi ut arbitrariu suo potius rem gerant, quād pro excusſa Aegyptiorum scrūtute Moysis tyrannidem suscipiant, eiusque libidini seduclē parcent, iactantis diuina colloquia, quibus ut Deo prae ceteris carus de rebus gerendis præmoneatur: quasi uero non omnes ex aequo Abraham essent posteri, ut unus singulari gratia præscientiā futuroru diuinitus habeat. Prudentiū esse, ut cōtempta unius hominis arrogātia, Deo potius promissori credentes, ad acquirendam eam regionem se expediant, neque diuitius sub Dei prætextu herba sibi dari sinat. Cogitandum de præsentii inopia, quam loca deserta grauiorē in dies reddant, & ductore Deo manus cum Chananeis quamprimum conserendas, nec amplius assensum legislatoris expectandum. Comprobata deinde omnium calculis hac sententia, populariter in hostes uadunt, qui neque scroci eorum impetu, neque immensa multitudine perierint, irruentes in se excipuum foriiter: & bona parte Hebraeorum cesa, reliquos turpiter uertere

uertere terga coactos insequendo, trepidos in ea
stra compellunt. Ea clades præter omnium opi-
nionem oblata uehemeter animos multitudinis
deiecit, peiora metuentis, cogitantisq; ab irato
numine immissam esse, eo quod non expectato
oraculo ad pugnam prorupissent. Moyses autem
uidens tum suos accepta clade cōsternatos, tum
hostem uictoria recenti elatum, ueritus ne pre-
senti successu non contentus maiora moliretur,
decreuit copias retrò in desertū reducere. Cumq;
populus posthac in ducis potestate se fore pol-
liceretur, malo admonitus nihil absq; ipsius con-
silio prosperè cessurum, motis castris iuum est in
deseratum hoc animo, ut non prius contra Chan-
nacos pugnam capessent, quam signo diui-
nitus accepto. Sed quemadmodum in exercitu
ingenti usu uenit, maximè rebus aduersis, ut
difficiles se moderatoribus præbeant, ita Iudeis
etiam idem accidit. Qum enim essent numero
secenta millia, & uel in secunda fortuna pa-
rum tractabiles præfectis uiderentur, tanto ma-
gis in egestate ac infortunio tam in se iniucem
quam in imperatorem suum exasperabantur.
Quapropter tāta seditione est laboratū, quan-
tam nec apud Græcos nec apud Barbaros un-
quam fuisse accepimus: que res dubio procul in
extremum iam periculum delatos perdidisset, ni
Moyses oblitus accepte iniuria, quod minimam
absuit quin lapidaretur, rebus labantibus opem
attulisset.

attulisset. Ac ne Deus quidem curam eorum prorsus abiecit, sed tametsi cōtumeliosos non solum erga legislatorem, uerū etiam in manda-
ta diuina per Moysēm acceptā, liberauit et amē
ē pernicioſissima ſeditione, cuius abſq; ſua pro-
uidentia non niſi tristissimus exitus expectari
poterat. Hanc ſeditionē, & quemadmodum ea
ſedata Moyses rem adminiſtrauerit, nunc di-
cemus, cauſa eius priuium exposita.

Seditio per Corem aduersus Moysēm & fratrem
propter ſacerdotium excitata. CAP. II

I I. **C**ores uir genere & opibus inter Hebraeos
Num. 16. **C**larus, et populari quadā facundia pre-
ditus, uidens Moysen in celo dignitatis conſtitu-
tu, moleſtē ac iniudicenter id feriebat. Cū enim
effet ex eadem tribu & cognitione, iniquum
censēbat ſe illi poſthaberi, & diuitijs pollentiorē
& genere nihilo inferiorē: multaq; in illū apud
contribuiles Zeuitas & inter cognatos cōciona-
bundus uociferabatur, rem indignam dicitans,
nec diuitius ferendam, Moysēm ambitiosis arti-
bus ſub praetextu cuiuſdam diuinitatis cū alio-
rum iniuria ſue tantum gloria ſtudere: & nuper
preter ius & ſas ſacerdotium abſq; populi ſuſ-
fragio fratri Aaroni dediffe, & alias dignita-
tes quaſi tyrannide arrepta pro libidine diſlri-
buere. Granē hanc eſſe iniuriam, quod ita laten-
ter ſe in dominationem inſinuet, ut priuquam
ſeniri poſſit, populi libertas opprimatur. Qui
enim

enim principatu se dignum sibi sit conscius, cum uolente ac persuaso populi, sine uero ad tale fastigium aspirare. Qui uero bonis artibus eò peruenire desperent, à uero quidem abstinentia ne bonitatis ac honestatis opinionem amittant, sed technis malitiosis ad id cōsequendum niti. Taliū conatus in medium protractos puniri è republi-
ca esse, priusquam è clancularijs insidiatoribus aperti hostes euadant. Quā enim ratione Moysēm afferre posse, cur Aaroni potissimum & filij; sacerdotiū dederit. Si enim ex Zenitica tri-
bu alicui honor is ex diuina uoluntate debere-
tur, sc̄ merito suisse præferendum, genere Moysi parem, etate atq; opibus potiore: quod si anti-
quissimae tribus ratio haberetur, optimo iure ui-
ris Rubelitidis tribus dignitatē eam deferēdam,
Dathamo, Abironi, et Phalao, diuitijs iuxta
ac etate inter contribules preminentibus. Hec
Cores, uideri uolens reipublica curā habere, re-
uera hoc tantū agens, ut concitato populo pon-
tificatum inuaderet. Nec diu se intra unam tri-
bum hę criminaciones cōtinuerūt, uerū sparsus paulatim rumor, dum quisq; auditis de suo
aliquid addit, totis iam castris peruagabatur:
brcuiq; eò res deuenit, ut ducenti quinquaginta
è primatibus factionem Cora sequerentur, qui
omnes operam dabant, ut sacerdotium fratri
Moysis ademptum in illum transferretur: po-
pulus præterea tam concitus erat, ut ad lapi-

des co^{cō}clamaretur, concurrebatq; incōditā multitudo in concionē, ubi flans ante Dei tabernaculum uociferabatur, tollendū tyrannū, & populū è seruitute eximēdum, cui sub religionis prætexeu dura imperata imponerentur. Deum enim si ipse esset sacerdotis elector, aliquem dignum fuisse ad hunc honorē proiecturū, nō eum qui muleis esset merito posthabēdus: uel si Xarōni cum dare decreuisset, populi suffragio potius quām fratriis beneficio fuisse daturū. Moy-ses autē qui Corē calumnias non ignorabat, uidens populū irritationem, nequaquam expauit: sed fretus conscientia rci bene administratæ, & sciens fratrem electione Dei peruenisse ad sacerdotium, non sua gratia, prodit in concionem: & quoniam non erat imperitus artium quibus uulgus tractandum est, ad Corē uersus clara uoce: Mīhi, inquit, cores, uel tu, uel unus qui uis ex ištis, intenta in ducentos & quinquaginta miris m. m., honore digni uidemini: imō ne reliquā quidem concionē contemno, etiam si nobis dīsijs & ceteris doribus non sint conferendi. Nam nec Xarō ideo sacerdotio potitur, quia ditior. Tu enim ampliores quām uerq; nostrū, facultates possides: neq; quia nobilior. Cōmōde enim uniuersis genus nobis Deus uoluit, cuius eundem cunctis autorem dedit: neq; fraterno affectu mōtus quod alijs debebatur, fratri cōmili. Nisi tūm ius & f. is prae oculis habuissē, nequaquam oblitus

oblitus mei, dedissem alteri: cùm nemo sit mihi
 meipso propinquior, & mihi non minus quam
 illi bene uelim: et alioquin qualis erat prudentia,
 me uiolati iuris reum facere, & huius facinoris
 præmium alteri cedere? Vr̄am & à mea probi-
 tate absit tale scelus, n̄tq; Deus, justus est aut
 se contemni, aut uos ignorare quid illi gratissi-
 mum facturi essetis. Ipse sacerdotem sibi elegit,
 ipse ab hoc criminis iniuncte me reddidit. A-
 tamē licet non meo beneficio, sed diuina electio-
 ne hunc honorem adcepimus, non dubitat in mediū
 depositum uestris suffragijs cōmittere, nullam
 prerogatiuam postulans ex eo quod hactenus
 eo sit legitimè functus, ut qui omni ambitione
 posita, malit uos sine seditione uidere, tametsi
 uestris etiam calculis ante iam comprobatus:
 neq; enim Dei uoluntatem in hoc lessimus, quod
 uestrum etiam assensum accedere uoluimus: sed
 quod ille ultrò detulit, salua pietate recusare no-
 licuit: quemadmodū & illud æquum est, ut quis
 semel dedit, suum donum ratiū ac perpetuum
 efficiat, Quamobrem iudicabit deus quem uen-
 lit pro uobis sacra facere, & pietatis uestræ an-
 tiſtitem esse Iniquissimum enim fuerit, coram per
 ambitionem obstare, quo minus liberam electio-
 nem sui sacerdotis habeat. Nihil est igitur quod
 seditionibus turbemini, quantū ad hac causam
 attinet. Cras mane cū sua quisq; acerra & igne
 ac odoramētis adesto. Tu uero Cores cede Deo,

LIBROS
 DEL RR.
 L. MARCO

Ayuntamiento de Madrid

*E*cce calculum eius expectata, neque maiorem quam Deus habeat, autoritatem tibi arroga: sed tu quoque inter ceteros huius honoris competitores iudicandus adesto: nec video cur uel Aaron a petitione debeat excludi, eodem genere natus, et qui iam in hac functione irreprehensibile sui speciem dedit. *V*bi uero conuereritis, coram toto populo suffuum facio te, et cuius sacrificium accepimus Deo fuerit, eum mea quoque autoritate confirmabo, meque ab hac calumnia collata per priuatam gratiam in fratrem summam dignitatis exoluam. His auditis turba et tumultuari simul, et male suspicari de Moysē destituit, et insuper consilium eius collaudauit tanquam est republica futurum: atque ita concio dimittitur.

Quomodo seditionis concitatoribus divina ultione extinctis, sacerdotium Aaroni & filii est confirmatum.

C A P. III.

*N*um. 10. **P**osterior die redditur in concione ut sacro facto interessent diuino iudicio, per quod competitorum certamen erat dirimendum: eratque nonnihil tumultus, multitudo suspensa ad euentus expectationem, quibusdam Moysem in ordinem redigi cupientibus: qui uero prudentiores erant, seditionis fine exceptatibus: timebat enim ne acta esset de rep. si ulterius seditione procederet: multitudo quoque natura nouarum rerum cupida, et ad obloquendi magistratibus prona, omnibus rumoribus circunscrebatur. Moyses autem missis

missis ad Dathamū & Abironē viatoribus,
 insit ut ad condicū uenirent sacris interfuturi.
 Postquā autē negauerūt se obtēperaturos, neq;
 diutius passuros Moysi potentia artibus malis
 quēstam in populo augeri: his renuntiatis af-
 sumptisq; aliquot præstantioribus non est dedi-
 gnatus ad cōtumacē Dathami factionem ueni-
 re, sequentibus se libenter quos iusserat. Tum
 Dathamus cū suis audito Moysem cū prima-
 tibus ad se aduentare, progressi cum liberis &
 uxoribus ante tabernacula, expeſtabāt quidnā
 acturus esset: aderant etiā satellites qui arceret
 eum si quid ui agere uellet. Ille uero iam propior
 sublatis in cælū manibus, & clara uoce ut a ro-
 ta multitudine exaudiri posset, Domine, inquit,
 cali & terræ ac maris, in qui mihi testis es fide
 dignissimus, quod quicquid hactenus feci, ex
 tua sententia feci, qui miseratus res Ezeb. eorū
 perpetuus adiutor mihi fuisti, exaudi hanc o-
 rationem: tu enim scis omnia, ipsas etiā cogita-
 tiones hominū: quapropter nō dedignaberis rei
 ueritatē atq; istorū ingratitudinē in mediū pro-
 ferre. Nobis sanc ex aucte & illi que nativita-
 tem meā præcesserūt, nisi a nimerū nō auditā: nūc
 in illis rebus testimonio tuo me sublcua, quas isti
 cūm non ignorēt, male suspicari tamē non ueren-
 tur. Ego cūm uitam agerē quietā, id quod meā
 uirtute & tua uolumata Raguelisq; socii be-
 neficio cōsecutus erā, tamē relictis eius nolupra-

tibus & commodis meisam totū dedidi crūnis
 pro isto populo perferendis: & primū pro liber-
 tate eorum, nunc uero pro salute prōptissimè ma-
 gnos labores suscepi. Nunc ergo quoniam in suspic-
 ionem ueni hominibus, qui mea cura ac prouiden-
 tia tot mala incolentes euaserunt, in qui in
 igne illo ad monte sina mihi apparuisti, & tua
 uoce spectaculoq; illorū prodigiorū me dignatus
 es, qui in Aegypto legatione tuo nomine fungi
 uoluisti, qui Aegyptiorum opibus afflictis ser-
 uitute eorū effugere concessisti, & Pharaonis
 potentiam succumbere mihi fecisti, qui ignaris
 uiae per mare mediū iter aperuisti, cuius postea
 fluctibus Aegyptios inuoluisti, qui inermes ar-
 mis munivisti, qui ex uitiosis fontibus potabiles
 reddidisti, & potum nobis inopia laborantibus
 è petra produxisti, cibumq; in terra nō inuenien-
 tibus à mari attulisti, è celo deniq; numquā an-
 tē auditū es largitus, qui legibus ac institutiis rē
 nostrā ornasti, adesto mihi domine index omnium
 ac testis incorruptissimus, qd neq; manera à quo-
 quā Hebreorū fauore meu cōtra iusticiā captā-
 te admisi, neq; pauperē bonam causam habentē
 propter aduersariū dinitē pdere litē sum passus:
 & nūc republica sincerissime administrata in
 suspicionē culpe, à qua sum alienissimus, uenio,
 quasi fratriob priuatū affecti: et nō tua uolūtate
 sacerdotiū tuū cōculerim. Ostēde qd oī: et tua pro-
 uidētia disp̄santeur, et nihil fortuitis casibus, sed
 tua no

tua uoluntate ad effectum peruenit: & quod res
 Hebraeorum cordi tibi sunt, iusta in Dachamum
 & Abironem animaduersione declarat, qui te
 stupidū faciunt meis imposturis circumueniri iæ-
 Elantes. Fæcies autem manif. Etiam aduersus in-
 sanos glorie tuae detractores vindictā, si non com-
 muni more intercāt, ne quis nihil nisi humānum
 passos existimet, sed terra quam indigni calcant
 dehincens cum familijs & facultatibus eos ab-
 sorbeat: hoc modo & tua potentia omnibus ap-
 parebit, & exemplum postcris statuetur, ne quis
 secus quam pium est de tua maiestate sentire au-
 deat: & meum ministerium ex tua sentēcia esse
 comprobabitur. Quod si uera sunt crimina qua
 in me congerūt, tum in meum caput diræ uertant,
 illis quos execratus sum in columbus. Atq; ita
 exacta pœna à populi tui turbatoribus, reli-
 quam multitudinem in pace, cōcordia, & man-
 datorum tuorum custodia seruā intactam &
 experient supplicij sceleratis hominibus debuit:
 quandoquidem alienū est à tua iustitia, illorum
 pœnas immeritam Israëlitarum turbam depen-
 dere. Hac cum lacrymis effato, terra horrendum
 repente cōtremuit, & undante superficie, non se-
 cus quam pelagus uento fluctuās, uniuersum po-
 pulū terruit: immanni mox sonitu cliso, quā sedi-
 tiosi tendebant, soliam subsidit, & eodem momen-
 to omnes ad unum absorbet: sublatisq; in hunc mo-
 dum profanis, hiatus ille ita rufum clauditur, ut

ne ueſtigium quidem eius supereret. Hic finis ſed
ditioſa factionis, illuſtre argumentum diuinae
prudentiae ſimiliter potentiæ: fuitq; hic caſus co-
miferabilior, quod adeò nemo ne propinquorum
quidem aut cognatorū eos eſt miseratus, ut totus
quantes erat populus, ante auctorū oblitus, letis
acclamatiōnibus Dei ſententiā comprobaret,
ac ne luſtu quidē dignos, ut peſtem ac perniiciem
popularium exiſtimaret. Poſt Daithamum cum
ſuis extinclum Moyses pontificarius amulos con-
uocat, Deo denuo cōmiſſurus electionem, ut ei ſit
ratum ſacerdotium, cuius ſacrificium Deo gra-
tissimum apparuerit. Itaq; conueniunt ducenti
quinquaginta vii ſummo in pretio ſemper apud
populares habiti, tum quod à maioriibus omni-
nirum praeclaris oriundi eſſent, tum quod ipsi
nequaquam degenerarent: cumq; his procedunt
et Aaron et Cores: deinde ſtantes ante Dei
tabernaculū adolebant accerris odoramenta que
ſecum auulerant: cum ſubito tantus ignis efü-
ſit, quantum nec homines ipsi unquam excita-
uerunt, nec in terris ſponte ardentibus, nec in ſyl-
uis per æſtū auctri flau collisibꝫ et aitritis exci-
tatum uiderunt, ſed qualis diuinitus accendi po-
terat fulgentissimus ſimiliter ac flagrantissimus:
cuius ui ac impetu ducenti illi et quinquaginta
una cum Core ita ſunt abſumpti, ut ne cadaue-
rum quidem reliqui cōparerent: ſolus Aaron
ſuperfuit illius, ut maniſteſtum eſſet, diuinitua
coor

coortū hoc incendium. His ita absumpsis, Moyses uolens perpetuam eius supplicij memoriam ad posteros tradi, ut & illis non ignoraretur, iussit Eleazarum Aaronis filium aceras eorum affixas altari aere consecrare, ut hoc monumento omnes terrorentur, qui cælestis numen humanis dolis putant circumueniri posse.

Quæ Hebreis in deserto per annos xxxviii. ob-
uenerunt.

CAP. IIII.

Post tam euidentis argumentum cum iam sa- Num. 17.
ris constaret, non ambien, aut fratribus gra-
tia, sed diuino iudicio sacerdotiū ad Aarōnem
peruenisse, sine ulla controuersia posthac illud te-
nuit: nec tamen ob hoc diu cessatū est à seditione,
imò penè grauior priore est infecuta: nam ex ta-
libus causis ortum habuit, ut facile appareret
longo tempore duraturam. Cūm enim sc̄mel ani-
mos hominū occupasset hæc persuasio, nihil sine
Dei uoluntate geri, arbitrabatur Deum in gra-
tiam Moysis ista facere. huic igitur imputabat
omnia, tanquam non peccatorū odio Deus sui-
ret, sed à Moysē solicitatus: agreq; cerebant
quod nō solam impunè tot optimatum morte po-
pulum mulctasset, sed præmium eidam auferret
confirmatum iam fratribus pontificatum: quando-
doquidem nemo posthac cum affectatus erat,
cum alijs id male cessisse uideret: adhac cognati
extinctorum agebant apud populum, rogantes
ut superba & nimia Moysis potestati modum

o s aliq

aliquem statueret : facile enim hoc illi esse. Tum ille maturè sentiens excitari turbas , ueritus ne qui rursum res nouas molirentur, unde magnum aliquod malum accidere posset, concionem aduo cari iubet: & auditis postulatis nihil respödens ne magis irritarentur, hoc tamum principibus tribuum mandauit, ut uirgas afferrent tribuum nominibus inscriptas : eius enim fore sacerdotium, in cuius uirga Deus signum ostenderit. Quod ubi placuit, inscriptas attulerūt, ciam aliq, cum Aaron, inscriptam habens in sua Leuiticam: eas Moyses acceptas in Dei tabernaculum depositus: sequenti uero die omnes protulit, quae facile agnoscabantur, quod essent & à principibus qui attulerant, & à cetero populo notatae: videbantq; alias eadē specie manere, qua erant pridie cum eas Moyses acciperet, ex Aarons uero ramos & germina esse exorta, & quod magis mirum, amygdala matura, quod uirga ex hoc genus ligno constaret. Hac nouitate spectaculi uulgus attonitum, omisis odüs quibus tam Moysem quam Aarones prosequebatur, totum in admirationē diuini iudicij uersum, amplius Deo repugnare desit, ratumq; Aaroni sacerdotium esse holuit: atq; ita tertio Dei calculo confirmatus nemine post hac contradicente fuit pontifex, & Hebreorū populus longis seditionibus agitatus hoc modo ad quietem tandem 111. peruenit. Moyses autem posteaquam Leuiticam

eam tribum diuino cultu*m* dicatam, immunem à Nu. 18.35
 militia fecisset, ne forte in parandis ad uitam ne- Zeui. 14
 ccessarijs occupati, negligentius sacra tractarent, 18. & 26
 mādauit ut post armis ac Dei fauore quæfitam
 Chananaeam ex oppidis eius quadraginta octo
 bona & pulchra Zeuitis distribuerentur, cum
 agro mœnibus eorū contiguo duū milium cu-
 bitorū, & insuper à toto populo decimas annui
 fructus exegit Zeuitis simul ac sacerdotibus con-
 ferendas: atq; hi posthac eius tribus solennes re-
 ditus fuere. Nunc dicēdum quæ sunt sacerdotum
 propria. Ex quadraginta octo oppidis ius sit ut
 Zeuite concederent eis tredecim, & decimarum
 à populo quotannis acceptarum decimas pende-
 rent: præterea ut populus deo primitias omnium
 fructuum è terra prouenientium offerret, & ex
 quadrupedibus quæ mactare fas est, primogeni-
 tum si masculum fuerit, sacrificandum sacerdo-
 tibus adducat, ut eo cum familia uescantur in
 urbe sacra: pro eis uero quibus patria lex uesci-
 uet, dominus foetus siculum cum dimidio depen-
 dat, pro homine uero primogenito quinq; siclos:
 deberi eis etiam primitias tonsure ouium: & qui
 panes coquunt liba aliquot eis præbere. Qui uero Nuome. 6.
 ex uoto se consecrant, Nazarei dicti, capillum
 alentes, & uinum non gustantes, cum capillum
 consecrant, uiclimas eorum sacerdotibus cedere.
 Item qui Corban seipso nominat, hoc est Dei do-
 num, si uelint à ministerio ad quod se ultro obli-
 gauer

gauerunt dimitti, sacerdotibus pecuniam numerare, mulierē triginta siclos, virum quinquaginta: qui uero tātum pecunia nō habuerint, hos sacerdotum arbitrio relinquendos. Quin & si quis domi mactet ad priuatū epulum, non ob cultum diuum, offerendum tamen sacerdotibus pecoris peclis & brachiū dextrum. Tantū est quod sacerdotibus Moyses attribuit, præterq; quicquid pro peccatis populus offert, ut in proximè prædente uolumine diximus. Quicquid autem à populo sacerdotū ordini contribuit, ex eo tā uxores quam filias & famulos etiam participes esse uoluit, exceptis que pro peccatis offeruntur: hæc enim in fano soli sacerdotio fungētes mares eodem die absunt. His ita post seditionē dispositis castra mouit, & cū omnibus copijs ad Idumeæ fines peruenit, legatis primū ad regem præmissis: petebat ab eo tantū liberum transitu, patratus ipsius arbitrio fidem dare, sine cuiusquam iniuria iuer se facturū: præterea forum rerum uenaliū suis exhiberi poscebat, persoluturus etiam aquæ pretium, si rex ita iuberet. Ille uero legatis re infecta dimissis, negatoq; transitu, armatus cum exercitu est obuiam profectus, prohibitus Moysem si uiuam aperire conaretur. Et propheta cōsulito prius oraculo, & Deo nō permitente ut ipse pugnæ principiū saceret, retrorsum abduxit exercitum, per desertum iter facturus. Eodem tempore sorori eius Mariammæ ultimus

uite dies aduenit, quadragesimo anno ex quo
 Aegyptum reliquerat, mensis Xanthici luna pri-
 ma: sepultaq; est publico sumptu magnificè, su-
 per quodam monte qui appellatur Sein: Et post
 menstruum luctu lustrauit Moyses populi hunc Num. 1.
 in modum: Iuuenia laboris et aratri expertem,
 colore toto corpore rufam, paulu ante castra pro-
 ductam pontifex in loco purissimo maculauit, et
 sanguinem sepius digito aspersit uersus Dei ta-
 bernaculum: deinde solida iuuæca, ita ut procu-
 buit cum pelle ac intestinis ardente, lignu cedri-
 num in medium igne iniiciunt, simulq; hyssopum
 et lanæ coco tintoram: huius cinere uniuersum
 uir purus ac castus collectu reponit in locum pu-
 rissimum: et quotquot post hac funesti purifica-
 tione opus habebant, paulu huius cineris in fon-
 tandam immittentes, et hyssopi ramulu intingen-
 tes, aspergebant se die tertia et septima: quo sa-
 ñto pro puris post hac habebantur: et hunc lu-
 strandi morem etiam in terra belli forte quesita
 seruari precepit. Ceteram funesto exercitu ita ut Num. 20
 dixi lustrato, per descritu cum eo pergens Ara-
 biam petijt. Cumq; uenisset in agru urbis Arba-
 um primarie, que olim Arce, nunc Petra no-
 minatur, hoc loco monte excelsum, quo ager clau-
 ditur,aron consendit, præmonitus a Moysè,
 quod esset moriturus: et in conspectu totius exer-
 citus, stans in loco acclivi, exuta pontificiam flo-
 lam Eleazar filio tradidit, ad quem iure etatis
 successus

succes̄sio perirebat: atq; ita spectante populo moritur, eodē ipso anno quo forovē am̄isit, anno atatis centesimo uigesimo tercio dies mortis eius incidit in primam lunam mensis qui Athenicis fibus Hecatōeon dicitur, Macedonibus Louis.

I I I. *Hebreis Sabba.* Luxit eum populus diebus **Num. 21.** triginta, & luclu finito, Moysis duclu peruenit ad fluuium qui nominatur Arnon: is ex Arabic montibus exortus, desertum medium peregrans, in Asphaltitem lacum influit, Moabitas ab Amoreis disternitans: estq; h.ee regio frugifera, & fructus quantum satis est incolis expeditat. Ad eius regem Schonem misit legatos Moyses, qui transiū per regnum peteret, fidem daturus, quod sine detimento uel agrorum uel colonorū militem traduceret: sed persoluturum pretium rcrū uenalium ex aequo & bono, etiam si potum aque sine pretio dare grauarentur. Schon uero negato transiū, & armato suorum exercitu, nata Arnonis occupat, prohibeturus si Hebrei fluuium transire conarentur.

Quomodo Moyses deuicit Schonem & Ogem Amororum reges, deleuitq; eorum copias. **C A P. V.**

Nume. 2. **M**oyses autē postquā intellectus Amoros hostile in se animū gerere, haud ferēdum contemptū ratus, & uidēs Hebreos genus hominum intractabile, otio simul & i gestare facile adduci posse ut pristinos tumultus ac seditiones renouaret, occasionē cis admere uolens, cōsuluit Deum,

Deum, an bello nū aperire permetteret. Deo uero annuncie, & uictoriā insuper pollicēte, magnopere hac spē animatus, militē quoq; fiducia comple, clamitās adesse tēpus quo pugnādi cupiditatē exsaltarēt, auspice Deo & quō sponite iam propenderent autoritate sua cōpellentie. At illi permissa potestate lati, arma corripiunt, & euestigio instruclā qeie ad hostēm properant. Amor aus cōtrā ut uidit aduētātes oblitus pristine ferociae, tū ipse est territus, tum milites ambos quos ante usum hostē prae se screbāt, prae timore demiserunt. Itaq; uix primo cōflictū excepcionē terga uerūt, in sola fuga spēm salutis reponentes: cōsiderabat enim munis urbibus, qua tamē nihil prorsus eis profuerūt. Nam Hebrei uā primū animaduerterat hostes cedere acriter institerūt, turbatisq; eoruū ordinibus, in extremam formidinem illos coniecerūt. Iamq; totis campis sparso effuso cursu aliq; alias urbes petebāt. nec alteri persequēdo fatigatur, imperfēctā uictoriā relinquere nolētes, sed cū essent funditores optimi, & eius pugna generis, quod omni teloruū genere cīminus geritur in primis periti, & expeditiores q; ut armis granarēt, aut pedibus fugatos assequibatur, aut gladiis & iaculis, si quos celerriores timor fecerat. Itaq; magna strages editur, & si qui effagerat, cū vulneribus & siti conflabatur: erat enim astas. Cumq; desiderio potius ad flanū agmine magno ferrēt, ab inse- quen-

quentibus circumuēti eminus sagittis ac iaculis
sunt confixi, & inter ceteros se hon rex cecidit.
Hebrei uero cæsos spoliabat, prædas agebat, ma-
gnæ rerū copia fruebatur, quod fructus nondū ex
agris collecti essent: & milites totā regionē per-
currebat impunè diripiendo, captiuosq; abducen-
do: nemo enim resistebat, robore eius regionis in
pugna absumpcio. Talis clades Amoræs acci-
dit, qui nec consilio prudenter, nec armis fortiter
sunt usi. Hebrei uero terrā eam occupauerūt, in-
ter tres amnes insule modo sitā. Nam Arnonis
riparum meridionale eius latius terminat, Iobacchus
uero septentrionale, qui in Jordane influens nomen
amittit: occidentalis tractus Jordane amne al-
luitur. In hoc rerū statu exoritur Isrælitis nonus
hostis Oges Galadim & Gaulanitidis regio-
num rex, in auxiliū Sehonis amici & socij ue-
niens: cuius res quam iam perditas uideret, nihi-
lominus uictoriā sperās, uirtutis suorū ac ho-
stium periculū facere decreuit. Quæ spe frustra-
tus et ipse in prælio periit, & exercitus ad unum
est deletus. Moyses uero Iobaccho fluvio supe-
rato, regnū Ogis ingressus urbē unam post aliām
subuerebat, habitatores interneccione uaſtans,
qui omnes eius terra homines diuitijs & agro-
rum fertilitate superabant. Oges etiā uir heroica
specie corporis, ne uirib; quidē ac uirtute fuit in-
ferior: cuius roboris & staturæ argumētū exsta-
bat in expugnata regia urbe Ammanitidis
regione

regionis, dicti Rabatha: locitus erat ferreus quatuor cubitorum latitudine, nonē longitudine. Huius uiri casum non solū præsens celebratorū felicitas est in secura, sed in futurū etiam maiorum successuum illis causa ista facta. Sed xagintæ enim oppida egregie munita de eius ditione cuperunt, & ex præda tam priuatim quam publicè sunt locupletati. Post hanc Moyses castra Jordani versus mouet, & campū magnū è regione Hierichontis: ea est urbs copiosa, palmis abundans, & balsamū frrens. Iamq; in tantum creuerant Israélitarū animi, ut nihil magis quam pugnas ac prælia cuperent: & Moyses uenit hac præiudice suorum ratus, uictimis Deo pro gratiarū actione maceratis, epuloq; exercitui dato, partem eius armatam ad Madianitarū regionē uastandā misit, urbesq; gētis eius expugnandas: cuius belli origo talim causam habuit.

De Balamo uate.

CAP. VI.

Balaesus Moabitarū rex, habens ueterem Num. 22, 23, 24, amicit: & & societatem cum Madianitis, cum res Israélitarū in tantum crescere uideret, cœpit etiam de suo regno esse sollicitus. Nesciebat enim Deum uetare, ne Hibræi quicquā ulterius præter Chananaea usurpare appetant: atq; ita non satis consultè de rebus nouis cogitauit: & bello quidē aggredi elatos tot uictoriarum successu non est ausus, obstante tamē uolens ne ultius procederent, legatos de cōmunitibus cōmodis

P

ad

ad Madianitas mittit. illi ad Balamum quendam ultra Euphratim, nobilem in cis locis uerem, & sibi amicum, cum Balaci legatis mittunt etiam de suis honoratissimum quenq; rogantes ut ueniret ad se, & diris imprecationibus Israeli-tas denoueret. Rates legatis comiter exceptis, & hospitali mense adhibitis, cōsulit Deum, quae sit eius de Madianitarum postulatis sententia: qui cum ueraret illis obsequi, reuersus ad eos, ait sibi non deesse uoluntatem illis gratificandi, sed ob-stare Deum, cuius beneficio debeat gloria ex ue-ris hactenus prædictionibus cōparata: nam exer-citum illū quem ipsi execratum uelint, esse Deo longè carissimum deditum: consiliū ut ob hanc cau-sam ad Israélitas profecti, pacem cum illis quibus-cunq; cōditionibus ficerent: his diélis legationē dimisit. Et Madianita Balaco maximis pre-cibus urgente, eadē de re denuo legatos mittunt ad Balamum: qui cupiens hominibus obsequi, Deum consultit. Deus uero offensus iubet ut le-gatis assentiatur. Iterum Deus hac serio iubere, cum legatis proficisciatur. Inter eundū autem cum uenire esse in via quandam angustā inter duos macerias sitiā occurrit ei angelus: quo animad-uerso asina qua uehebatur declinans appresuit eum ad alterū septum, nihilq; mouebatur herberillus sefforis pressara molle ferentis: cumq; nec an-gelus de via cedere, nec uates ueberandi finum faceret, tandem procumbens Deo sic uolante hu-mida

manæ uoce Balamū incusat, quod nunquā an-
 tichac lœsus fœuiret in se, non intelligens Deum
 prohibere quo minus quibus cupret obsequia-
 tur. Hoc prodigioso aſna ſermone dum ille tur-
 baretur, appariuit ei angelus, obiurgas uerbera-
 torc, quod iumentū nō eſſet in culpa, ſed ipſe ob-
 ſtarer iter contra Dei uoluntatē faciunti. Tum
 uates territus uolebat retro abire: ſed Deus iuſ-
 ſit eū pergere quò iuſtituerat, modò ne quid ali-
 ter agat quā diuinitus admoneretur. Iuſtitia
 perceptis ad Balacum peruenie: excepitq; à
 rege honorificentissimè uoluit ad quenda montē
 deduci, unde Hebreorū caſtra contēplari poſſet.
 Balacus uero ipſe cū regio comitatū deducit ua-
 tem in montē proximē imminentē, qui à caſtris
 ſtadiis ſexaginta aberat: quibus eōſideratis in-
 bet regē ſeptem aras extiruere, & toride tauroſ
 ac arietes exhibere. Id ubi celeriter iuſſe regis eſt
 factū, mactat uictimas ut uictoriām praefagire
 poſſet: deinde ſic fatur: Felices uos quibus Deus
 largā bonorū præbet copiā, & prouidentiā ſuā
 perpetuā ducē & auxiliatricē annuit: quoniā
 nullum eſt hominum genus, cui non innocentia
 morum, uirtutisq; ac probitatis ſtudio ſitis an-
 ſerendi, liberos praftantiores etiam ſuccelfores
 habentur, quandoquidē Deus uos ſolos hominū
 complectitur, & ut omniū ſub ſile felicifimuſ
 ſiſis proſpicit: quamobrem oſtinebitis terram ad
 quam uos misit, & posteris uestrīs in perpe-
 tuis

suum possidendum relinquens, & gloria uestræ
 nominis implebitur uniuersa terra simul & ma-
 re, adeoq; multipliabitur gens uestra, ut nulla
 non orbis regio uistri sanguinis homines admi-
 xios sit habitura. Beatus uos exercitus &
 admiratione dignissimus, ex uno parente in tantum
 auctus, nunc uobis paru amplum pro dignitate
 ac numero domicili Chananea continget, sed ta-
 tum olim terrarum orbem habitationi uestræ de-
 stinatum scitote, ut tam in insulis quam in con-
 tinente sit uobis degendum pre multitudine ipsis
 cali stellis numero & equiparada. Cumq; tam in-
 numeri futuri sis, nihilominus nihil uobis ad
 summam rerum copiam deesse patietur, in pace &
 in bello uiriuem uiris addet. Inimicis nostris in-
 mente ueniat, ut hostes uestræ esse, & in uos ar-
 ma sumere uelint: nō enim reuertetur è tali pre-
 lio uiator, qui letitia coniugibus ac liberis affe-
 rat. Tanta uobis fortitudo diuino famore conti-
 git, qui solus potest & quod superest detrahere,
 & quod deest addere. Talia uates fatidica uo-
 ce canebat, extra se raptus, & numine totus
 correptus, rege indignè ferente, & palla nō ser-
 uare clamitate, licet magnis muneribus ab ami-
 eis cōductū: uenisse eū ad execrandū hostes, quos
 nūc mactos uirent ac pietate caneret. Ad que
 uates: putas, inquit, quoties fatas sunt aperienda,
 in uobis situm esse quid dicamus, aut race amus
 efflati diuin o spiriu? ipse uoces quales uult
 prof

profert & oracula, nobis nec sc̄iētibus nec cogitatis. Evidē satis memini ad quid precibus Madianitarū sim adductus, eaq; causa ueni, ut uoluntati tuae morem gererem. Sed potentior est Deus, quā mea uoluntas, qui cōtra Dei uolūtem ad gratiā hominū loqui proposuerā: quam primū enim nostrum peccatum subintrat, nihil amplius nostrū ibi remanet. Ego certè nihil in horū laudē dicere in animo habui. nec quæ Deus eorū generi dare decreuit, cōmemoranda putauī: sed numē illis propiciū, quod gentis felicitati studet ac gloriæ, pro destinatis h̄ac uerba multi subdūdit. Nunc age, quādo animus est ubi atq; Madianitis rem gratiā facere, quorū preces me non decet nō admittere, alias aras erigamus, & sacra instauramus, si fortè Deū flectere possim, ut execrationibus hoc genus hominī deuouere licet. Cumq; Balacus id fieri permisisset, ac ne iterato quidē sacro potestate deuouendi impertraisset, collapsus in faciem pronus prædicebat quicquid euenerū esset regibus & ciuitatibus clarissimis, quarū quædā nondū cōdit & uidetur: quæ uero extant earū res terra mariq; gestæ ita prædictionibus respōderunt usq; ad nostrā memoriam, ut facilis sit cōiectura, reliquū etiam ejus oraculi nō uanū fuisse cuent i aliquando cōprobatur. Balacus autē agrè ferens expectationē frustrata, sine honore uate ablegat. Ille domum Num. 15. repetens, cum iam Euphratē attigisset, accito

Balaco & principibus Madianitarū, Balace, inquit, nosq; Madianitae, quandoquidem necesse est ut uel præter Dei uoluntatē uobis obsequar, Hebreorum quidē genus nūquām est interituru, nec bello, aut pestilentia famēve, aut alio casu delebitur. Deus enim cura habet eius genitū à malis seruandā, ne quando talis clades incidat qua uniuersi de medio tollantur. In verdiū tamen quedā uiuari nō poterunt, quibus ad tempus afflictī, mox magis quā ante florebunt, castigatione tali ad sanitatem reuocati. Quapropter si breuem uictoriā de illis consequi queritis, hoc consilio uoti cōpores efficia. Filiarū formosissimas, quae pulchritudine sua mētes eorum expugnare possint, quantum fieri potest cultas ac ornatas militite, ut circum castra obuersentur, & iuuenib[us] cōplexus experientibus facilis se p[ro]beant: ubi uero cupidine capitos uiderint, subito se proripiāt, cumq; rogatae fuerint ut maneat, nō annuat, nisi persuasis, ut relictis patrijs legibus & cultu Dei a quo illis acceperunt, Madianitarū & Moabitarū Deos uenerentur: sic enim Deum iratū sibi reddent. Post h[oc] monita abiēt. Madianitae autē ita ut moniti fuerāt filias mittētibus. Hebreorum iuuenes pulchritudine puellarum capiuntur: & in colloquiū uenientes, rogante ne sibi uoluptatē ex earum pulchritudine capere inuidēat, nēue consuetudinem earū auersentur. Illas libenter & herba iuuenum & comp

& complexus admittunt: iamq; blanditüs ille-
 etos. & cupidime seruētes relinquere parat: tum
 illi tristes mulierū dīsc̄issu, precibus instant, ne se
 relinquāt, sed futurae cōiunges & omnū faculta-
 tum domine apud illos maneat: hęc promissę
 iure invando confirmabat Deū testē inuocando,
 & lacrymas fundendo, quo magis eas ad miser-
 rationē flellerent. Tum ille post quā omnino cā-
 ptos & cōsuetudine sua deumētos animaduer-
 terunt. sic respondet: Opimie iuuenes, non desunt
 nobis domine nec ample facultates, nec parentum
 ac domesticorū affectus, neq; mōpia talium rerum
 huc ad uos uenimus, aut forma corporis nundin-
 natur. preces u. str. us admisimus: sed persuas&
 uiros esse bonos hac hospitali gratia non dedi-
 gnatae qua uos opus habere uid. bamus, faciles
 nos uobis prebuimus. Nunc quadoquidē amare
 nos & ambitionē nostrā molistę ferre assueva-
 tis, ne has quidem preces auersabitur: quare si
 benevolētia & cōiugalis fidē dederitis, quae sola no-
 bis satisfacere potest, libēter uobiscū ut legitime
 nupti & cōiunctura sumus: ueremur enim ne libidi-
 ne exsariata, cū iniuria & cōcumilia nos retro
 ad parentes nostros ablegatis: cui nostrę solici-
 tudini ueniat nos dare: equi postulamus. Illis uer-
 o quol bet modo fidē daturo: se pollicentibus.
 & nihil pr̄ amore nimio reuansibus: Quā-
 doquā dē, inquiū, ita uobis uideretur, & mores ha-
 beatis ab omniib⁹ alijs diuersissimos, ut cibis etiā

p 4 prop

proprijs uestro more ut amini, nec potū cum alijs
 communē sustineatis, neceſſe eſt ſi uultis nobiscū
 uitam degere, deos noſtros colatis: neq; enim alio
 argumento perſuadebitis amore iſtū uos nō fin-
 gere, niſi eosdē nobiscū deos adoretis. Nec abſur-
 dum fuerit aut uitio uericendū, ſi terra in quā ue-
 niſtis peculiares deos colere malitis: praefertim cū
 noſtri per omnes regiones honorētur, uerſtrū nemo
 praeter uos cultu dignetur aut ceremonijs. Aut
 igitur ceterorū more uobis eſt uinēdū, aut aliud
 orbis quærendus, ubi ſoli iuxta ueſtra inſtituta
 uitam agatis. At illi cupidine cæci diella carū
 cōprobant, & quō irahebantur ſequentes à re-
 ligione patrū dēſcendunt: & plures deos credere
 inducti, ſacra illis eius gentis ritu faciunt: cibis
 quoq; indifferenter uitebātur, & in mulierū gra-
 tiam nihil nō contra legē faciebāt: ut iam tota
 caſtra iuuenum impietas inuaderet, & ſedatio
 priore peior gl̄ſceret, & auita religio in extre-
 mum periculi deducoretur: iuuetus enim gusta-
 tis ſemel peregrinis moribus inexplorabiliter in
 eos forebatur: & ſi qui nobilitate à maiori bus
 accepta præcellebant, una cū reliqua turba cor-
 rūpebantur. Zambrias etiam ſimeonidis tribus
 princeps ducta chosbi Azadianiide, tri filia
 gentis eius dynaste, iuſſus ab uxore, & coniem-
 ptis in eius gratiam Moysis placitis, alieno ritu
 ſacrificabat, & alienigena cōiuge nō diſimu-
 lanter ſe oblectabat. In hoc rerū ſtatu Moyses
 uer

meritus ne grauius aliquid sequeretur, aduocata cōcione, nemine quidem nominatim accusāuit, nolēs in desperationē adducere eos qui transper dum latere se putant, ad sanitatē reduci poterant: sed dicebat rem indignā, nec ipsis nec maioribus corū dīcorā, quod uoluptatum pluris quā Deum & religionē sacerent. Expedire illis ut dum tēpīus est resipiscant, & nō legū contēptū, sed cōpescendis prauis cupiditatibus fortes se uiros declarant. Absurdū præterea dicebat, quod cīam in deserto modisle mixiſſent, nunc in bona regione ita baccharētiur, & quæ per inopiam quaſiuerāt, nunc per affluentia perditiū irēt. Talibus dielis conabatur iuuentū corrigere, & ad saniorē mentē reducere. Tum Zambris insurgens: Tu, inquit, Moyses tuis ligibus utere, quibus iam longo usū robur addidisti: quod nifcisses, ſaepi iam pœnas dediſſes, & tuo malo nō effe Hebreis imponendū didicifſes: me certe nunquam ad tua tyraṇnica iuſſa obſtrictū habebis: neq; enī aliud haſtū, quā ſub legis ac religionis prætexi nobis ſcrutariē, tibi principatū malitiosis artibus adſtruis, uoluptatiē nobis ac uitæ licentia adimens, quæ liberorū ſunt, & ſub nullius imperio degentiū: hoc enim uel Aegyptiaca ſcrutare fuerit grauius, in quēuis tuis ligibus pro tuo libitu animaduertire: cū ipſe multo dignior ſis, qui puniaris, quandoquidē abrogatis quæ omnium consensus approbat, plus tua

p 5 quam

quam ceterorū mortaliū placita uilere postulat:
 ego quæ nunc facio, quia bene facta iudico,
 ne faceri quidē in hoc cœtu grauabor, mulier-
 eulam alienigenam me duxisse: audis à meipso
 mea facta, ut ab ingenuo, neq; enim latere cu-
 pio. Sacra etiā diis facio præter consuetū, quia
 id aquā cōfuso, ex multis mihi ueritatē querere,
 & nō sicut sub tyrānide uiuere, de unius tantu
 fiducia & pendente: nemo mihi rem gratā fecerit,
 qui in rebus meis meipso plus arbitriū habere no-
 lucrit. Hec Zābria pro se et quibusdā sui simi-
 libus afferēte, populus quietus exp̄etabat quō-
 nā audacia hac effet euasura, maximè quod uic-
 idret legislatore amplius nolle cōtendere, ne ho-
 minē insolentem iritatiore redderet: uerebatur
 enim ne plures talis in loquēdo impudēciæ imi-
 tatores facti, turbas in populo excitaret. Atq;
 ita cum cōcio dissoluitur: ac fortissime ulterius ma-
 lum hoc serpsisset, ni Zābrias mature sublatus
 esset talē ob causam. Phinees tum alijs rebus, tū
 patris dignitate, iuuētutis facile princeps, Elea-
 zari pōtificis filius. & Moysēm magnū patruī
 habens, & gerrimē tulit Zābria cōiunctiā: cu-
 ñus impunitate ne legū contempius cresceret, uin-
 dicare in flagitosos decrevit, non ignarus quod
 exēpla primati in utrāvis partem plurinū ha-
 leant. Cumq; rāto esset animi & corporis robo-
 re, ut nō temerē aliquid arduum aggredieretur,
 quod non etiā perficeret, ad Zābria tenorium
 uad

nadit, & eodē iētu ipsum unā cū Chosbi trāſfigit. quo exemplo iuuentus ad pulcherrimā nūritur & emulationē accensa, certatim in eiusdem
 criminis reos facti impetu, & bonā illorū parie
 ferro conficiunt, reliquos insecura pestis sustulit,
 per iram numinis inflicta. & ne illis quidē pe-
 percit, qui cū iure cognationis tale suorū pe-
 tulantia cohibere debuerunt, aut dissimulare aut
 accendere etiā maluerunt: nec prius deslinit, quā
 quatuordecim millia nūrorū desiderarentur. tāc
 ob rem Moyses in Madianitas concitus, ad gē-
 tem interneccione delendam exercitum misit, de
 qua expeditione mox narrabitus, postquam quod
 omissum antē non oportuit, dixerimus. Balamū
 illum, qui a Madianitis accitus ad execrando
 Hebreos, quo minus hoc faceret a Deo est pro-
 hibitus, nihil secius tamē tale hostibus con-
 silium dedit, quo eff. elum est, ut quibusdam in-
 fectis prava opinione, penē totius populi religio
 sit corrupta: huic inquam Balamū tanto ho- Num. 31:
 nore dignatus est propheta, ut oracula eius suis
 literis inscruerit: cumq; nihil ueraret, quin ea
 profuis ederet, nec ullo teste id factum eius co-
 argui posset, maluit eum debita apud posteros
 memoria non fraudare. Sed hec quisq; ut li-
 buerit ita consideret. Moyses autem ut dicere
 coepit, in Madianitas misit exercitū duode-
 cim milliū, singulis tribubus mille milibus im-
 peratis eisq; copijs Phineē p̄fsecit, cuius opera
leges

leges vindicatas, & de Zambria uiolatore eorum pœnas exactas paulò antè memorauimus.

Hebræorum de Madianitis uictoria, & Amoritis regio quomodo à Moysè duabus cum dimidiat tribubus concessa.

C A P. VII.

Madianitæ uero intellecto hostium aduentu, & quod iam non longè abessent, & ipsi copias in unum conuahunt, & quæ in regionem suam irrueris posuerat, mense pro tempore aditu, præstò erat, impetus eorum pro uiribus propulsaturi. Sed mox primo cōgressu tanta multitudine Madianitarū est cæsa, ut numerus cadauerum iniri non posset, ne regibus quidem seruatis. Hi facere Ochus, Sares, Robeas, Vbes, & quintus Eccemus, à quo deductum nomen primaria urbs Arabum et hodie reuinet, Receme dicitur, quam Graci Petram vocare malunt. Fusis hostibus, Hebrei regionem sunt populari, prædictis abigendo, & incolas una cū mulieribus intermixando, solis pareentes uirginibus, hoc enim Phinees à Moysè mādatū acceperat: qui reducto incolimi ac illaso exercitu, prædam quoq; memorabilem retulit, boum quinquaginta duo millia, & insuper sexaginta septem: asinorum sexaginta millia, uasorum aurorum et argenteorum magnum numerū, quibus in domesticā sapientiā utebantur. Etenim pro opibus Lutiore uolu delictabantur. Abdulta sunt etiā uirgines circiter triginta duo millia. Moyses

ses autē partitus prædā, quinquagesimam ciuitatē
 partē Eleazar dedit & sacerdotibus, & Le-
 uites alterius quinquagesimā, reliquā uero po-
 pulo distribuit: quo saeculi est ut deinde suauiter
 uiuerent, opibus uirtute quesitis, otium quoq; ad
 fruendum natli. Moyses autem iam admodum Num.
 senex Isum designauit, qui sibi in prophetæ & Deut.,
 ducis (si opus fore) munys succederet, Deo ita
 iubente ut hunc principatus successorem facceret.
 Erat enim totius divini atq; humani iuris peri-
 tissimus Moysē preceptorē doctus. Per idē tem-
 pus due tribus, Gad & Rubeli, & dimidia
 Manassitis, numero pecudū et alijs rebus abun-
 dantes, de cōmuni cōsilio rogat Moysēm, ut sibi
 exira fortem traderet Amoritidē terrā, qua nō
 multo anīe bello capta fuerat: esse enim pascuis
 uberē. Ille uero suspicatus eos pralia cōtra Cha-
 naneos meos directare, & curā pecudū igna-
 niae praetexere, conuictio viros excipit, meticulo-
 sos simulatores dicitas. Velle eos in otio luxuq;
 terram cōmuni marie quas sitā possidere, & nol-
 le arma cū cetero exercitu ferentes, terram ultra
 Jordaniā Deo promissam capere, deuictis gen-
 tibus quas ille pro hostibus haberi iussicerat. Qui
 uidentes eū iratū, ne mīrū irasci uidetur, re-
 spondent se neq; per ignauiam pericula, neq; per
 desidia labores fugere, sed hoc tantum agere, ut
 præda in locis cōmodis relicta, expeditiores ad
 certamina fieret: paratosq; se aiebant, si oppida
 ad tuę

ad iusiclam liberoru^m & cōiugum ac facultatum
 ipso dante acciperent, reliquū exercitū armatos
 quocunq; ducerentur sequi, & cōmunitibus mili-
 tare auspicijs. Tum Moyses cōprobata eorū uo-
 luntate, aduocatoq; Eleazaro pōtifice & Iesu,
 ceterisq; magistratibus, cōcedit illis Amoriti-
 dem hac cōditione, ut simul cum cognato populo
 aduersus cōmunitem hōstē bellū gerant, donec o-
 mnia ex sententia cōficit: fuerint: atq; hoc pā-
 elo acceptio quod petierūt, & extructis munitionis
 oppidis, liberos & uxores atq; impedimenta in
 illis deponunt. Moyses quoq; in eadē regione de-
 cēdūt. 4. cōdidit, in illī quadrageinta octo nu-
 merum computandas, in quarū tribus asyla san-
 cuit, illis tantū profutura, qui cāde nō spōte cō-
 missa eō cōfugissent: statuitq; talibus exiliū tem-
 pus, tantisper dum pōtifex uiueret sub quo ca-
 des accidit, post cuius obitū redire in patriā per-
 misit. Exiliū uero tēpore licere cuius ē cognatis
 interempti homicidā impunē occidere, dūtaxat
 extra urbem refugij deprehensum: idq; ius solis
 cognatis ēsse uoluit, alijs nō item. Ceterim op-
 pida refugij fuerunt hāc, ad fines Arabiae Bo-
 fora, in Galadēna regione Arimanū, in Ba-
 tanca de Gaulademan: et post captiā Chananaā
 totidē ex Zemiticis oppidis iussu Moyisis destina-
 ta sunt, ut hoc genius exilibus refugium & ha-
 bitationem praberent. Eodē tēpore cūm defun-
 ctus esset quidam ē primariis Manassitidis
 tribus

tribus nomine Salpades, liberis deterioris tantum
sexus relictis, tribunes eius uiri insignes Moysem
consulunt, an filiarum eius in divisione & sorti-
tione agrorum ratio haberi debeat. Is respodit,
si in domum tribulis nuptum darentur, sortium dotae-
lem fore: si malent in aliam tribum elocari, sor-
tem in sua tribu relinquenter: atque hac occasio-
ne instituit, ut cuique tribui sue sorties perpetuo
manerent. Quumque iam de quadragesimo mi- v. r.
grationis anno triginta etatim dies superessent. Dch. 24.
aduocata concione ad Iordanem, eo loco ubi
nunc oppidum Abila uisum, agrum habens
palmetis confitum, ubi populum omnem praestò
uidit, in hunc modum uerba fecit.

Moysis leges, & quomodo ex hominibus est
sublatas.

C A P. VII.

Viri commilitones, & longi laboris socii,
quoniam Deos ita uult, & etas c. x. x.
annorum ex aetate postulat, ut ex hac uita disce-
dam, & rebus ultra Iordanem gerendis interesse
me Deo non est uisum, & quoniam duxi, ut quanti ad
uestram felicitatem attinet, ne nunc quidem offi-
cio desim: sed pro gratia mihi data prouideam,
ut pro comonstrata ad eam uia, sempiterna a-
pud nos memoria dignus habeatur. Age igitur,
ubi prius in quo tam uesta quam posterorum
beatitudine constat indicauerimus, & hoc pie-
tatis erga nos nostre perpetuum monumentum re-
liquerimus, libetis ex hac uita decedamus. Fide
cmm,

enim, sat scio, mercor, uel quod an nichil uestris
 commodis indesinenter seruiens niqueam nos fe-
 selli, uel quod anima prope exitum constituta in
 omni uirtute ac ueritate scipsa melior redditur.
 Filius Israe lis, una omnibus hominibus felicita-
 tis est causa Deus propius, quam solus dignis-
 dare, & peccantibus in se auferre potis est: cui
 si uos tales praestiteritis, quales ipse postulat,
 quales uero ego ex ipsis summa in isto, nunquam
 non maluirtute, amulandiq; omnibus eritis:
 sed & que iam coegerunt bona eritis perpetua,
 & quod deest brevi cōseq' emini. Tantū uolūta-
 ti diuina obsequimini, & mādatis eius parete:
 & neq; legibus per me lais alias præponite, ne-
 que in religione per contempnū quicquā nouate.
 Quod si feceritis bello præstissimi inter omnes
 gentes, & omnibus hostibus insuperabiles cri-
 tis: nam auxiliante Deo minē omnes facile con-
 sequitur. Ceterā uirtutis præmia magna per
 omne uiriam sunt proposua, & ipsa sibi primū
 est ac polissimū præmium: deinde per hanc cæ-
 tera bona facile paratur: qua inter uos inuidē-
 nentes & uitam beatā ducetis, & gloria tum
 apud exterorū, tum apud posterorū immortalē
 consequimini. Haec uobis sunt speranda, si leges
 monitu Dei me perferte scripas nec ipsi uole-
 ris, nec alios uiolare pariamini, & harū inelle-
 etum ac usum nunquam non meditemini. Ego ne-
 rā cōmodis uestris latus discedo, uosq; pietatis
 ac pia

ac prudentiae legibus, & uirtuti duci ac magistratum cōmodo, qui in columnatis ac felicitatis uestra posthac curā sunt habituri. Deus autem sub eius ductu hactenus egistis, & cuius saueri debetis quicquid utilitatis ex me perceperistis, non desinet uobis prospicere, si d. quam diu ipsum & pietatem colueritis, tam diu sub eius præsidio tuti permanebitis. Nec deerit qui uobis optima monita suggestant, quibus parentes beati eritis, nimirū p̄cifex Eleazarus et Iesus, & senatus ac primates tribui, quibus cauteles uos difficiles præbeat, scientes quod qui bene parere nouit, etiam bene imperaturus est ubi ad potestatē peruenient: neue in hoc libertate sita existimetis, si mādatis principū obtemperaueritis: nam hactenus in cōsumacia cōtra benefactores libertatē reponerbatis: à quo uitio si uos in posterū seruaueritis, res uestrā in meliore statu uidebitis. Absit autē ut ita in hos exasperemini, quemadmodū aliquoties in me incanduisstis: meministis enim quod sapius à uobis de salute periclitatus sum, quam ab hostibus: quod non exprobrādi causa dico: nolim enim uos hac commemoratione in exiū uitē cōristatos relinquerem, qui etiā tunc & quo animo uos tuli: sed ut admoniti in posterū sapiatis, id quod in uestrā etiā rem futurū est: & ne in præpositos contumeliosi Deu.7.13 sitis elati opū affluētia, quibus traieclo Jordane & occupata Chananaea potiemini: alioqui si

per h[ab]as insolētiores facti in cōcūmaciā & uir-
tutis contemptū prolabamini, Dcū fautorē ne-
quaquā eſlus habituri, quē ſi ueſtro merito ini-
michm uobis reddideritis, & terrā uirtute par-
tam oppreſsi ab hoſtilibus per ſumma ignominia
amittetis, & per totū quām late patet orbem
diſperſi ſeruitute ueſtra terras ac maria reple-
biuis: quō ſi uentū fuerit, iam fruſtra pœnitabit
patrias leges non ſcruafſe. Quare quō minus pe-
riculi fit, ne illas uiolētis, poſt uielioriam n[on]minē
hoſtilū ſuperelle patimini: idq[ue] rebus ueſtris cōda
cibilius exiſtimare, ne cū illis uiuētes ad ſimilia
ſtudia prolapsi patriā institutionē corrumpatis.
Praterea lucos & aras & ſepla quorūquot ha-
bent ad unū tolli iubeo, ferroq[ue] et flāmis ita de-
liri, ut etiā memoria eorū omnis aboleatur. Sic
enim bona ueſtra tutius cōſervabitis. Verūm ne
per ignorantia meliorū natura ueſtra in dete-
rius deprauetur, Deo iubēte & leges cōſcripſi,
& formā administrationis rerū tam publicarū
quam priuatariū, à quibus ſi nūſquā diſcedatis,
mortaliū omniū felicissimi eritis. Hec loquuntur
tradit eis codicēs leges ſcriptas & instituta be-
ne uiuendi continentē. Illi uero ſoluebātur in la-
crys, & tam tum deſiderio ducis mærebant:
memoresq[ue] quāta pericula pertuliffet, quamq[ue]
alacriter ſalutē iſforū procurauiffet: & defu-
turo ſolliciti, quod uō effent talē principē habi-
thri, ac ne Dcūm quidē & que proprium Moysē
non

non amplius de precatore: tum paenitentes eorum
que in deserto per farore contra illū cōmiserat,
gravissimè dolibat: ita ut totus populus lacry-
mans nullā cōsolationē adnūteret. Moyses ne-
rò solabatur eos, & iubens à lacrymis defistere,
ad leges accipiendas horribatur: atq; ha tum
concio est dissoluta. Nunc priusquam ad reliqua
transiū facia, oper& pretiū duxi, leges talis la-
toris maiestate ac uirtute dignas hic inserere,
quo lector cognoscat, qualia sīnt nostra iam in-
de à priscis seculis instituta. Extat autē omnia
que ille uir scripsit, ut nihil ornatus causa li-
ceat affingere: scripsi etiam nouauimus, & le-
ges quas ille sparsim ut quamq; à Dō retule-
rat, scripsi, nos generatim in suos ordines diges-
simus: qua de re lector admonendus erat, ne si
quis forte ex cōeribilibus in hec nostra incide-
rit, calumniā temerē struat, quasi parum sincere
scripta Mosaica tractatibus. Enumerabo autē
cas potissimum leges que ad publicā institutionē,
ritusq; gentiles perimit: quae uero ad priuataam
consuetudinē aut cōtractus uel cū exteris uel cū
nostratibus spectant, in cū cōmentarium dību-
limus, quem de moribus & sacroruū causis Deo
fauente scribere ist animus. Postquā acqui-
sita chanae & terra, urbisbusq; cōditis, uictoria
fructus securi carperc coepit, hac mandaat
obseruando rem Deo gratā facietis, & partam
felicitatē cōstabiliis. Vtus sacra sit una in-

regione Chananaea, in loco illustri, & fertili, quā
Deus per oraculum elegerit: & templum in ea sit
unū, & aliare unū ex lapidibus nō politis, sed
collectiūs cōstructū, qui inducti teclorio, deco-
rām & mundā speciē prae se ferāt: ascēsusq; sit
ad illud nō per gradus, sed terra leniter per ac-
clive agḡsta: in alia uero urbe nec altare sit ul-
lum, neq; templum. Deus enim unus est, & He-
breorū genus unū. Qui conuictū Deo fecerit,
Zeni. 4. lapidatus per diē pēdcat, deinde ignominiosè et
Dent. 16. obscurè sepeliatur. In sacrā urbē & templū
ter in anno cōueniū fiat Hebreorū ex uniuersa
corū dilectione, ut Deo pro acceptis beneficiis gra-
tias agāt, & in futurū precibus eum demcrean-
tur, & per cōversationes ac cōuinia mutuā be-
nevolentiā alant. Expedit enim ut inter se no-
scantur, quibus idē est genus, quiq; eiusdē studiis
delectantur. Id uero ex huiusmodi cōgressibus fa-
cile contingit, dum aspiciens & colloquia parti-
naciter in animis heret: sicut cōtra qui nunquā
cōueniunt, eos alienissimos à se inuicē esse opor-
Dent. 18. ret. Sunt præterea decimū fructuū seorsum ab
illis que sacerdotibus ac Zenitis debentur, qui-
bus in patria uēditis, pecunia inde redacta in sa-
cra urbe insimatur in sacrificia & conuinia.
Acquū enim est ex prouectu terrā a Deo data
in ip̄ius honorē hilariter agere. Ex mercede
meritricis non est sacrificad. m: neq; enim quic-
quam Deum delectat cum iniuria coniunctam:

neq; maior est turpitudo , quam quae corporibus
infertur. Similiter si quis mercede pro admis-
sura canis uenatici aut pastoralis acceperit, nec
inde quidem Deo sacrificare est licium. Düs Exod. 21
alienis nemo male loquatur. Fana externa
non sunt spolianda neq; sacra donaria tollenda.

Nemo ueste è lino & lana cōtexta ut atetur : est
enim solorum sacerdotum. Septimo quoq; an- Deut. 11.
no. quando per scenopiegia & festa apud sanctam
urbem sacrorum causi conuenitur , pontif. x è
sublimi suggesto, unde à tota multitudine ex au-
diri possit, legem pro concione ligat. & neq; mu-
tieres neq; pueri ab auscultando arreccantur, imò
ne mancipia quidem. Nam bonum est ut inscri-
ptam in animis nūquam delendam memoria re-
tineant : sic enim munus peccabunt, non ignari
quid sit in lege decretum. Leges etiam uim m.uo-
rem obtinebunt in delinquentiū conscientijs, dum
sua placita minis interposuiis in audiotorum ani-
mas infigunt: ita ut nunquam non legis uoluntas
incus obueretur, & quantas pœnas contemptus
eius incurrat. Pueri etiam ante omnia leges Deut. 6.
ediscat, qua disciplina nec honestior est alia, nec
ad felicitatem conducibil.or. Bis quotidie, in-
eunte die, & cum iter cubitem, commemoranda
summi Dei beneficia , que liberatus ex Aegy-
pto præstuit : equum enim est gratias agere que
pro acceptis rependuntur, & in futurum tempus
fauorem conciliant. Inscribenda sunt etiam

forilis præcipua, & in brachijs ostentanda. &
 quæ potētiam eius ac beneficētiam indicat, cir-
 cumferēda sunt inscripta in capite & brachio,
 ut undiquaq; cōspicua sit Dei erga populi suū
 benignitas. Oppidatim præsenti septē uiri pro-
 batae uirtutis, & iustitiae cultores. Singulis
 magistratibus attribuātur duo ministri de tri-
 bu Zecuitica. Quibus iudicādi sors obligit in
 suis ciuitatibus summo in honore habeantur, ut
 præsentibus illis nec conuiciari liceat, nec aspe-
 rius agere. Sic enim futurū est, ut affueti homi-
 nes reuereri, ad pietatē quoq; assuefiant, & tan-
 to longius à cōtempniu numinis absint. Judici-
 bus quicquid uisum fuerit, illorū sentētia ualere
 debet, nisi cōstet pecunyās esse cōrruptos, aut ma-
 nifestè coargui possint nō recte decreuisse. Opor-
 tet enim sine lucri & dignitatis respectu iudi-
 care, & iustitiam omnibus alijs rebus anteponere.
 Haec enim iniuria in Dei contumeliam recidit,
 quasi uero is infirmior sit habendus, quam illi
 quoru potentiē metu præter inserviū calculuz:
 nam Dei potētia est iustitia. Ergo qui in ma-
 gnum gratiam præuaricatur, potētiores illos
 quam Deum facit. Quid si iudices nesciant
 de negotio ad se delato pronuntiare, sicut interdū
 accidit, in sanctā urbem integrā causam rele-
 gent: tum uero pōtis & propheta una cū se-
 Deut. 19. natu quod uisum fuerit decernat. Vni testi fides
 nō habetur, sed tribus, aut ut minimū duobus,
 quorum

quorum testimonium uita ante acta faciat uerisimile. Mulieribus autem testimonium depo-
nere non liceat, propter levitatem ac temeritatem
eius generis. Neq; seruum hominem testimoniū esse
liceat, propter animos degeneres: probabile enim
est, aut lucri causa, aut p̄metu non uerū testimoniū
deposituros. Quod si cui falso testi cre-
ditum fuerit, isq; postea falsi coarguatur, ei p̄ce-
nit obnoxius, quam reus datus erat, si gra-
uitate hoc testimonio cōdemnatus fuisset. Ho- Deut.21
micio in aliquo agro commisso, si auror nus-
quam compareat, neq; suspicio sit à quopiam per
odium occisum hominem, inquisitio fiat summa
cura propositis indici pr̄mīs: quod si nullus exi-
stat index, magistratus oppidorū uicinorū agro
in quo cades est facta, & senatus conuenientes,
metiantur à loco in quo iacet cadaver: & quod
fuerit proximū oppidum, eius oppidanū emptam
iuueniam & adductā in eisqua nec sementi nec
plantationi idonea nervis cervicis abscisis cae-
dant, & ablutis manibus supra caput iuuenient
sacerdores & Leuitæ ac senatus illius oppidi,
puras se manus ab ea cade habere proclament,
eamq; nec fecisse se nec dum fieret interfuisse: in-
nocentq; Deum ut propitius factus nunquam
posthac in ea regione tale malum accidere per-
mittat. Optimum quidem iste optimatū regi-
men, & in sic administrata Repub. uiuere, nec iste
enr aliam eius speciem concupiscatis: sed prostat

ut hac contenti in legum & uestra ipsorum potestate sitis. satis enim est. Deū habere præsidem.

Deut. 17. *Si tamē si regis nos cupido cœperit, nemo sit nisi uestri generis & sanguinis, & cui inslita sit cordi cuī caueris uirtutibus. Is quisquis fuerit, plus legibus & Deo quam sue sapientiae tribuat, nihilq; præter pontificis ac senatus sententiam faciāt: nec multas alii uxores, aut pecunias equis ue plurimis gaudeat: quarum rerum copia facile cōtempnor legum possit euadere. & si talibus studijs plus aequo fuerit deditus, obstandum est ne pontifex fiat quam rebus uestris expedit.*

Deut. 19. *Terminos terre mouere nō est fuis, nec proprias, nec alienas, dī modo pacas: sed religiose cauendam, ut tāquam Dei calculus in aeternum fixus maneat: quod hæc præcipue causa sit bellorū & seditionū, si auaritia certis terminis non circumscribitur. Facile enim legi præscripta transilit, qui terminis cupiditatem suam cohibet non pa-*

Ieruit. 25. *Qui terram plantaverit, si planta ante quartū annum fructū proiulerint, nec Deo primulas inde offerre oportet, nec in propriū usum conuertere: intempestivus enim est talis fructus: quicquid autem præmaturè à natura extorqueretur, eius usus nec Deo cōuenit, nec domino. Quar to uero anno colligat quicquid iam intempestivum, & in simillam urbē d. ferat, & cum reliqui prouenientis decimis in cōtinuis cum amicis cōsumat, & cum pupillis ac uidiis. Quinto decimū anno arbit*

arbitratus suo fructus colligat. Asperum uitiibus consitū ne semines: sufficit enim quod hanc planta nutrita, nec opus est ut et aratro uexetur.

Bubus arada est terra, nec aliud animal cum eis subiugandum s. d eiusdem semper generis sub idem iugum agēda. Semina quoq; d. bēt esse pura & impermixta, nec duū simul aut triū generū sunt semināda: abhorret enim natura communione dissimilium. Neq; diuersi generis immixtorū cotius sunt admittendi: uerendum enim ne hoc exemplo & ad homines cōtemptus generis sui perueniat, ut solēt à minimis principijs res in peius proficeret. Cauendum est autē magnopere, ne quid eiusmodi permittatur, ex cuius imitatione mores publici depravari possint. Quapropter ne lechia quidē leges dissimulant, dum officio suo nusquam deresse cupiunt. Accentes & Dcūt. 24 demissa colligētes ne spicilegiū faciant, quin & de manipulis nonnihil egenis relinquant, ut hac tanquā à fortuna obiecta in usum suum cōuertant & almoniam. De uindicta quoq; rācēmuli relinquātur pauperibus: similiter de olivatorū fructu nō nihil, ut sit egenis quod colligant, quandoquidē de suo non possunt: nō enim tantum ex negligētiōri collectione d. cedit, quantū accedit è pauperia gratia. Deus etiam ad enurientes fructus uirra alacriorem faciet, si non quisq; suis tantum cōmodis prouideat, s. d inopū quoq; rationē habeat. Nec bubus in area tricurā- Dcūt. 25. q s tibus

tibus os obligandum est: non enim aequum est ue-
tare laboris socios quo minus & fructuum sine
participes. Nec à pomis maturis viatores
sunt arcēdi, sed simendi ut tanquā proprijs se sa-
tient: & sine indigenæ sunt, sine exteri, libēter il-
lis ad csum exhibenda sunt: auferre uero secum
non liceat. Neq; uindemiantes uerente obuios
degustare ex his quæ ad torcular deferunt: ini-
quum enim fuerit de bonis à Deo cōcessis inuide-
re tantillum cōcupiscentibus, præserim quum id
anni tēpus sit fertilissimum, & iuxta Dei ordi-
nationem non diu duraturum. & si quis præ pu-
dore cunctetur attingere, ut sumant hortentur,
Israēlitæ quidē ut socios, & quibus propter co-
gnationem licet hoc facere: aduenas uero hospiti-
talibus his munusculis dignetur, quæ ipsis Deus
pro tēpore præbuit. Non enim debet existimari
detrimentū, quod liberali animo sumendum ho-
minibus permittitur: quia nō in hoc Deus abun-
dantium bonarū rerum largitur, ut his soli frua-
mūr, sed ut de nostro alios etiam honoremus: ho-
lens hoc modo singularē erga Israēlitæ suuorem
ac liberalitatem suam ḡtibus innescere, dum
id quod ipsis superest, benignè cum illis cōmu-
cant. Qui uero contrā fecerit, plagas una mi-
nus quadraginta publica scutica accipiens illi-
beralem hanc pœnā sustineat: cō quod cūm esset
ingenuus, lucro seruiens ipse suam dignitatem
leserit. Reclum enim est ut cūm ipsi multa in

Egyp

Aegypto & deserto suis perpeti, aliorum miseras non negligatis: & Dei benignitate amplas facultates consecuti, ex his nonnihil per compassionem egenis decidatis. Ultra duas decimas quas quot annis pendere iam insi, alteram Leuitis, alteram in sacras epulas, tertia & tertio quoque anno est conferenda, que in egenas uiduas & pupilos distribuatur. E fructibus primos prouentus in Denuo templum defraterat, & pro accepta terra que eos tulit Deo gratiis actis, & sacrificiis iuxta legem ritè peractis, primitiis sacerdotibus offerat. Hac omnia ubi quis perfecerit, & utrasque decimae tu que Leuitis debentur, cum que epulis atulerit, iter ingressurus consiliiat è regione templi, ante omnia Deo gratias agat, quod ab Aegyptiorum graui servitute liberatis terram uberem & amplam fruendam dederit: testatusque decimus se iuxta Moysis legem soluisse, precetur Deum, ut tum sibi priuatim, tu Hebreis publicè propitiatus & que bona hactenus dedit, conservet, & pro sua potestate ac benignitate augere etiam dignetur.

Vbi atque maturuerit, uxores ducant uirgines ingenuas ex honestis parentibus prognatas: qui autem non ducit uirginem, ne sibi coniungat alteri maritatem, nene priorem eius uirum contristet.

Ancillas ne ducat ingenui, ne adamatas quidem: decet enim cupiditatibus imperare, & ad retinendam dignitatem id magnopere conducere.

Neque mereorici sit ius nuptiarum, cuius proprietas

iniux

iniuriam suo corpori factam, nuptiale sacrum
 Deus nō admittit: atq; hæc ita obseruari ualde
 interest; ad hoc ut proles n. scatur ingenua, &
 ad studium uirtutis erecta, si nō ē turpi aut illi-
 berali matrimonio sint prognati. Si quis ali-
 quam pro uirgine despontam postea tale non in-
 uenerit, in ius nocatam accusat, affiratq; argu-
 menta que habet: puellæ uero causam agat pa-
 ter, aut frater, aut qui post hos genere uidetur
 proximus. Et siquidem puella fuerit absoluta,
 dicit in accusatoris coniugio, usq; nullū post hac
 dimittēdi eam ius habeat, nisi tale ipsi causam
 prebuerit, que contradictionem non recipiat. Ce-
 terum temeritatis & petulantiae qua insonicē de-
 tulit, pœnas latae quadraginta una minus pla-
 gis acceperit, & quoniamq; siclos puellæ patri
 mulctæ nomine numerare cogatur. Quod si ui-
 tata fuisse coarguitur, si quidē plera fucrit,
 eo quod parum sollicitè pudiciam usq; ad nu-
 ptiarum tempus feruauerit, lapidibus obruatur:
 quod si ex sacerdotibus prognaria fucrit, uiuens
 Deut. 21. exuratur. Si quis duarū uxoru maritus pro-
 prier amorem, aut formam, aut aliam quamvis cau-
 sam, alteri plus benevolentia honorisq; deuletur,
 alteri uero minus: si filius dilectus tumor quam
 ille ex altera natu, propriea quid sua mater
 in maiore grata parus fuisset, postulat ius pri-
 mogeniturae ut duplicem facultatem paternam
 paric iuxiam eius leges auferat no permitatur:
 misq;

iniquum enim est cum qui sit natu grandior propter matrē negligētius à patre habita suo priuilegio fraudari. Qui uirgini alteri desponsatae Dent. 1 stupru obtulerit, si quidē persuasæ ut se praberet, simul cū ea capitalis esto: fontes enim sunt ambo: hic quia puella persuasit ut liberali cōjugio rem turpisimā anteponeret: hac uero quia lucro aut uoluptrati succubuit: quod si solitaria alicubi natus, si oppresserit, solus det suppliciū. Qui uirginem nondē desponsatā constuprauerit, ipse ducat. quod si pater puella nolit hanc ei nuptiū tradere, quinquaginta siblos iniuria presiū numeret.

Qui à cōjuge quacunq; de causa, ut sape hominibus usu uenit, disiungi postulat scripto ei securitatem faciat, quod eam nolit amplius repetere: sic enim habebit potestatem alterius cōjugis querēdi: alioqui diuortiū non permittitur. Quod si & alterū offenderit, aut post eius morē prior reducere eam uoluerit, nō licet ut ad eum redeat.

*S*i cuius maritus nondū suscepis liberis defun- Zenit. 15
Elis suern, frater mariti eam ducito. & filii ex ea natum defuncti nomine uocatiū, fortis hæredem nutritio: nam hoc è Repub. erit, dum nec familiæ deficiunt, & possessiones apud cognatos remanent. mulieri quoq; leuior fit calamitas, cūm prioris mariti coniunctissimo uictur.e. Quod si frater nolit eam ducere, mulier senatū accedens testetur, quod uolentē eam in familia manere, & ex ipso liberos gignere, cum iniuria defuncti repulcerit.

pulerit. Rogante uero senatu causam, siue magna siue paruam afferat, huc tamdem res evaderet: uxor fratri soluto uiri illius calceo et consumpta eius facie, merito haec illum pati dicet, qui fratri defuncti memoria iniuria fecerit: atque ita ille quidem est curia discedet, in omnem uitam nota-
 dentur. **Dent. 21.** *tus ignominia: mulier uero cui uult nubito. Si quis uel uirginem uel maritatae capiuam abdu-
 xerit, eiique legitime coniungi uoluerit, non ante ius
 esto cubile eius tangere, quam raso capite sum-
 proque lugubri habui cognatos et amicos in bel-
 lo amissos deplorauerit, ut ita mærore satiata
 cum demum ad nupiale coniugium ueniat. Bonum
 enim et iustum est, ut qui mulierem ex qua liberos
 gignat accipit, morem gerat eius affectibus. Et
 non suæ ratum uoluptati indulgens illius deside-
 ria negligat. Elapsis autem luctus triginta
 diebus, tot enim sapienti ad deplorados caros suf-
 ficiunt, tunc nupiis dare operam liceat. Quod si sa-
 tiata concupiscentia pro coniuge eam habere de-
 dignatus fuerit, ne pro serua quidem eam tractare
 ius habeat: sed quocunque mulier abire maluerit,
 liberam hoc faciendi potestatem habeat. Qui-
 cunq; est iunioribus parentes suos contemperant, et
 debet cum honoré pre pudore aut contumacia red-
 dere eis neglexerint, et insuper contumaces ac
 proterni in eos fuerint, hos primū uerbis paren-
 tes monent: nam hos natura fecit idoneos indi-
 ces: dicantque non uoluptatis causa in matrimonio-
 nium*

nium se cōuenisse, neq; ut collatis in commune sa-
culeatibus opulentiores fierent: sed ut liberos ac-
quirerent, qui se in senectute nūriant, & nece-
ssaria sibi suppeduent. Acceptos autem à Deo
cum gratiarū actione ac gaudio, summa cura
educauisse, nulli rei parcentes quæ ad eorū salu-
tem & inslētationem pertinere uisa sit. Nunc
quoq; quando iuueniū erratis ignoscendum est,
satis sit quod officij haec tenus oblitus es. proinde
resipisce & cogita, quod etiā Deus laesis paren-
tibus offenditur, qui & ipse humani parvus est
generis. & ad se pertinere iniuria existimat, quæ
inficit hominibus cū quibus illi cōmuniſt̄ est ap-
pellatio: quim & lex talib⁹ pœnam inclemēter
infligit, cuius absit ut tu facias periculum. His
verbis si arrogantiā iuueniū emendata fueris, per
insciātiam commissis debetur uenia: hoc enim &
ad legislatoris clemētia laudem, & ad parētum
felicitatē pertinet, si nec filiū nec filiam legibus
dare pœnas uideāt. Quod si hi sermones & præ-
ceptia nihil profecerint, sed consumacibus in pa-
rentes ausis pergaſt̄ leges sibi infestas reddere, ab
ipsis extra urbe sequēt̄ turba productus obruta-
tur lapidibus, & per totū dicm omnibus ad spe-
ct. indū propositus, nocte demū sepeliantur. Si
militer & qui quoniam docunt legibus damnati
dant supplicium. Quis & hostes sepeliantur, nec
mortuus quisquam expers terre iaceat, ultra
quām instutum est, pœnas exsolvens. Mūtuum Dcūt. 25.
dare

dare ad usuram Ebreorū nemini liceat, neq; ci-
bum neq; potum: non enim iustum est redditus ca-
piare ex fortunis tribulium, sed præstat opem
ferre illorū necessitatibus, & ad lucrum impu-
tare eorū gratiarum actionem, & Dei retribu-
tionē, que huiusmodi beneficētiā solit cōsequi.
Qui uero acceperint mutuō sine pecuniam, sine
fructum aliquē aridum aut liquidum, ubi Deo
fauente ex sententiā fruges iſ ſorum prouencrunt,
alacres reſtituant eis qui mutuaerūt, quāſi ſua

Dent. 24. reponētes, & uſuri denuo ſi opus faerit. Quod ſi
non pudeat eos nō reddere, nō ſunt ē domibus au-
ferēda pignora, niſi iuſſu iudicū: & pignus foris
eft expectandum. Is uero qui afferre debet, nihil
contradicat ei qui cum legū auxilio ad ſe uenit:
& ſi quidem non inops fuerit, qui oppignerauer-
it, retineatur pignus, donec reddatur mutuum.
Si autem pauper, reſtituat id crediōr priuſ-
quam ſol occidat, maximē ſi uelimērum pignus
fuerit: ut habeat iturus cubitum, quandoquidem
Deus à natura erga pauperes eſt misericors.
Molam & instrumēum quod ad hanc pertinet,
non eſto ius pignus capere: ne carentibus hiſ ſi
defit cibum parandi facultas, ob inopiam gra-
uius aliquid accidat. Plagium qui cōmiserit,
multator capite: qui uero aurum aut argen-
tum subtraxerit, duplum reſtituto. Qui in
furto deprehensum, aut parietem perſodientem
occiderit, impune eſto. Pecudem qui furatus
fuerit,

fuerit, quadruplo multator, exceptio boue: pro
hoc enim quincuplū numerandū est. Qui, uero
multā solucre nō ualeat, in servitūe uideatur.

Qui tribus in servitūe est uenditus, sexēniō
seruit, septimo anno manumittatur. Quod
si in herili domo prole è conserua suscepit, &
propriet suos affectus seruire maluerit, anno io-
bilco, is est quinquagesimus, liber esto una cum
filiis & uxore. Si quis aurum aut argentum
in uia inuenierit, querat eū qui perdidit, per prae-
conē indicato loco in quo inuenit: reddatq; scīs
non esse bonum ex alieno danno lucrum facere.

Sic & de pecudibus, in quas errātes in deser- Deut.22.
to inciderit, si ignoretur dominus, statim apud
se reseruit, Deū testatus quod aliena usurpare
non cupiat. Iumentum per rēpestatē in luto
haren̄ præterire non licet, sed subleuandum est
non secus quam proprium. Nam ignorantē
cōmonstrare oportet, non per ludibriū risum ca-
ptando alienas utilitates impedire. Absen-
ti & surdo nemo male loquitor. Percussus in
rixa absq; ferro, cōfestim uideatur: idē patien-
te eo qui percussit, quod fecit. Quod si domū re-
latus complures dies agrotauerit, deinde moria-
tur, qui percussit à cæde insons esto. Si autē re-
naluverit, & multa in agriculū insumpserit,
percussor quicquid interim dum decubuit impē-
sum est dissoluat, præterq; mercedē medici. Qui
mulierē uscrum gerentē calce percussit, si qui-
dem

dem mulier abortiat, pecunia maleficitur à iudicibus, quod corruptio fœtu populi uno cive diminuerit: & alia præterea pecunia det marito mulieris: quod si illa moriatur, & ipse det pœnas capite: quod quidem uitia pro ultra reponi iustum est.

Venenum neque letale, neque alijs noxiū quam Israëlitarū penes se habeat: quod si habere deprehensus sit, morte maleficitur, & patiatur id quod facturus erat illis aduersus quos uenenum parauerat. Qui excæcauerit quenquam, similia patiatur, priuatus quo priuauit alium, nisi is malit pecunia accipere: nam ipsi lex permittit arbitrii estimandi suū casum, si nolit haberis senior. Quod cornu periculum dominus ingulet: quod si in area quenquā percussum interficerit, ipse quidem obruatur faxis, indignus qui uel in cibū ueniat. quod si & dominus coagulatur non esse ingenium eius, nec tamē cauisse, & ipse morte maleficitur, ut qui à boue necato mortis causa fuerit. Quod si seruum aut ancillam bos interficerit, ipse quidem lapidetur dominus autem eius triginta scilicet necati hero personat. Quod si bos à boue alio ita percussus morehus fuerit, uendatur tam morehus quam qui percussit, & pretium uiri usq; inter se domini partiantur. Qui puerū aut lacū fodiant diligenter curant, ut in uictis tabulis operiantur, nonne aquatio non sit libera, sed ut absit periculum ne quid meidat. Quod si in talē fossam non clausam

Nam pecus alicuius illatsum moriatur, pretium
 cuius domino restituvi debet. Iecta quoq; circu-
 pienda sunt obicibus, qui nō facile prolabi snt Deut. 24.
 ac decidere. Depositū tanquam rem sacram
 qui accipit, diligenter custodiat, & nemo eius
 cōmissorem fraudare sustineat, neque vir, neque
 mulier, etiā si nemine coarguente ingentē auri
 uim lucris aucturis sit. In uniuersum enim danda
 est opera ut sua cuique conscientia sana sit, &
 huic testi approbari satis est quicquid laudem
 meretur apud homines. Præcipuus autem Dei
 respectus habēdus est, quem nemo malus unquam
 potest fallere. Quod si absq; dolo malo cui com-
 missum est id perdiderit, accedēs ad septem illos
 iudices, iure iurando Dū testē faciat, quod ni-
 hil suū voluntate aut malitia sit perditum, nec
 usum se parte depositi, atq; ita absolutus abeat.
 Quod si uel minima cōmissorum parte usus pōst
 perdiderit, ad redhibēdū quod accepit, in solidū
 cōdemnetur. Idem ius isto de mercedibus quaē ibidem
 parantur labore corporis. Cauendū ne quis virū
 pauperem mercede sua defraudet, memor quod
 is nice agri & facultatū hoc à Deo sortitus sit:
 proinde nō procrastinanda solutio, sed eadē die
 reddendū, cum conslet. Deum nolle, ut operarius
 laboris sui fructu careat. Liberi ob parentū ibidem
 iniquitatē puniendi non sunt, nimirum propter
 suam uirtutē digniores miseratione, quod è ta-
 libus nati sint, quam odio propter illorum uicīa.

Neq; patribus peccata filiorū sunt imputanda,
qui conempta parentum disciplina multa sibi
permittunt facere, spadones abominare &
auersare, quī virilitate & genitura se ipsi pri-
maverunt, quam nobis Deus ad incrementū &
multiplicationē addidit. Procul arcendū est hoc
genus, quod nō modō posteritatē quātū in se est,
sed multo ante propriā innocentia ac puritatem
perdidit. Satis enim constat, quod effeminato
primū animo etiam corpora habent muliebria.
S. militer abhorrere oportet quicquid inter por-
tentā ducitur.

castrare nec hominem licet, nec ullum aliud
animal.

Hæ pacis leges & instituta sunt, & Deus
propitius incōcussam cā & imperurbatā con-
seruabit. Absit autē ut ullū tēpus ueniat quod
hæc innouet & in contraria formā transferat.
Quoniam autē necesse est homines uel sponte uel
imuitos in turbulas ac pericula incidere, age etiā
de his paucā præcipiamus, ut scientes quid opus
facto sit, cùm usua erit in próptu habeatis salu-
taria consilia, nec suis hac parte imparati in
ipso tēporis articulo. Fauxiq; Deus ut terram
quā uobis pro labore uestro ac uirtute dedit, in
pace & tranquillitate colētes possideatis, nec ho-
stibus incursantib⁹, nec domesticā seditione tur-
bante, que abrogatis patrū legibus & institu-
tis, in contraria disciplinā nos inducat: utq; in
perpe

perpetua legū à Deo cōprobatarū obseruatione
 permaneat. Bella uero uel uobis uel uestris po-
 steris gerēda, extra fines Deus aueritat, C. & Deut. 20
 terū cum bellū instabit, aduceatores primū ad
 destinatos hostes sunt mittendi: decet enim ante
 arma uerbis ad eos uti, docendo quod quāuis &
 copie uobis adsint numerosae, & equi, & arma,
 & super omnia Deus auxiliator propicius,
 manus tamen nō cogi ad bellū, neq; ex rebus
 illorū direptis ingrata lucra querere. Et si qui-
 dem quod aequum est persuaderi sibi patientur,
 præstat pacē inuiolatā seruare: quod si plus suis
 uiribus tribuētes ius in armis reponāt, exercitū
 cōtra eos educite, imperiū Deo cōmittētes, crea-
 to uno aliquo fortē uiro qui uicarius illi sit, &
 quasi proimperator. Multorū enim imperiū non
 modo morā affert rebus strenue gerēdis, sed non
 raro plus nocet quam prodest. Delectus autē ha-
 bendus est uirorū tantū robore tam animi quam
 corporis præstantiū: ignavi uero minime admis-
 scidi, ne dū res armis geritur, in fugā auersi ho-
 stium conditionē potiorē faciat, immunes autem
 sint à militia, qui adficiata noua domo nondū
 integrū annū illa sunt usi: tū qui plantata uincas
 nondū ex ea fructus perceperunt: & preter hos
 qui dispossata uxore nondū eam domū duxerūt:
 ne harū rerū desiderio sibi parcētes, & seruātes
 se relictis uoluptatibus, in gratiā uxoru parum
 fortiter rē gerāt. Castris autē positis canete

ne quid asperè ac crudeliter faciatis: & oppugnaturi urbem si desit materies ad machinariū fabricam, ne deglabretis terrā frugiferas arbores excidendo: sed parcite, non ignorantēs in usum hominū ista creatā, & si uox eis daretur expositulatura nobiscū, quod cū ipsa belli causa non fuerint, iniustē affligātur, mutatūra domi-
ciliū si liceat, & alio migratura. Victores in prælio facti eos qui in aduersa acie steterunt cadite, ceteros tributarios futuros seruate, excepta Chananaorū gente, Hī enim cū totis familijs sunt delendi.

Deut. 22. Cauete autē maximē in bello, ut neque mulier habiū virili utatur, neq; vir stola muliebri, Hac sunt instituta que Moyses reliquit. Leges uero antē quadragesimo anno conscriptas tradidit, de quibus in alijs commentarijs dicemus. sequentibus deinceps die-

Deut. 30. bus, nam continentur conciones aduocabat, falso
31. 32. 33. s̄is eos precationibus Deo commendauit, sicut
34. contrā diris imprecationibus eos denonit, quā neglēctis legibus aduersus eārū prescriptū age-
rent. Deinde carmen hexametrū eis recitauit,
quod scriptū reliquit in sacro uolumine, cōtinēt
prædictionē futurorū, iuxta quam omnia facta
sunt, atq; fiunt, euentijs nusquam nō cōgruentibus.
Hac uolumina & arcā sacerdotibus tradidit,

in qua decem illa præcepta in duabus tabulis
scripta reposuerat, & prater ea tabernaculum:
populo etiam mandauit, ut occupata terra &
fixis

fixis sedibus, nō obliuisceretur iniurie ab Ama
 lecitis accepta: sed expeditione in eos suscepta
 pœnus reposeret pro danis in deserto sibi illatis.
 Capta autē Chanana, & plebe eius ut par est Deut. 2:
 deleta, aram erigere iussit ad solem orientē ob- 28.
 uersam, nō procul à sicimis urbe inter duos mon-
 tes, dextrū Garizeū, sinistrū Gibalem: diuisasq;
 copias in senas tribus super duobus montibus
 consisteret, & una cū illis Leuitas ac sacerdotes:
 & primū illos in Garizeo precari omnia fausta
 leges Dei & religionē seruantibus, & Moysis
 constitutiones nō violatibus, alteros uero accla-
 mationibus hoc approbare: & rursum his pre-
 cātibus illos acclamare: deinde pari modo trā-
 gessoribus execrationes inferre, succinentes sibi
 inuicem, ab alteris dicti & comprobantes: & tam
 faustas ominationes quam denuoationes in literas
 retulit, ut in perpetuum cuius eas discere liceat:
 que tandem huic arae inscripta sunt ex ueroque
 latere, quā populus iussus est stare, & holocan-
 tomata offerre, & post eā diē nunquā alias ni-
 etimas imponere: neq; enim fas esse. Hac sunt
 que Moyses præcepit, & qua Hebraeorum gens
 inde sinenter obseruat. Postridie populo cum Deut. 29.
 uxoribus & liberis in cōcionē collecto, ne man-
 cipijs quidē exclusis, iure iurando eos ad legū cu-
 stodiā adstrinxit: uiq; Dei uoluntatē diligen-
 ter expēndentes, neq; cognatiōnis gratiā, neque
 periculorum metu, neq; ullam aliam causam

tanti facerent, ut eam potiorē legibus ducentes, ab earū præscriptis discederent: sed siue cōsanguineorum unus aliquis, siue urbs quæpiā, circa eas turbare aliquid, aut statū earū labefactare concetur, priuatim & publicè illis periclitatibus auxiliū ferrent: quam si uicissent, à fundamentis ut desertricē reuellerent, & ne solū quidē ipsius si fieri possit superesse pateretur. Sin uero id efficiere nō ualeret, nec poenas meritas exigere, saltē restarētur se impietati alienae nō consentire. Hac populus in foro inreiuando firmauit. Post hanc docebat eos quomodo sacrificia Deo gratiora fierent: & quomodo expeditiones suscipiēdā, capitulo signo ex lapillis de quibus iam diximus. Sed & Iesus superstite etiam cum & præsente Moysē uaticinatus est quicquid pro salute populi gesturus erat, uel foris bello administrando, uel domi ferēdis legibus: & ad uiuēdi rationem recens institutā eos præparans, diuino monitu se præfigere aiebat, quod si patriā religionē uiolarent, clades nō effugeret: nam & regionē ipsorū armis exercitorū opplendā, & urbes diruēdas, & templū incendendū, & ipsos sub hasta uictoris uenundandos, seruiuerosq; gētibus que afflictiorum nulli miseratione tangerentur: ac tū demū seram atq; inutilē erratorū pœnitentiā aēluros. Deum tamē ipsorū conditorē, & urbes suis ciuibus & templū populo redditurū. Hac autem force, ut non semel tantum amittant, sed sapis.

Dein

Deinde Moyses exhortatus Iesum ut in Cha- Deut.31
 naneos exercitū duceret, affuturūq; cœptis eius
 Deum pollicitus, & populo omnia fausta omni-
 natus: Quoniam, inquit, ad patres nostros ab eo,
 & Deus hāc mihi diem abius p̄fessiuit, gra- Deut.33.
 tias illi uiuens adhuc & uobis p̄fentibus ago 34.
 pro cura ac prouidentia quam de rebus uestris
 haec tenus habuit, nō solim depellendis aduersis,
 sed cōmodis etiam largiter exhibendis: & quia
 laborem meū ac solicitudinē dum uestrū statū
 in meliorem fortunam reducere conor, propicius
 semper adiuiuit: imò uero ipse & exorsus est rem
 & absolvit, me ministro usus & uicario in ob-
 eundis que ad uestrā felicitatem pertinere uisa
 sunt. Quapropter aequum est, ut priusquam dece-
 dam, ciui potestia, qui & in posterū uobis non
 decriat, dignas laudes repandam, meq; hoc debito
 exulta, uestra &q; memoria cōmemdem, quod hunc
 solum colere & uenerari cōuenie: & leges eius
 habere in pretio, ut que omnibus reliquis donis
 iam acceperis, aut in posterū à propicio cōferen-
 dis, longè sine anteponenda. Grauis enim aduer-
 sarius est uel homo legislator, si cōstitucionibus
 suis autoritatem adime sentiat. Dei uero indi-
 gnationem absit ut experiamini, que legibus
 ipsius contempnis excitari posset. Hac postrema
 herba Moysē loquente, & singulis tribubus sua
 fata aperiente, uniuersa multitudo in lachrymas
 erupit, ut & mulieres piangentes dolore ob su-
 r 5 suram

turam ipsius morte conceptu declararent. Quim
 & pueri premaioris impotentia plorantes pra-
 se ferebant, quod tanta esset uiri uirtus ac ma-
 gnificentia, ut ne illam quidem etatē lacrere pos-
 set. Itaque certamen quoddam erat inter minores
 & grandiores, utros maior haberet modestia.
 Alteri enim intelligentes quali orbaretur an-
 tistite, futuram suā conditionē lamentabantur:
 alieri hoc ipsam lugebant, quod priusquam eius
 uiri uite satis degustassent, iam carendū eo, seq;
 destituendos uidebant. Quantus autem fuerit po-
 puli ploratus & querimoniæ, conjectura capere
 licet ex eo quod cum prophetæ accidit. Quāuis
 enim persuasissimum semper habuit, nō esse insta-
 re morie dolendum, ut quæ præter Dei uoluntatem
 ac naturæ leges nō ueniat: uiso tamē affectu po-
 puli, à lacrymis temperare non ualuit: dum uero
 eò proficisciatur, ubi disparitus erat, omnes cū
 fletu sequabantur. Tū Moyses his qui longius
 aberant manu mota significauit ut consisterent:
 propiores autem rogabat, ne excessum suum la-
 erymabilem facere pergerent, cū fletu prosequen-
 do. Illi uero & hanc extrema gratia ei referen-
 dam existimantes, ut quemadmodum cupiebat
 seorsum secederet, continuerunt se inter se la-
 crymantes. Solus autem scnatus cum deduxit,
 & ponifex Eleazarus, & imperator Iesus.
 Vi uero in monte Abari uocatio constituit, qui
 celsus erogione Hicichlensis accollitur, et cōscen-
 dentis

dentibus latè Chananeæ terræ prospectū exhibet, senatum dimisit. Cumq; post multos cōplexus Eleazar o ac Iesu ultimū uale diceret, inter loquendū repentina nube circundatus in uallem quandam ist ablatus. In sacris autē uolumini- bus scripsit se mortuū, ueritus ne propter excellētē eius uirtutē à Deo raptum prādicarent. Vita eius tēpus uniuersum centū uiginti annorū fuit, cuius tertiam parē in imperio exegit, uno mense minus. Mortuusq; est ultimo anni mēse, die prima mensis qui à Macedonibus Dystrus dicitur, annostris uero Adar: uir omniū quot- quor unquam fuere prudentissimus, & qui con- filia bona optimè nosset exequi: adhac eloquen- tia & in tractando populo gratia & dexteriti- tate incomparabilis: affectus quoq; ita semper in potestate habuit, ut omnino illis carere uide- retur, & nomina tantū corū ex his que in alijs hominibus cōspicceret, cognita habere. Impera- tor idem cū primis bonus, uates uero qualis ne- mo alijs, ut omnia eius herba uim oraculorum obtincent. Quapropter triginta diebus eum lu- xit populus, cui nunquā quicquā tristius acci- dit, quam tunc prophetæ mors: nec in presens tantummodo sui desiderium reliquit, sed maxi- man apud omnes existimationē quotquot scri- pta eius euoluere contigit, dum eius uirtutem ex illis estimant. Atq; hæc sunt qua de Moysis exitu dicenda habuimus.

FL. JOSEPHI AN-
TIQVITATVM IV-
DAICARVM LIBER
QVINTVS.

Quomodo Iesus Hebreorum imperator debel-
latis ac cæsis Chananeis terrâ eorū sorte di-
uisit tribubus.

C A P. I.

PO ST Moysem, quem admodum
dixi, ex hominibus sublatum,
officiumq; memoriae viri exhibi-
bitum, sedato luctu, Iesus iubet
copias ad expeditionē instrui:
mittitq; exploratores in Hierichuntē, quo men-
tem eorū & uires cognosceret: castra deinde mo-
uet maturè Jordane traieclurus: mox cōuocatis
Rubelidis & Gadidis tribuū principibus, atq;
etiam Manassetidis: nā & huic tribui dimidiatæ
Amoream habitare permissum erat, que fuit
chananæ pars sepiima: reuocauit eis in mentē
quid Moysi suissent polliciti, rogauitq; ut in eius
gratiā qui ne ultimo quidē uitæ tēpore prospice-
re eis desatigatus est, & propter cōmuncum uili-
tatem, alacruer præstaret que promiserant. Illis
uerò imperata haud grauati faciētibus, ar-
matis quinquaginta millibus, ab Abila ad
Jordane sexaginta stadia castra promouit: que
postquam metatus est, cōmodum speculatores ade-
rant, omnibus apud chananeos exploratis.
ignoti

Ignoti enim à principio, totam illorū urbem per
 otium considerauerūt, & mœnia qua parte ma-
 gis aut minus erāt murita, & portarū quæna
 assultū minus ferre possint, & capi essent faci-
 liores: nec quisquā obuiorū spectantibus singula
 fuit molestus, dum curiositatē hospitū cōsuetam
 interpretātur, nec hostile adhuc quicquā suspi-
 cantur. Vt uero sub uesperā secesserūt in quoddā
 diuersoriū nō longè à mœnibus, in quod primum
 fuerant deducti, iamq; cœna peracta de reditu
 cōsultabant, indicationem est regi cœnanti, uenisse
 speculatū quosdā è castris Hébreorū, & nūc di-
 uertiētes apud Rachaben hoc tantū curare, quo-
 modo latēter se subducāt. Ille uero cōfessim mit-
 tit qui eos cōprehendant, quaestioni admouēdos
 ut causam adiectus sui aperiant: quos ubi adue-
 rare Rachabe cognouit, fortè enim lini manipu-
 los siccabat in mœnibus, speculatores his conte-
 xerunt: missis autē à rege dixit: hospites quosdam
 ignotos paulo ante solis occasum apud se cœna-
 tos discēssisse, qui si suspecti essent regi, quasi
 detrimentū aliquod reipublice allaturi, paruo
 negotio posse ab insequentibus de uia retrahi.
 Tum illi decepit à muliere, quā serio loqui puta-
 bant, ne perscrutati quidē diuersoriū abierūt: et
 excurrētes per uias quibus uerisimile erat eos
 discedere, & que ad flumē ducebant, uestigio
 nullo inuicto, frustra laborare desliterūt. Sedato
 autem tumultu Rachabe deductos de mœnibus,
 & ad

Et admonitos quanto suo periculo saluti eorum
 consuluisset, ut quae in dolo deprehensa poenam ca-
 pitis cum tota familia regi erat datura, roga-
 tosq; ut occupata terra Chananaea memores be-
 neficij gratia sibi rependeret pro accepta salu-
 te, iussit ut bono animo abiret: iureiurando prius
 delato, quod expugnata urbe, et alijs iuxta
 ipsorum decretum internecioni traditis, mulieris sa-
 lus manebit incolamis: hunc enim euentum sibi
 Deum iam ante significasse. Illi et in praesens ei
 gratias agunt, et in futurum abunde relatuos iu-
 reiurando confirmant. Et hoc consiliu dant, ut
 cim præsenserit urbem expugnanda, contra eis fa-
 cultatibus et propinquis imra diuersorium, uel si
 coccineam pro foribus expadat: imperatore enim
 edictio inhibituru, ne quis eam domum ledere au-
 deat, quo dat sibi salutis gratiam recipiat: quod
 si aliquis ex eius propinquis in pugna cadret,
 ipsius culpa fore non suam: neque se ad eius incolu-
 mitate prestante iureiurando temeris uelle. His
 conditionibus discessum est, cum se fane de mœni-
 bus demissent, reverisq; ad suos re tota ui erat
 acta narrauerunt. Tum Iesus pontifici Eleazaro
 cum senatu indicat quid exploratores Rachabæ
 iurauerint, eorumq; autoritate iurandu ratu
 Iosue 3. est habitu. Imperatore autem sollicito de trajectu,
 amnis enim auctus aquis fluebat, et cim ponte
 non haberet, ne fabricari quidem hostilis passurus
 videbatur, nec naues ille præstio aderat: Deus
 se illis

se illis transiū procuraturum promisi, fluentis
 eius immunutis. Itaq; Iesus postquam duos dies
 expectasset, copias omnes ad hunc modū in ul-
 teriore ripā traduxit. Sacerdotes cū area agmē
 precedebat, post eos ibat Leuitæ portatæ taber-
 naculū et uasa sacrificijs destinata. Sequebatur
 deinde totū agmen in suas tribus distinctū, rece-
 ptis in mediū mulieribus ac pueris, quo tuiiores
 essent ab impetu fluminis. Ut uero sacerdotibus
 primis ingressis uadabile est uisum. q̄ eō aqua
 decreuisset, et glarea nō amplius uiundarū uolu-
 neretur, sed stabile solum excipiret uestigia. o-
 mnes iam intrepide uadum trāfibant, tale red-
 ditū cernētes quale Deus promiserat: steterūtq;
 in aluci medio sacerdotes, donec transiret multi-
 tudo, & in iuto cōfisteret. Quod ubi factū est, et
 ipsi egressi fluuium, liberū ei solitū cursum reli-
 querunt: qui cōfessim auelus, ad pristinā aqua-
 rum molem rediit. Exercitus autē quinquagin-
 ta stadia progressus, ad decimū à Hierichuente
 stadium casira metatus est. Porro Iesus ara ex-
 structa è lapidibus quos singuli tribūnū principes
 ex alto propheta iubente sustulerāt, ut monu-
 mentū esset prodigiōsi refrēnati fluminis, sacrū
 in ea Deo fecit: & paschæ solennitas eo loci ce-
 lebrata est, omnibus rebus iam affluēibus, quā-
 rum penuria haec tenus laboratū fuerat: nam et
 segetes Chananaorū maturas tum demetebant,
 & alias pradas abigebat: codē enim tempore &
105.4.5.
 manna

admonet

manna eis defecerat, post annū ex quo ea pri-
mum uti cœperat quadragesimū. Cumq; hec o-
mnia secure & impunē Israēlitæ sacerēt, nus-
quam occurribus Chananeis, sed intra mœnia
præmeius se cōtinentibus, expugnare urbes eorū
Iesus decreuit. Itaq; prima die festinatais, sacer-
dotes arcā gestātes, stipati armatorū custodia,
accesserūt ad urbē sepiē cornibus clangēdo, &
ad uirtutē suos adhortando circūambulabant
mœnia senatu comitante, nec aliud quicquā fa-
ciendo, quā quod inflaret cornua, retro in castra
reuertebātur. Cumq; per sex continuos dies idem
fecissent, sepiima Iesus contractis in unū copijs,
reliquo populo cōuocato, latū illis affert nuntiū.
urbē ea die sine labore capienda, Deo hanc in-
potest. utē ipsorū trādēte, & ruentibus sua spon-
ze mœnibus facilē aditū aperiēt: iusq; omnes
occidi quoquot in manus militiū decenirēt, &
neq; laſitudine: neq; miseratione, neq; preda cu-
pidine à cœdibus auocari, aut effugiū ullū ho-
stibus permittiere: sed quicquid spiritū uitalē
habet extinguerē, nihil in prædam aut propriū
emolumētū cessurū reseruando. Quicquid autē
auri ac argenti repertū fuerit, in unū cōportari
uoluit, ut primū ob rem feliciter gestam spo-
lia de primū capta urbe Deo dedicarentur: solē
autē Rachabēn cū sua cognatione seruari, pro-
pter iusurandum ab exploratoribus acceptum.
Hac locutus instrūctum exercitum ad muros

admovent: urbem d'inde rursum circuambulant,
 precedentibus cū arca sacerdotibus, & cornu
 clāsico militē ad aggrediendū opus incitātibus:
 cumq; septies lustrata paulisper cōst tiffent, col-
 lapta sunt mōenia, nec machinis admotis, nec
 ulla alia uia ab exercitu illata. Eicbrai uero nul-
 lo negotio per ruinā irrumptentes in Hierichun-
 tec omnes promiscuè cädunt, inopinato mōenii
 casu consternatos, & subitaneo stupore ad pu-
 gnam inutiles: passimq; cadaveribus uiae sterne-
 bantur nullum nec præsidium nec effugiu incolis
 inuenientibus, ita ut ne fœminis quidē parcere-
 tur ac pueris: repletaq; trucidatis urbs & po-
 stremò incensa rogū defunclis prabuit, in agros
 quoq; pari sequente incēdio. Rachaben uero cū
 domesticis qui in diversoriū confugerat, explo-
 ratores periculo exemerunt: ac mox ad Iesum
 adducte, gratie sunt obseruatos speculatores
 acta, dicente se meritis illā præmijs remuneratu-
 rum: moxq; agris donata, in honore posleas sim-
 per habuit. Reliquias autē urbis que incēdio su-
 pererant, ferro diruit, diris excratus quisquis
 scelus uastata instaurare aggredetur: nimirū
 ut prima fundamēta iaciens orbaretur filio pri-
 mogenito, & absoluto opere natu minimū ē li-
 beris amitteret. Nec irritā esse noluit Deus im-
 precationem, sicut suo loco dicetur. E direptione
 autē ingens uis argenti ac auri, atq; etiā aeris
 in unum accruū est redacta, nemine edictum non

obseruante, aut sibi predam ac lucru inde quarente. Eas manubias Iesus sacerdotibus in thesauros reponendas tradidit. Ac Hierichuntis quidem excidium in hunc modum se habuit.

Ios. 7. 8. Achar autem quidam Zebedie filius ex tribu Iude, nactus paludamentu regium totum ex auro coextu, et massam auri trecentoru siclorum pondo, et iniquu ratus si nullum periculi pretium ad se rediret, sed oblitu a fortuna lucru Deo nihil talibus rebus opus habem i offerret, intra tentorium in cau profundum defodit, putans sicut comilitones ita et Deum se posse fallere. Erant tum castra in loco qui vocatur Gal gala, noce libertate significat: transgressi enim fluui, tandem se et ab Aegyptiis et ab erunis in deserto examplatis liberatos existimabant. Pausis autem post diebus quam Hierichus est excisa, mittit Iesus tria milia militum ad urbem Amnam supra Hierichuntem sitam: qui cum Amnatis pralio congregati, et in fugam uersi, triginta sex e suis desiderauerunt. Huius incommodi accepti nuntius postquam in castra peruenit, maiorem quam pro casoru numero modestiam atzulit: non tam propter amissos, tametsi omnes uiri fortes et honore digni fuerant, quam propter desperationem. Credentes enim se iam ea regione portitos, et illorum exercitu habituros ut Deus promiserae, nunc miru in modis elatos hoc successu animos hostium uidabant. Itaque saccos induit

duti per totā diem hoc habitu in luctu ac lacrymis perseuerabant: nullaq; interim corporum curandorū ratione habitat, toto s se dolori dederant. Iesu autē uidens exercitū sic affectū, et nihil lati amplius sperantē, cū fiduci et Deū aliquid quītur: Nos, inquit, nō nostra temeritate adducēti sumus, ut terrā hanc armis subigere contremur, sed Moyses scrūus tuus ad hoc nos exciuit, cui multis attestantibus prodigijs pollicitus es, traditurū te nobis hanc terrā possidendam, et exercitū nostrū ope tua freū semper in conflictu aduersarijs fore superiorē: atq; hanc promissio-
num euēntū nō semeliam sumus experti. Nunc autē præter opinionē clade acceptia, et militib-
us aliquot desiderauis, hoc casū territi, et de promissis tuis ac Moysis hæsiētantes, et a pre-
lijs abstinemus, et post talia belli exordia nihilo feliciores progressus sperare possumus. Tu ergo domine, potes enim, fer opem, et præsentum meorē uictoriā largitus adime, desperatio-
nemq; in futurū attomitis exime. Talibus exor-
rabat Deum Iesu, in faciē hami prolapsus. Re-
sponsū deinde accipit, surgeret et iudicaret
exercitū pollutū sacrilegio et uiolata religione,
hanc enim causam esse præsentis calamitatis:
inquisitione autem facta et pena à sacrilegio
exacta Israēlitarij fore uictoriā. Hoc oraculum
Iesu populo indicat, et no[n]cito Eleazarō pō-
fice ac magistratibus forte[m] per singulas tribus

s z mittebat

mittebat: cumq; sors in Iude tribum occidisset,
 rursum per cognationes eius mittebatur. & cū
 in Sachariæ cognatione maleficium esset inuen-
 tum, eam rursum uiritim examinatæ, Achæ-
 rem deprehenderunt: qui uidens nō esse locū ter-
 giversandi contra diuinū indicium, furtū fassus
 res furtivas in medium protulit: moxq; affictus
 supplicio, noctu ignominiosæ sepulturæ tradi-
 tur, quemadmodū solēt damnati iudicio publi-
 co. Iesus autē lustratū exercitū ad Aia dicit,
 & noctu dispositiis circa urbē insidijs, diluculo
 hostē ad certāmē prolicit. Illis uero audacter ob-
 proximā uictoriā irruentibus, simulata fugā
 procul eos ab oppido abstrahit, susum hostē exi-
 stimates, & quasi uictoria iā parta insolescētes.
 Postquā autē subito cōuersis copijs in faciē illis
 obstiit, & alijs qui in insidijs latibant ex com-
 posito signum datum est, coorti celeri cursu ad
 Aia feruntur, & auersam eius portā occu-
 pant, plerisq; ciuiū è muris suorū ut tum pue-
 bant: Elorā spectantibus: urbemq; ingressi sine
 discrimine cædem ingentem edunt. Interim alia
 parte Iesus obuios in fugā uertit: qui urbē petē-
 tes integrā adhuc rati, ubi hanc quoq; ab hoste
 captā ac cū uxoribus ac liberis incensam ani-
 maduerterūt, per agros dispalati, cūm sibi ini-
 cum præsidio nō possent esse, alijs alijs in locis sunt
 opprissi. Post hanc Aenatarum cladē magna
 multitudine puerorū & mulierū atq; mancipiorū
 capti

capta est, & supellex sine numero: pecudū item
 greges non modici, & insuper signata pecunia
 multa, erat enim ea regio prædices: atq; hæc o-
 mnia Iesus inter milites partitus est in eis castris
 que habuit ad Galala. Cæterum Gabao- I I.
 nitæ qui nō longè à Hierosolymis habitant, co- Iosue 3.
 gnito Hierichoniorū et Aínatarū casu, iamq;
 in se iturū hostē suspicati, Iesum quidē precibus
 flectere nō tentauerunt, frustra eas fore putantes
 apud eum qui interneciuū bellum cū Chananaeis
 gereret: sed maluerūt uicinos Cepheritas & Ca-
 thicemitas in societatem aseiscere, dicentes nec
 ipsos posse evadere periculū nisi maturè prouide-
 rent: quòd si suum cōsilium sequātur, nō deef-
 se remedium. Quod ubi persuaderūt, mittunt le-
 gatos ad Iesum de foedere, quos maximè crede-
 bant ad negotiū conficiendū idoneos. Qui peri-
 culosum rati si se Chananeos fateretur, & mul-
 to tutius si nihil sibi cū illis cōmune dicerent, sed
 longè diuersas sedes habere: aiunt sc̄ fama uiri
 excitos multorū dicrum iter fecisse, & hoc esse
 uerū ex habitu cōprobabant: uestes enim quas
 uiam ingressuri nouas induiſſent, longo iuñere
 deritas, sumpererant enim tritias data opera,
 ut uerisimilia dicere uiderentur. Hoc habitu in
 concionem ingressi, dicunt se missos à Gabaoni-
 tis & uicinis urbibus, ut saluis patrijs institu-
 tis, in amicitiā eorum uenirent: comperto
 enim quòd deus gratuito munere Chananeorum

terram illis concessisset, gratulari se eis, & ius
 cimitatis petere: his dictis, & ostentatis vestibus
 in signum longi itineris, orabant ut in fædus &
 amicitiam admitterentur. Iesus autem credens eo-
 rum uerbis quod Chananaei non essent, recipit eos
 in fidem & amicitiam: & Eleazarus pontifex
 cum senatu iurauit, habituros se eos pro amicis
 ac sociis, & nihil contra eos iniustum molituros,
 approbante id fædus uniuerso populo: hoc asili
 uori compores domum ad suos sunt reuersi. Iesus
 autem exercitu ducto in submontanum Chananae
 tractum, cum audisset Gabaonitas non longe a
 Hierosolymis habuisse, & esse Chanancorū ge-
 neris, euocatis eorū honoratioribus, fraudem co-
 rum incusabat. Illis uero excusantibus nō alium
 se modum salatis querenda habuisse, & ideo ad
 dolum uersos necessitate cogente, Eleazarū pon-
 tificem & senatum conuocat: cumq; decretū esset
 non uiolandam fidem iure iurando sancitam, sed
 publicis ministerijs diuiniandos, in hac conditione
 postea sunt habiti: atq; hoc pacto imminentि pe-
 rIose 10. riculo se subiraxerunt. Ceterum cum rex Hi-
 erosolymitarum indignè ferret Gabaonitas ad Je-
 sum defecisse, & quatuor proximarum gentium
 reges ad bellum contra eos gerendum acciuerint,
 Gabaonites uidentes se peti, & hostes castris cir-
 ea quendam fontem nō longe ab urbe positis ad
 oppugnationem expediri, Iesum in auxilium ad-
 uocant: nam eò tum res deuenerat, ut ab his per-
 nicicem

niciem expeclarent: in illis uero qui ad excidium
 Chananaeorum uenerant, propter nouam amici-
 tiam unicam spcm salutis reponerent. Tam Iesus
 cum toto exercitu in succursum properans, die
 & nocte itinere facto, diluculo parantes oppu-
 gnationem adoritur: cumq; terga uertissent, per
 declive fugientes est persecutus. Bethora is locus
 dicitur. Intervisse hinc praelio diuinū auxilium
 euidentibus prodigijs apparuit, calo tonante &
 erbris fulminū ielibus, grandine insuper maiore
 solito ruente: accessit & illud nunquam ante a-
 uisum, quod dies factus est longior, ne interuentus
 noctis uictori hostis eriperecur: quo factum est ut
 Iesus reges istos capere in spelunca quadam la-
 tebras quarētes iuxta Macchida, de omnibusq;
 supplicium sumeret. Creuisse autem eam diem ul-
 tra cōsuetum, extat relatum in sacra uolumina
 que in templo sunt afferuata. Dibellatis in hunc
 modū regibus qui Gabonitas inuaserant, Iesus
 in Chananea mōtana ducit exercitum: & ma-
 gna in ea regione cōde edita, predaq; abacta. Iosue II
 exercitū reducit in Galgala. Cumq; latè per cir-
 cumquaq; sitas regiones rumor de rebus He-
 braeorum fortiter gestis spārgerecur, deq; stupen-
 da multitudine casorū, excitati sunt in eos reges
 Libani accolē, & ipsi Chananei generis: &
 quantum Chananeorū campestria colit adscitis
 Palestiniis castra posuerunt ad urbem Galilea
 Berotham, non longe à superiorē Cadeſa, qua

s 4 etiam

etiam in Galileorū agro sita est: erantq; omnes
h.e copiae, peditum trecenta milia, equitū decem
milia, curruum uiginti milia: quæ rāta hostium
multi: udo, adeo tam ipsum Iesum quam ceteros
Israēlit. as terruit, ut præ metu minimum à despe-
ratione abessent. Sed cum Deus exprobrasset eis
formidinē. & quod eius præsidio se nō tam tutos
putarent, pollicitusq; uictoriā, equos captiuos
eneruari & currus incendi iussisset: concepta ex
his promissis fiducia, ducit in hostem: quem die
quinto adepius pugnādi copiam facit. fitq; con-
flictus ualidus, & strages maior quam ut facile
credi possit est edita. In fuga quoq; plurimi ceci-
derunt, ut præter paucos totus hostilis exercitus
interierit. Reges etiam ad unum omnes sunt c.esi:
ad eoq; saevitū est in uictos, ut hominibus sublati
in equos ferrum exerceret, & currus exurerent.
Totam deinde regionē peruagatus ist, nemineq;
audente congregati, expugnabat oppida, & quot-
quot ad manus suas peruenirent interficiebat.
Iamq; quinto huius belli anno exacto Chana-
neorum nemo supererat, nisi siqui in loca muni-
tissima configuerant. Iesus autem castris è Gal-
galis in montana translatis, sacrum tabernacu-
lum in urbe S.lunie fixit: quod is locus propter
pulchritudinem uisus fit idoneus in quo tātisper
manaret, dum maior commoditas adificādi tem-
pli se præberet. Inde cum omni populo proscilius
uersus Sicima, aliare ita ut Moyses præcepérat
statuit:

statuit: & diuisio exercitu, in Garizco monte
 dimidium eius collocauit, & in Gibale alterum
 dimidium, in quo aliare erat cum Leuitis ac sa-
 ceroibus: ubi maelaris uictimis, execrationi-
 busq; peractis & in altari insculptis, in siluetem
 sunt reuersi. Iesus autē iam senex, cum uide- 111.
 ret Chanancorū urbes penè mexpugnabiles, tum Ios. 13. 14.
 propter situm natura tuū, tum propter municio- 18.
 nes ad frustrādos hostium conatus arte additas:
 nam cognito Israēlitarū ex Aegypto exitu, &
 quod ad suum excidium properarēt, toto illo tem-
 pore in muniendis oppidis occupati fuerant: con-
 nentu populi in Siluuenti inditō concionē aduo-
 cat: cumq; frequens cōcursus factus esset, res ha-
 etenus fortiter ac feliciter gestas recēsuit, quales
 par erat Dei auspicijs à populo religiosissimo ge-
 ri: reges triginta & unum ausos manus cōserere
 deuictos, exercitusq; potētissimos prælio supcrā-
 tos, & internecione casos, ut ne reliquia quidem
 generis superessent. Ceterum quoniā ex urbibus
 aliae captae essent, aliae munitiores & ob hoc ob-
 stinationes longa oppugnatione opus haberent,
 censuit eos qui ex regione ultra Jordani sita in
 communem expeditionē profecti fuerāt, & pro-
 pter cognationem socios periculorū se adiunxe-
 rante gratijs prius actis ad proprias sedes remit-
 tendos: deinde ex singulis tribubus singulos te-
 stat & probitatis uiros eligendos, qui regionem to-
 tam permensi bona fide & absq; dolo magnitu-
 s s dinens

dinem eius renuntiarent. In eam sententiam itum est ab universo populo: moxque eos viros misit ad metiendam terram adiumentis ad eos quibusdam geometrie peritis, qui propter hanc scientiam errare ac falli non poterant: hisque mandata dedit, ut estimationem agrorum iuxta bonitatem terrae facerent: nam Chanaanea natura talis est, ut uideat liceat campos magnos et frugum ac frumentorum fructuissimos, qui collati ad aliam terram admodum uberes uideri possent: quod si uero ad Hierichonitum aut Hierosolymitanum agrum conseruantur, iam non magni pretiū uidebuntur: cum tamen hi agri parui sint et bona ex parte montani, sed quantum ad fertilitatem attinet, nullis alijs secundi. Hanc ob rem uoluit iuxta estimationem potius quam iuxta mensurā portionem fieri, quod nonnunquam unum iugerum pro milie alijs ualeat. Decemviri autē huic negotio destinati perlungata regione et estimatione terrae perfecta, septimo mense reuersi sunt ad eum in Silanē, ubi tum tabernaculi sedes erat. Tam Iesus assumptione Eleazarō cum senatu ac tribuum principibus diuisit regionem nouem tribubus et Chanassiarū dimidiae parti, cuique tribui pro eius magnitudine agrum admetiens: cumque ad sorties uentum esset, tribui Iudea obtinuit tota superior Iudea pertinens usque Hierosolymam: latitudo uero eius Sodom et cū lacum attingebat: in hac sorte urbes erant Ascalon et Gaza. Secundo loco

Simeo

Simeonis sortita est Idumæa partiæ Aegypto & Arabia coterminam. Beniamitæ deinde regionem sortiti sunt, quæ à Jordane amne usq; mare protenditur: latitudo uero eius patet Hierosolyma inter & Bethela: angustissima autem hac pars fuit, propter agri bonitatem: Hierosolyma enim & Hierichuntē acceperunt. Ephræmi autem tribus terrā à Jordane usq; Gadara in longū pretensam sortita est, in latū patentiē à Bethelis usq; magnū campum. Manassetidis itē dimidia pars agrū à Jordane usq; Dora urbē, latitudine usq; Bethsana, quæ nūc Scythopolis uocatur. Post hos Isacharis in longum patentē à flumine usq; Carmelum montem, latitudinis uero mons Iabyrius fuit terminus. Zabulonitæ usq; Gennesaritē lacum terrā Carmelo & mari cōtiguam sunt sortiti. Quæ autem regio post Carmelum sita est conuallis ex re nomen habens tota Ascritis cessit quæ ad Sidonem est obuersa. In hac portione fuit urbs Arce, alio nomine Arctipus. Quæ uero ad orientem spectant usq; Damascum urbē, & superior Galilea Nephthalitius obtigit, usq; Libani montē & Jordani fontes, qui ex hoc monte oriuntur, quæ fines sunt Arces urbis uersus septentriones sita. Porro Danitæ adepti sunt quicquid uallis ad occidentem solem uergit, Azoto & Doris terminati: horū est Iamnia & Gitta, & totus ager qui ab Scarone pertingit usq; montē à quo Iudea tribus initium fecit. Ad hunc modum

modum sex ḡcūm à filijs Chananei denominat̄
 tarum regionē Iesus diuīs̄t, & nouē cum dimi-
 dia tribubus habitandā dedit. Amoræam enim
 & ipsam ab uno ex filijs cius dīclā Moyses iam
 ante duabus cum dimidia tribubus diuīserat, ut
 lib. 4. c. 7. suprà diximus. Sed doniorū autem, Aruacorum,
 & mathæorū & Arithæorū agri nihil ad hāc
 diuīsionē perīnuerunt. Ceterām Iesus etat̄ iam
 defecta cūm nō ualeret cōſilia sua per se exequi,
 & qui uicem eius gererant, negligentius Remp.
 admīnistrarent, præcepit unicuiq; tribui, ut ex
 sua forte Chananeorum reliquias tolleret. In hoc
 enim consistere & ipſorum ſecuritatē, & disciplinæ ac religionis incolumentatē. idq; eos non ex
 Moysi tātū monitis ſed ſuomet experimēcio di-
 diciffe: deinde ut Leuitis triginta octo deſlinatas
 urbes redderent, iam enim decem in Amoræa
 trans flumen acceperāt: ex his in tribus proſugis
 receptacula ſunt iſtituta: nihil enim magis erat
 eura, quam ut nūſquā à Moysis præscriptis re-
 cederetur: h̄e fuerunt, in tribu Iudea Hebron, in
 Ephræmi Sicima, in Nephthalitide Cedèsis, quæ
 eſt in ſuperiore Galilea. Post hāc quod de p̄dā
 in reliquum erat diuīſit: ſupererat enim permul-
 tum: unde nō mediocris diuītarū accessio &
 publicè & priuatum facta eſt: tātū erat aurī &
 uſtimentorum ac reliqua ſupellūc̄tilis: tantum
 etiam iumentorū ac pecudum, ut numero cōpre-
 bendi nō poſſent. Post hāc aduocato in cōcionem
 exer

exercitu, ad eos qui ex regione ultra Iordanē sita
 unā militabant numero quinquaginta milia, in
 hanc sententiā locutus est: Quoniam Deus &
 pater qui est dominus Hebreorū generis, terram
 hanc & acquirere dedit, & in perpetuum man-
 suram nobis promisit: uosq; opem uestram indi-
 gentibus ex mandato Dei alacriter & impigre
 praeslitissimis, equum est cùm iam nihil arduū su-
 persit, missione nobis dari, & promptitudine ue-
 stra non abuti: quandoquidem cerii sumus, si in
 posterū sit opus, nihilo segnius operā uestram no-
 bis paratā fore. Itaq; gratias nobis agimus, quod
 socij periculorum esse uoluntatis, rogamusq; ut in
 hac mutua benevolentia perseveretis, memores
 amicorū & quod uos quoq; uestras possessiones
 nostris auxilijs parastis, sicut nos ad hanc felici-
 tam Deo faveente & uobis adnitctibus perue-
 nimus, nec id sine uestra opera premio: quando-
 quidē ex hac militia ditati estis, mulumq; pre-
 dae, auri, & argenti rescretis, & super omnia no-
 stram benevolentiam ad referendam uicem num-
 quam non promptā ac paratā. Nam & Moysis
 mandauis satis fecistis, non cōtempta autoritate
 mortui, & nihil uobis ad nostrā gratiam prome-
 rendam reliquā fecistis. Lætos igitur uos ad ue-
 stras possessiones dimittimus, hoc unum rogatos,
 ut nullum terminum existematis cognationem
 nostram dirimere: neue propter flumen medium
 alios nos putetis quam Hebreos. Omnes enim

Abra

*Abraha stirps sumus, qui uel hæc uel illam vi-
pam incolimus, unus Deus tamen nostros quam ue-
stros maiores in hanc lucem prouulit: cuius leges
ac religio per Moysen instituta diligenter obser-
uanda sunt: hoc enim pacto futurus est adiutor
et propitiator: sicut contra, si in alienos ritus dege-
nerauerimus, et ipse nos auersabitur. Hæc locu-
tus et singillatim primatis populoque in com-
mune dicto uale, ipse quidem eodem loco restitit:
reliqua autem multitudo uniuersa cum lacrymis
eos deducebat, et a se inuicem diuelliabantur.*

*1111. Itaque traiecto flumio Rubelis tribus et Gaddis
Ios. 21, et quorundam Manassitarum eos sunt fecuti al-
tare super ripam Jordani erigunt, monumentum
posteriorum et signum coniunctionis cum reliquis qui
ultra Jordane incolunt. Quo audito apud cete-
ros Israëlitas, cum altare exstructum scirent, non
etiam quo animo, putabant eos nouata religione
alienorum numinum cultum uelle introducere: et
temere hac suspitione uiolentia religionis moti, ar-
ma corripuerant uindicaturi patrios ritus, et
poenas a violatoribus exacturi. Existimabant
enim non tam cognationis ac dignitatis corum qui
in hoc erant crimine, quam divine uoluntatis ra-
tionem habendam: atque ita irati ad expeditionem
se accinxerunt. Iesus uero et ponifex Eleazarus
cum senatu cohiebant eos, dicentes uerbis prius
quam armis rem aggrediendam, et scitandum quas
mente id fecerint: et si forte malo animo factum
depr*

deprehensum fit, tum dum cum armis impetendos.
 Assitunt igitur eò legatos, Princeps filiū Elea-
 zari, & cum eo decem honoratos in populo, qui
 cognoscant quid sibi holentes altare in ripa con-
 struxissent. Ut uero trajecto flumine, & cōuentu
 aduocato Phinees in cōcione constituit: Maius,
 inquit, uestrum delictum est, quam ut uerbis tan-
 tum castigari debeat: attamen non culpe ma-
 gnitudine moti repente ad arma cōclamauiimus
 ut pœnas sumeremus, sed respectu cognationis,
 & ea spe quòd fortasse admonitione ad sanita-
 tem reduci positis, legationē ad uos suscepimus,
 ut cognita causa exiusti altaris, nō temere ar-
 massē nos in uos uideamus, si pijs rationibus ad-
 ducti id fecisti: sin autem in culpa suis iustam
 ultionem uiolatae pietatis inferamus. Vix enim
 credere potuimus, uos qui perspectā Dei senten-
 tiā habetis, & legum eius auditores es̄tis, dis-
 iunctos à nobis & in uestram possessionē reuer-
 sos, quam Deo ferre acceptā debetis, cuius pro-
 uidentia nobis conseruit, beneficiorū ipsius oblitos,
 & reliktis tabernaculo, arca, & altari patrio,
 externos Deos cōplelli, ac Chananeorū impie-
 tati accedere. Sed uenia dabitur, si resipiscatis,
 & nō a maiore insaniam prolabamini, ad do-
 mesticarū legum reuerētiā reducti. Quòd si in
 male ceptis obstinatè persistatis, non granabi-
 mur ullum libore pro legū defensione suscipere,
 sed ad hanc simul & Dei honorū tuendān flu-
 ent

mine tracieō, prochananeis habitos, non secus
 atq; illos exterminabimus. Cauete enim priuiciis
 quia ex ira limicē nostrū cōfis, extra portas acim
 etiam Dei uos evadisse: ubi ubi cōfis, omnia sunt
 illius, nec licet ius eius ac iudicium effugere. Quod
 si puratis locū uobis ad recte sapiendum esse ob-
 staculo, praeſtat nouam agrorū diuisionē facere,
 & hanc regionē pecoribus compascuam relin-
 quere. Sitius est igitur ut resipiscatis, & à noui-
 tatis mutato proposito desistatis: rogamusq;
 uos per salutē liberoruū ac cōtingum, & quicquid
 habetis carissimū, ne nobis bellī suscipiēdi necessi-
 tatem imponatis, cōtra quos minime uolumus.
 In hac enim cōcione & consultatione suum est,
 utrū pace nostra & ueſtris affectibus perpetuō
 frui malitis, à nobis persuasi, an uos & ueſtra
 omnia bellī periculus exponere. Postquam hæc
 Phinees dicere desit, qui cōcioni prærant, pro
 communis cause defensione hæc auulcrunt: Viri
 fratres, nos neq; à cognationē deficere uolumus,
 neq; in religione cuius nequaquam pœnitit, quic-
 quam innouare. Unum Deum nonimus Hebreis
 omnibus communem, & altare eius erum quod
 est ante tabernaculum, nec aliud unquam nostras
 excipiet uictimas. Nam hoc quod nūc erexitus,
 quodq; ueſtræ suspicioni ansam praebuit, non ad
 Deum sacrificijs placandum exſtruclum est, sed
 ut perpetuum argumentum exſlet noſtre necessi-
 tudinis, nosq; patriæ religionis admoneat, non
 ut nos

ut nos suspicamini, uiolādē religionis sit initiū:
 & hanc fuisse nobis exstruendi causam, Deus
 ipse testis esto idoneus. quapropter meliorē post-
 hac de nobis opinionē habetote, absq; ut nos
 affines existimetis ei criminī: cui quisquis ex
 Abrahā posteris se obnoxium fecerit, & à pae-
 trijs moribus ac ritibus degenerauerit, absq; ca-
 pitali pœna expiari nō ualeat. His audius Phi-
 nees, collaudataq; eorū cōstantia, reuersus ad
 Iesum, rē totā apud popu'um exposuit: qui letus
 quod nec delebitu' opus esset nec ciuili sanguine,
 gratias egit Deo per sacrificia: moxq; soluto cō-
 uentu, reuersis ad sua singulis. ipse apud Sicima
 elegit domiciliū. Anno autē post uigesimo iam Ios. 23. 24.
 decrepitus, accitis oppidatim honoratioribus, et
 cum senatu magistratibus, tū ex plebe quotquot
 erat cōmodū, ubi uidit omnes adesse: primū Dei
 beneficia in memoriā illis renocat plurima, per
 que ex rebus afflictis in tantas opes tantamq;
 gloria' peruerterat. Fortatur deinde ut dente ope-
 ram ut Deū in posterū aequè habeant propiciū,
 ciam sciat eius benevolentia nō alijs rerineri pos-
 se quam pietatis ariibus. suum enim fuisse ut
 priusquam decederet, illos officij cōmonefaceret.
 Postremò rogauit ut hāc admonitionē boni con-
 sulerent, effentiq; eius perpetuò memores post hāc
 concione naturē debitū exoluit, anno uite cen-
 tesimodecimo: quorum x l. sub Moysē magistro
 minister ipsius exegit, & post eius obitū uigim-
 tiquin

tiquinq; recip. præfuit, uir incōparabili tum pru-
dentia tū eloquentia, adhuc in re imperatoria
fortis & impiger, nec minus in pace bonus &
utilis: deniq; in quauis uirtute eximius. sepul-
tus est in oppido Thumna tribus Ephraemitidis.
Per idem tēpus moritur & Eleazarus p̄tisex,
Phineesi hæreditariū relinquens sacerdotiū: se-
pulture eius monumentū impositū extat in urbe

V. Gabaiha. Post horū obitū consulens Phinees-
Iud. 1. s̄s à populo de uoluntate Dei, cuiusfnā foret im-
perium in bello Chananeo: Respōdit iubere Deū
ut Iudee tribus duclu bellū gererent, quæ mox as-
sumpta Simeonide, his cōditionibus rem aggref-
sa est, ut sublatis ē sua ditione hostiū reliquijs,
tum tributarijs, in alterius tribus extirpādis his
ius generis reliquijs uicem rependeret.

Quomodo post mortē imperatoris Israëlitæ negle-
ctis patriis religionibus in extremas calamitates
inciderūt, & exorto ciuili bello ex uniuersis Ben-
iaminitis D C. tantū fuere superstites. CAP. II,

AT Chananei quorum res tum erant satis
imiegra, cū magno exercitu apud Bezeçā
urbem eos expellabant, duclu loci regis Ado-
nibezeci: id nomen Bezeccenorū dominū signifi-
cat, Adoni enim Hebreorū lingua dominus di-
citur. Hi spem uictoriae reponebant in hoc, quod
Iesus dux Israëlitarū esset defunclus. Aduersus
hos quas dixi due tribus egregiè pugnauerunt:
& casis decem millibus dum reliquos fugientes
inse

insequuntur Adonibezecū ceperunt: qui manib-
 bus ac pedibus truncatus, agnouit diuinā iusti-
 tiā, septuaginta & duos reges antea hunc in
 modū a se mulctatos confessus: sic affectū detu-
 lerunt nō longē a Hierosolymis, ubi fato funētū
 terrae mandauerunt. Deinde circa oppida bellū
 circuferibant, quorū bona parte capti, Hieroso-
 lyma sunt adorti. Et capti in seriore eius parte,
 omnes habitatores terra & cōtrucidauerūt: at si-
 perior natura loci & munitionibus est defensa:
 quare oppugnatione in Hebronē translata, ur-
 beq; ui capti, in oppidanos omnes sequitum est.
 Apud hos in eam dicē superstites erant quidam
 ē gigantū genere, statura & specie ceteris mor-
 talibus disparēs, uisu simul & auditu horribi-
 les: quorum ossa adhuc ostenduntur, qualia uix
 credant qui nō uiderunt ipsi. Hoc oppidiū Zenitis Iosue 21
 honoris gratia concessum est cū illis duobus ci-
 bitorū millibus: reliquū eius agrū Chalebo dono
 dederūt, iuxta mādatū Moysis: fuerat hic unus
 ē speculatoribus, quos Moyses in Chananaēam
 præmisserat. Habita est ratio Iethre quoq; Ma-
 dianitæ, olim Moysis socii, cuius posteris ager
 est attributus, quia relicta patria comites se
 adiunxerāt, & in deserto arūnarū sociū fuerāt.
 Expugnatī montanis oppidis, in cāpestria &
 maritima descendētes prædictæ due tribus A-
 scalonem & Azotum de Chananais ceperūt.
 Euasit autem eos Gaza & Accaron, quod in
 t. 2. plani

planicie sitae & abundantes curribus, inuadentes
 se male multatos facile reuictabant. Atq; ita
 hec duæ tribus magnis opibus bello acquisitis do-
 mū se receperūt, & arma deposuerūt. Beniamini
 et uero in quoru[m] sorte erat Hierosolyma, tributo
 imposito habitatoribus eius pacem dederat: & in
 posteru[m] alteri à cedibus, alteri à periculis feriati,
 ad culturam agrorum utriq[ue] se cōiulerūt. Beniamini
 exēplo motu reliqua tribus & ipsa idē feci-
 cerunt, & tribus cōtentis pacem Chanensis de-
 derunt. Ephraemi uero tribus cū assidendo Be-
 thelis multo tēpore ac labore impēso nihil pro-
 ficeret, in cœptis tamē pertinaciter durauit: tan-
 dem cōprehenso uno ciuiū qui in urbē importa-
 bat necessaria, fide data & accepta, & iure in-
 rando firmata, intromissos clam ipsum cū famili-
 lia seruaturos, proditiōe eius facti sunt uoli cō-
 potes: casisq[ue] reliquis omnibus, prater hos qui-
 bus salus ex pacto debebat, ipsi post hac urbis
 dominiū habuerūt. Omissio deinde bello Israē-
 litæ omnes agricultura tantu[m] operā dabat: atq[ue]
 ita pace longa emolliit, uoluptati magis quam
 honestati studebat, discipline ac legū diuinarii
 immemores. Quæ iniuria Deus cōmotus per ha-
 tem admoneet eos nō è sua sententia hosti Chan-
 næo parcere, quamobrem fore ut aliquando per
 occasionē praemeditata clemētia crudelitatē
 eis reponeret. At illis, tamē si terris oracula
 belli tamen nō libebat suscipere, tu quid multa
 è Ch.

è Chananeo perciperet cōmoda, tū quod ob luxum ad labore nō essent idonei, deprauata iam reipublica forma, & autoritate optimatū inuidia, dū nec senatus ut antè legiūr, nec magistratus solennes creantur: dumq; relicta cura statu publisci, omnes priuatis tantū lucris sunt dediti. In tanta licētia perturbatio granis incidit, ex qua mox belli ciuile exortum est, quod hanc causam habuit. Vir è plebe Zenitica, in Ephræ Ind. 19. mitarū ditione habitans, duxit uxorē natam in oppido Bethleemis, quod ad tribū Iudea attinet: hanc cū uehementer ob formā amaret, parū respondere in amore agrē ferebat. Hinc orto dissidio, mulier continuas expostulationes nō ferens, relicto marito mense quarto ad parentes reveretur. Is coactus desiderio, & ipse uenit ad socios, quorum opera missis querelis cum uxore in graiam reveretur: eo loci quatuor dies exegit, comiter à puelle parentibus habitus: quinta cū decreuisset domū repetere, post meridiem iter ingreditur: cunctanter enim parentes filiā dimiserunt, nec nisi meliore dici parte trāsacta: comes erat unus famulus, & mulier uehementer asina. Cumq; emensi triginta stadia nō longe abessent à Hierosolymis famulus dabat cōsiliū ut aliquò diuertirēt: ne si nox iter facientes oppimeret, in aliquod incomodum incidiret, præsertim propinquis hostibus, cū scrotina hora etiā amicorum loca suspecta facere soleat. Marito non placuit

2 3 alie

alienigenarum uti hospitio. nam Chananaeum
 urbē tenebat, malebaturq; progressus uiginti sta-
 dia ad sui gencris homines diuertere. in hoc eō-
 sentientibus omnibus, peruenit in Gabā tribus
 Beniaminitis sero admodū: cumq; in foro inue-
 nit nemīnē qui se inuit̄. eret ad hospitiū, senex
 quidā ē rure domū reperens, Ephræmita genere,
 sed Gabæ habitās, casu reperiū interrogat, quis
 nam sit, & cur crepusculo demū cœnā ē foro pe-
 teret. Ille se Leuitā ait, & uxorē à parentibus
 domū reducere, & in Ephræmitarum diuione se
 habere domiciliū. Tū senex respectu cognatio-
 nis ac tribus, & quod forsè oblaus hospes ui-
 sus est, ad se deducit hominē. Gabæni uero qui-
 dam iuuenes qui mulierculam in foro uiderant,
 mirati eius formā, postquam ad senē illum diuer-
 tisse cognoverunt, contēpta imbecillitate & so-
 letudine, uenerunt ad ianuam: rogantq; sc̄ne ut
 abirent, & uim abstinerent ac iniuriā, postula-
 bant ut exhibita hospita quieti suæ consuleret.
 Cumq; ille contrā diceret cognatā esse, & Leui-
 tidem, peccaturos eos grauiter, si propter uolu-
 ptatem leges uiolarent: iuuenesq; iura contēne-
 rent ac deriderent, cædē minantes si obstatre li-
 bidini eorū pergeret: senex ait, se filiam eis per-
 mittere, ut saluo hospitali iure cupiditatē exple-
 rent, uolens quantum in se erat tutos ab iniuria
 præstare, quos exceperat. Illis uero pertinaciter
 hospitam experientibus, & hanc omnino acci-
 pere

pere uolentibus, supplex orabat, ne quid contra leges cōmitterent. At illi furcētes uiraptā mulierem domū abducunt: cumq; ei per totā noctē ad satietatem illusiffent, diluculo dimiscentur: quae ita miserè affecta ad hospitiū reuenerit, & prē nimio dolore ac uerecundia, non audens in mariti conspectū uenire, quod hunc indignissimè rem latrū putaret, humili collapsa expirauit. Leuitaratus sopore oppressam, & nihil grauius suspicans, excitare conabatur, cōsolaturus eo quod non sponte se ad stuprum præbuisset, sed ni in alienas ades abrepia. Vi uero defunclam sensit, satis prudēter pro calamitatis magnitudine se gerens, cadauer iumento impositū domū reportat, & mēbratim diuisum in partes duodecim, ad singulās tribus misit, mandans perferentibus, ut indicarent per tribus qui mulieri causa mortis facrint, & de eorū uiolentia. Tum uero illi nunquam tali anticē nisi uel auditō spectaculo ad indignationem grauiter cōmoti, & iusto furore perciti apud Siluuentem conuentū faciunt, & congregati ante tabernaculum, Gabaēnos hostiliter armis impetere decernūt. Huc impetum senatus cohibuit, suadens non ita temerē cognatis bellum inferendū, priusquā uerbis agerent de criminibus: quando ne in exteris quidem ob iniuriam acceptā armari leges permittūt, nisi legatis prius de satisfactione missis. Rectum igitur esse ad Gabaēnos mutere qui

8 - 4 sonces

fontes ad supplicium depositane: qui si dedantur,
 horum pena contentos esse debere: si contumac-
 es fuerint, bello in eos vindicandū. Itaq; mittū-
 tur ad Gabaēnos accusaturi eos iuuenes qui
 vim pudicitiae mulieris intulerāt, & postulatu-
 ri ut pro violatis legibus morte iustas penas de-
 penderent. Gabaēni uero non dediderunt iuue-
 nes, arbitrati sibi pudendum si alienis imperatis
 meū belli parerent, cum multitudine ac uirtu-
 te nulli se cedere uideri uellent: eratq; magnus
 apparatus totius tribus, cum ceteri non defitu-
 ros se promitterent, si quis eos uia & armis ag-
 gredi uelleret. Quae postquam Israēlitis à Gabaēnis
 renuntiata sunt, iurciurando sanciunt, nemine
 ex suis uiro Beniamitae filiam traditurū in con-
 iugē, & acriore bello persecuturos se eam tribū,
 quam maiores eorum Chananeos persecuti sunt.
 Et confestim eduxerunt cōtra eos exercitū qua-
 dringentorū millium armatorū. Beniamitae uer-
 o habuerunt uigintiquinq; armatorum millia,
 & insuper sexcentos: ex eo numero suere quin-
 genti fundatores peritissimi, qui leua manu se-
 riebat: itaq; cōmisso apud Gabam prælio, egre-
 giè uicere Beniamitae, casis ex aduersa acie ui-
 ginti duobus millibus: & fortasse plures cecidi-
 sent, nisi nox præliū diremisset: atq; ita Benia-
 mitae leti se intra mœnia receperunt: Israēlitae
 uero in castris insperata clade affoniti. Sequenti
 die præliū instauratur, et Beniamitis rursum
 hincen

vincentibus, decimocto millia cadunt ex parte
Izraelitarum, quo factū est ut castra metu dese-
rent: profectiq; Bethela, quæ urbs non longe
aberat, postridie ieiunio peracto supplicauerunt
Deo per Phineensem pontificē ut ab ira desiste-
ret, & cōtentus duabus cladibus uictoriam &
robur cōtra hostem concederet. Deus uero pre-
cibus eorū annuit, & per eundē uatem fauorem
est pollicitus. Ergo dimisit bisariam copijs, dimi-
diā partem noctu circa urbem in insidijs col-
locant, reliqua in aciem producta cū Beniamini-
tis manus conserunt, moxq; ut impares paula-
tim pedem referunt: eò magis Beniamiti & instant
sponte cedentibus, quò longius hostem ab urbe
abstraherens, ita ut etiam illi qui urbe propter
etatem imbellem relicli fuerant, procurverent
quasi præde futuri socij. Postquam autem satie
longe à mœnibus discessum est, Hebrei reuersi in
pugnam signū dant insidiatoribus: qui mox co-
orti cū clamore hostem à tergo inuadunt. Sen-
serunt illi se deceptos, & cùm consiliū inancipi-
ti metu nō suppetere, in cōuallēt quandā com-
pulsi, circudatis expeditioribus qui eminus pug-
nare assuerat, telis ferarū in more sunt con-
fixi. Sexcenti tantum evaserunt incolumes, qui
conglobati & facto cuneo, ferociter per medios
hostes eruperūt, & in montem quendā fugā de-
lati natura loci se tutati sunt: reliqui omnes ce-
ciderunt, numero circiter uigintiquinq; millia.

85 Izra

Israëlitæ uero Gabam incenderunt, & mulieres
 atq; impuberes cōtrucidauerunt: pari modo &
 in alias Beniamitarū urbes securum est: adeoq;
 indignatio iusta eos effraterat, ut ad expu-
 gnandā etiā Iabifum Galaditidis urbē, quæ au-
 xilium cōtra Beniamitas negauerat, duodecim
 selecta milia mitteret: qui positi urbe occiderū
 tā niros quā mulieres & pueros, seruatis tantū
 quadringentis uirginibus. Tantus erat dolor ac
 furor ob perpetratū in mulierē scelus, recentibus
 etiā cladibus exasperatus: qui postquā resedit,
 subsecuta est pœnitētia, dū una se tribu diminu-
 tos reputat: & quāuis iustis armis oppressos cō-
 seret, ut qui cōtra leges diuinās peccauerāt, iein-
 nium: tamen indixerūt ob eoru exitiū. S. xcētos
 quoq; illos qui effugerāt, missis legatis renocat:
 hi petram quandā, quæ Rhoa dicitur, in deserto
 occupauerāt. Legati uero apud illos tam ipsorum
 quam suā clade cōquesti, quod infectū esse nō po-
 terat, suaserūt & quo ferret animo, & ad sui ge-
 neris reliquos aggregarētur, nēne quantū in se
 esset, uniuersam tribū Beniamiticā irēt perditū.
 Licere enim illis pace sua tribus totius agros
 recipere, & prēdā insuper quantā possent abi-
 gere. At illi agnoscētes suā iniustitiā iusto Dei
 iudicio dānatā, reuersi sunt in sue tribus ditio-
 nem, parētes suorū hortatibus. Israëlitæ uero de-
 derunt eis in uxores quadringētas illas uirgines
 Iabuicas, de reliquis uero deliberabat unde illis

uxores ad sufficiendā prolē parari possent: cūm
enim ante initium belli iure iurando caueū esset, ne
quis filiā in Beniaminiacā tribū elocaret, nō decē-
rant qui negligendū id sacramentū consulerent,
quod ab ira profectū esset, nō à iudicio. Non in-
gratam rem deo fore si quo modo prouideatur,
ne integra tribus pereat: & per iuria nō quando
necessariò fuit periculosa esse ac graria, sed cūm
ausu malitioso cōmitetur. Cūm uero senatus
succlamatione periurij mentionē abominaretur,
exitit quidā qui diceret habere se cōsiliū, quo-
modo saluo iure iurando Beniamitis uxores pos-
sent cōtingere. Proscrre deinde id à senatu iussus:
Singulis inquit, annis nobis mos est apud silun-
tem ad celebritatē conuenire, in quo comitatu
sequuntur & coniuges & filia. Harū quotquot
potuerint, rapere Beniamitis impune sū, nobis
nec in beneficiis nec prohibentibus: quod si patres
carum agrè tulerint, & uindictam postulaue-
rint, dicemus ipsos in culpa esse, qui filias ne-
gligentur custodirent: & quod non oportet
ira in Beniamitas nimis indulgere, qua iam
antē plus satis contra consanguineos sint usi.
In hanc sententiam concessum est, decretumq;
ut liceat Beniamitis uxores rapto querere,
Instante autem festo ducenti illi bini trimise-
stante urbem insidiabātur aduentātibus uirgini-
bus inter uincta & per alias latebras: illae uero
nihil suspicantes lusitando securè iter faciebat.

Inne

Junenes autē coorti dispersas corripiebant: atq; hoc pæsto quæsuis nuptijs, agriculturae insudan res, dederunt operam, ut ad pristinā felicitatem aliquando redire possent. Quo fætū est, ut Beniamitarū tribus quæ minimum ab internecione absuit, prudenti hoc Israëlitarū consilio scrutatur, moxq; magnis incrementis tam numero quā opibus est austera. Hic finis fuit belli Beniamitici. Nec felicior per idē tēpus fuit Dania
 zud. 18. na tribus, tali fortuna usa. Israëlis iam desuetis armorū exercitio, & in colendis agris tantū occupatis, Chananei in contemptū gentis collegerunt copias: nō quod sibi timeret, sed ut illata Iiebræis aliqua memorabili clade, securius in posterū suas urbes habitarent: & coniuratione facta, magnoq; numero peditū armato, adiunctis etiam curribus, Ascalonē & Accaronē in forte Iude sitas in partes suas iraxerunt, & alias plerasq; campestres ciuitates: ita ut Danita in montana cōpellerentur, ne pedē quidem ubi poneret in campestribus habentes. Qui cū nec bello effent pares, nec pro numero satis agrorum haberent, miserunt ex suis quinq; viros in mediterranea, dispecturos nunquē locū imutinirēt deducendis colonis idoneū. Illi à capo magno Sidonis iter unius diei progreſſi, nō longe à Libano & minoris Jordanis fontibus inueniō agro bono ac fertili, rem totā suis renuntiant: qui mox cum exercitu illo profecti considerunt urbem Dana, cognom

e cognominem uni è Iacobi filijs, & à sua tribu
denominatam. Isrælitarum autem res in dete-
rius prolabebātur, quod neq; ad laborē se exer-
cerent, neq; pietatem colerent: luxato enim reip.
stacu magna licentia pro suo quisq; libito uiue-
bat, ut domesticā Chananeorum uita iam to-
tam gentem impunè inundarent.

Quomodo propter impietatem in Assyriorum
seruitutem à Deo populus Isrælitarum est
traditus.

C A P. III.

Hanc ob rem irato Deo, felicitas populi ^{Iud. 3.}
multis laboribus acquisita, per luxum ac
uoluptatē breui dispergit. Bello enim à Chusar-
the rege Assyriorum petiti, & in acie multos
amiscent, & oppidatim infestati, aut ui aut
deditio in potestatem eius uenerunt. Tributis
deinde iniquioribus grauati, & alias marias
iniurias ferre sunt coacti per annos octo, quibus
exaltis in hunc modum sunt libertati restituti.

Libertas per Cenizum reddita. C A P. I V.

Erat in tribu Iudea Cenizus vir industrius ^{Ibidem.}
& magnanimus, hic oraculo monitus, ne
patueretur Isrælitas diutius tales miseras per-
ferre, sed ut ad audiendū pro libertate accedere-
tur, ascitis paucis quibusdam periculorū socijs,
quos praesentis status tædebat & mutatu cupie-
bant; primò præsidū suis à Chusarthe imposuit
interficit, tantumq; primus successus ualuit, ut
indies crescere suoru numero, iam aperto marte
hosti.

hosti pares uiderentur: itaq; congressi cum hoste uno prælio se in libertatem afferunt, reliquie fusi & fugati exercitus ultra Euphratem se recipiunt. Cenizus uero egregie nauatae opera præmium principatum à populo accepit, nomine Iudicis: in quo postquam annos quadraginta exegit, uita defunctus est.

Quomodo populus rursum à Moabitis est subiugatus, & per Iodem è seruitute exemptus. CAP. V.

VIII. **P**ost cuius mortem uacante principatu, res Iud. 3. Israëlitarum rursum in peius ruere cœperunt: idq; tanto magis, quod nec Deo debitum honore, nec legibus obedientia exhiberet: quæ res in causa fuit, ut Eglon Moabitarū rex opportunos ad iniuriam ratus, bello adoriretur. Exceperunt tamē eum aliquot prælijs, sed omnibus uicti ferocia posita iugū acceperūt, tributarū sāti. Rex uictor trāslato Hierichuntē domicilio, modis omnibus plebē uexauit, ita ut in summa miseria per annos xxi. degeret. Deus autē calamitatibus eorū et supplicationibus flexus, à dura dominatione eos liberauit in hūc modū. Iodes filius Gerae, tribus Beçamiticæ, iuuenis ad quoduis egregium facinus & animo & utraq; manu ex quo promptus, habitabat ipse quoq; apud Hierichuntē. Is in familiaritate Eglonis se insinuauit, crebris muneribus hominē sibi concilians, & eo nomine amicis etiā regis gratus. Accidit ut semel cū duobus famulis dona ferens,

rents, pugione prius subter sagū ad dextrū femur
 accinclus, ad regē introgredetur: erat autem
 astas & diei mediū, quo remeſius agcbatur cu-
 stodia, partim propter astū, partim satellitibus
 occupatis circa prandium. Iuuenis igitur oblatis
 Egloni muneribus, qui tum in astino quodā cu-
 biculo morabatur, cōfabulari cū eo cœpit. Erat
 autē soli, quia rex familiariter cū Iode colloqu-
 turus famulicū ablegauerat, sēdebatq; in sella,
 & Iodes uerebatur ne fallēte iētu plagā non sa-
 tis lethalcō inferret. Tabet igitur eū surgere, dicēs
 habere sc̄ somniū, quod ex Dī mādato regi sit
 indicandū. Cumq; ille audiēdi cupidus alacriter
 assurrexisset. Iodes inflictō in cor pugione, et re-
 lictō in uulnere, exiuit clausis prius foribus: regij
 famuli interim quiescibāt, dormire eū putantes.
 Iodes uero Hierichūtys re clam indicata, autorē
 se illis libertatis vindicāda prabuit. Illi uero li-
 benter hsc accipientes, & ipsi confeſſim arma
 capiebant, & cornicines per totā eam regionem
 dimittebant: sic enim illi multitudinē cōuocari
 mos erat. Eglonis autem domēsticos diu latuit
 quod acciderat. Sed cū iam aduesperasceret, ue-
 riti ne quid noui homini accidisset, ingressi sunt
 in cubiculū: cumq; mortui inuenissent, barebant
 inopes cōſilij, & priusquā satellitū cōglobare-
 tur, Iſrāelitā turba superuenit: ex his pars in
 uelutio confoduntur, pars alia, circiter millia
 decē, fugā Moabiticam regionem petunt. Eos
 Iſrāelitā

*I*srac̄elitae præoccupato sordatis transitu, in fuga intercipiebant, maximè circa ipsa uada, ita ut ne unius quidē incolumis euaderet. Atq; ita Hebræi Moabitarum imperium excusserunt: Iodæ autē huius felicitatis auctori is honor cōsen-
su multitudinis est habitus, ut cōfestim princeps declaratus sit: eum principatū per annos octua-
ginta obtinuit, uir alioquum etiā laude dignissi-
mus: post quē Sanagarus Anathi filius electus in imperiū, uix toto uertente anno uitam finiūt.

Quomodo sub Chananeorum imperium redacti,
& per Baracum in libertatem sunt repositi. C.V I.

I X. *I*srac̄elitæ uero, quos præterita calamitates ni-
Jud. 4. *L*hilo castigatores reddidirat, in primūlinam impietatem atq; inobedientiam relapsi, priusquam facis à Moabitica seruitute respirassent, impe-
rio Iabini Chananeorū regis subiugati sunt. Is regiam habens apud Assorū, quæ urbs sita est super Samachonitem lacum, peditū alebat mil-
lia trecenta, equitū decem, præterq; curru bel-
licos habebat ter mille. His copijs præfetus sy-
fares primus inter amicos regios, congressus cū Iſraclis in tantam desperationem res illorum adduxit, ut libenter incolumentem tributaria seruiture paciscerentur: quam per uiginti annos ferre sunt coacti, præ nimia seruitute caput nō audentes attollere, etiā Deo sic uolente, quò ni-
miam gentis consumaciam & ingratitudinem retunderet. Qui tandem resipiscētes, & agnitas calamita-

calamitatum causa, nimis quod à legū contemptu proficiuntur, Debora quandam prophetam adiunxit, (nomen hoc apem Hebreis significat) rogantes, ut precibus Deum ad miserationem flectat, ne ita patiatur eos à Chananais opprimi. Deus autem exoratus salute illis annuit, imperatore designato Baraco, viro tribus Nephthalitidis: eius nomen interpretatur fulgur. Debora autem accessito Baraco, iubet eum delectu habito, & conscripto decem milliū virorum exercitu in hostem ducere. Sacis enim esse tot ad victoriam, quam Deus oraculo promiserit. Baraco uero negante se accipere imperium, nisi & illa unā secum administratura id esset: illa cōmotior, Tu inquit, mulieri cedis honorem, quem Deus te habere uoluit, ego uero nō recuso: & cōscriptis decem millibus, castra posuerunt ad monte Itabyrium. Occurrit mox eodem sisares, rege suo sic iubente, & non longe ab hoste cum exercitu consedit. Baracum autē & Israēlitas multitudine hostium territos, & in tuiora se recipere uolentes, retinuit Debora, iusitq; eadem dic prælio decernere. Victoriā enim penes ipsos fore, & Deum subsidium & opem allaturum. Itaq; commissa pugna uehemens imber mixtus grandine superuenit, quem uentus in aduersos Chananeorū multus ingerēs, & prospicuum adimens, inutiles eorū iaculatores ac funditores reddidit: atq; etiā scutati manib[us]

nibus rigentibus præ frigore gladios uix retinebant. Israëlitas uero tempes̄tas à tergo imminēs non solum minus offendebat, sed alacriores etiā faciebat, manifestatio Dei præseniis ac saucitū signo accessos. Itaq; rupta aduersa acie, turbatisq; ordinibus, ingentem hostium stragē ediderunt: atq; ita pars telis Israëliticis cedebant, pars à suomet ipsorum equitatū ac curribus proterebantur. Syphantes uero ut uidit suos terga uertere, desiliens à curru, fugā delatus est ad quandam mulierē Cenetiidē, nomine Ialen, quæ latibras petentē excepit, & potū poscenti lac accidum exhibuit: quod ille cum audius ingurgitasset, in somnū est solitus: quem Iale aggressa, ferreum clavum sopito per tempora adegit malleo, moxq; Baracianis superuenientibus, solo affixum ostendit, atq; ita mulier iuxta Debora præ sagium autor fuit uictorie. Baracus autem ducens ad Assorum, Iabinum obuiam factū interfecit, et cæso rege, ac urbe solo aquata, quadraginta annis imperium Israëlitarum tenuit.

Quomodo Amalecites deuictis Israëlitis regionem eorum per septem annos uastauerunt. C A. VII.

x. **D**efinclis autē Baraco & Debora eode
Jud. 6. sc̄e tempore, paulo post Madianitæ socijs
Amaleciis & Arabibus expeditionē cōtra
Israëlitas fecerunt, & congregati ausos magno
prælio uicerunt: uastatisq; frugibus prædam
abegerunt. Cumq; idē per continuos septē annos
facer

faceret, Israëlitas in montana cōpulsos campestris solo cedere coegerunt: qui speluncis & subterraneis adificijs excavatis, qui cquid hostium violentiam evadere poterat, intrò receptū assuebant. Nam Medianitæ per astutiam facientes expeditionem, hyeme agros colere Israëlitas permittebant, ut possent denuò labores eorum hastare. Itaq; in perpetua fame ac egestate uiuebant, nec iam ullum supererat præsidium, nisi in precibus ad Deum & supplicationibus.

Quomodo Gedeon populum liberavit. C A P V I I I.

Per idem tempus Gedeon Iali filius, unus ibidem ex primatibus tribus Manassitudis, manipulos frugum clām in torcular cōportatos flagellabat: non enim ausus est proprie hostē propalām hoc in area facere. Cumq; spectrū ei adolescentis specie se obtulisset, & felicem ac Deo charū appellauisset: respödens, Hoc, inquit, mea felicitatis argumentū est maximū, quod torculari nunc utor pro area. Illo contrà iubente ut bono esset animo, & de libertate vindicanda cogitaret, negabat fieri posse: nam & tribū suam cuius alteri cedere numero, & se iuuensem esse, & tam arduis negotijs imparem. Deus autem quicquid decesset se suppeturum pollicebatur, & uictoriam Israëlitis daturū, modò ipse imperiū assumere nō graduaretur. Hanc rem Gedeon cum quibusdam iuuibus cōmunicauit, qui libenter credentes oraculo, sine mora effecrunt, ut præstò

effent decem millia militū, ad quiduis pro liber-
 Jud. 7. tate audiendū paratisima. Gedconi autē Deus
 in somnis apparēs, dixit, h̄c mīnes tali esse inge-
 nio, ut sibi placentes nemini uelint uirtute cede-
 re, & uictoriā sibi potius quam Deo tribuāt,
 nimirū magnis copijs freti. *N*e quin sciant rem
 totam pendere ab ipsius auxilio, iussit ut circa
 meridiem cū āflus feruet maxime, exercitum
 ducat ad fluiū, & quotquot procumbentes bi-
 berent, eos uiros fortes crederet: quoiquā autem
 trepidē ac tumultuarie potum sumeret, sic exi-
 stimaret, eos meū hostium hoc facere: quod
 posteaquam ita ut iussus est fecit, trecenti inūci
 sunt cum perturbatione aquā sumere, causis ma-
 nibus ori admonendo, imperauitq; Deus, ut his
 assumptis hostē inuaderet. Gedcone herō solici-
 so, quia mandatum acceperat à Deo, noctu illos
 adoriri, uolens ei metū omnem eximere, iussit ut
 assumpto uno milite, clām accederet ad Asa-
 dianitarū tentoria, ab illis enim accepturū occa-
 sionem fiduciæ. *N*adit ille quò iussus est, uno tan-
 tum comitante famulo: cumq; ad quoddam ta-
 bernaculum adcepisset, offendit insomnes in co-
 milites, & quendā cōmilitoni narrantē somniū,
 ita ut à Gedeone quoq; exaudiri posse: erat aut
 sale. *V*isus erat sibi uidere massam ordeaceam,
 prauilitate homini fastidiendā, per casla pro-
 uolui, & primò regis tentoriū, mox eatorum
 omniū prosternere. *Q*ui respōdit interitū exerci-
 tus signi

tus significari, addes unde hoc ita colligeret: Inter omnes, inquit, fruges ordeū est sine cōtrouer-
sia uilissimū: & inter omnes Asiaicas gentes
non facile reperiās uiliorē quā hodie sunt Israe-
litæ, ut merito cōferrī possint hordeo, Et nūc, au-
tore Gedeone, cōtraxerunt copias, & res nonas
moliuntur. Ergo quia dicas te uidisse illā mas-
sam rētoria nostrā subuertentē, uero ne Deus
Gedeoni triumphū de nobis cōcedat. Gedeon au-
tem audito hoc somnio plenus bona spe & fidu-
cia, edicit suis ut omnes in armis essent, edocit
de uisione quā in castris hostiū audiuerat. Fe-
cerunt illi quod imperatum est, accēsi, hoc signo
ad quidvis laboris aut periculi subeundū. Tum
Gedeon circa quartā fermē uigiliam suos in ho-
stem ducit trifariā in tres cohortes diuisos: erant
autem centenariæ, gerebantq; singuli amphoras
uacuas, & in eis faces ardentes, ut clam possent
hostem inuadere nihil tale expectantem: & in
dextris cornu arietinū uice tubæ. Hostium ca-
stra latè patebant, eo quòd camelorū magnum
numerum haberent: & cum iuxta gentilitates
distributi tenderent, omnes tamen intra eundem
ambitum cōtinebantur. Hebrei uero à duce an-
tè præmoniti, ciam iam non longè ab hoste abes-
sent, dato inter se signo cornibus sonantes, &
confractis amphoris, sublatoq; militari clamore,
certi Deum adesse Gedeoni, cum facibus in
castra impetu faciunt. Qua arte, accedentibus

diuinis nocturnis terroribus, tata inter semisomnes conslernatio exoritur, ut incomparabiliter plures mutuis vulneribus, quam hostili ferro caderet, quod diuersae lingue homines eadem castra haberent: scilicet enim paucore confusi, omnes obuios pro hostibus trucidabant. Tantæ cædis & Gedeonis uictoria rumor ubi ad ceteros Israëlitas pervenit, correptis armis fugientem hostem insequuntur: quem adepti circa loca torrentibus impedita hærentem circumueniunt, & quotquot ad manus uenerere occidunt, interq; cæderos reges etiam duos, Oribum & Zibum. Qui uero superfuere duces cum reliquis exercitus fermè decim & octo millia hominum, quantu potuerunt procul ab hoste castris locum ceperunt. Nec Gedeon defessus cum totis copiis eò prooperat, & ierum congressus postremò hoc conflietu ad unum omnes trucidat, & reliquos duos duces capit, Zebim & Hezarbonim. His prælijs cesa sunt Madianitarum & ceterorum Arabum, qui eis auxilio uenerat, circiter centum uiginii millia: præda etiam magna, auri, argenti, textilium, camelorum & iumentorum Hebrei sunt potiti. Gedeon uero reuersus in patriam suam Ephram, supplicium sumpfit de Madianitaru regibus. Ceterum Ephræmi tribus iniquo animo ferens Gedeonis bonā fortunam, bille cum petere decreuit, eo quod inscijs ipsis hostem esset aggressus. Gedeon uir in omni uirtute

virtute summus, modestè respondit, se non suo arbitratu hostem absq; illis aggressum sed iussu dñino. *Victoriā tamen nihil minus illorum esse, quām suā ipsorū qui militassent: atq; his uerbis sedata eorum ira, non minus profuit Hebreis quam rebus prospere gestis: oblitus enim ne ciuile bellum exoriretur. Huius tamen superbiae tribus hæc pœnas dedit, sicut suo loco dicemus. Porro Gedeon cū uellet imperium deponere, compulsus est id retinere per annos quadraginta, dicendo ius & libertus finiendis occupatus, populo rātum habente quicquid ille in causis coniuratis pronuntiaret. In senecta deinde mortuus, apud Ephram in patria sepelitur.*

Quomodo aliquot successores Gedeonis cum gentibus circumquaq; finitimis bella gesserunt. C A. IX.

Habuit autem filios legitimos quidem sc- x I.
ptuaginta, non ex uno matrimonio suscep- *Jud. 8. 9.*
ptos, nothū uero unum ex cōcubina Druma, cui
nomē Abimelchus. Is defuncto patre profectus
sicima unde mater fuit orīda, adiutusq; a ma-
ternis cognatis pecunia, cum uidetur malis arti-
bus insignes, & ad quodvis facinus promptius,
una cū eis ad paternas aedes reuersus, omnes fra-
tres interemit, excepto uno Iothanc: hic enim fu-
ga incolumitatē quæsitus. Abimelchus autem
occupata semel tyrannide, omnia pro suo libitu,
nihil iuxta legū præscripta gerire, omnibus iu-
stitiæ defensoribus iniurias & quæ ac infestus. Itaq;
n. 4 dum

dum quodam tempore publica in s̄icimis festiuit. as
 celebratur, ad quam plebs uniuersa conuenerat,
 frater eius Iothanes, quē fugā seruariū diximus,
 consenso monte Garizgo qui s̄icimis imminet,
 & sublata uoce ut ab omnibus exaudiri posset,
 silentiū ei populo prēbēte, rogauit ut pauca her-
 ba audire dignarētur. cumq; illi magis etiam si-
 lerent intenti, dixit quōd arbores oīm humana
 uoce usē, in conueniu ad id habito rogauerūt fi-
 cum, ut imperium in eas acciperet. Recusante au-
 tem illa, quōd cōtentā honore quem propter fru-
 Etus suos percipiebat, nō requireret alium: arbo-
 res non deſtituerunt principē quācere: uisumq; est,
 uiti hunc honorē deferre. Ea uero totidem uerbis
 quoē fucus recusauit, & simili modo etiam olea.
 Itum est deinde cum eisdem postularis ad rubum,
 cuius lignū ad ignaria ualeat. Is respōdit: si serio
 me regē poscitis, sub umbra mea requiescite: sin
 autem insidias mihi struitis, egrediatur ignis ex
 me, & absūmat uos. Hec, inquit Iothanes, nō ri-
 sus mouēdi causa uobis fabulor. sed quia maxi-
 mis beneficijs à Gedeone affecti, sublinetis Abi-
 melechū necatis fratribus principatū usurpare,
 cuius ingeniu nihil ab igne differt. Hac locutus
 recessit, & per trienniu in latebris montiū uixit.
 Abimelechi potētiā fugitans. Nec ita multo
 pōst, s̄icimīta pœnitētia ducti eorum que in fi-
 lios Gedeonis patrauerant Abimelechū ex ur-
 be & tota tribu expulerunt. Ille uero cogitabat
 quanto

quomodo ciuitatē aliqua clade afficeret: cumq; instaret uindemia, nō audebam colligere fructus, metuentes ne quid in cōmodi ab Abimelecho accepissent. Forte per eosdē dies cōtulerat se eō cum armatorū manu & cognatis quidam princeps nomine Gales: hunc exorauerūt Sicimitae ut tān eis per sui custodiam suscipieret, dū uindemia peragitur: cōperuntq; securè fructus conuictere, & per sodalitia cōenantes audibāt aperte in Abimelechum cōuictia iactare. & principis cognati dispositiis circa urbē insidijs, multos ex Abimelechianis in eas praeceperat interficiebant. Zebellus uero quidam e Sicimitarum primatibus, hospes Abimelechi, per nūtium ei significauit, quomodo Gales populum cōtra ipsum irritaret, hortatus etiam ut insidias ei ante urbē tenderet, se enim Galem illō adducturū: atq; ita fore facile ut inimico gratiam qualē meretur referat: quo factō curaturū se, ut cum populo reconciliet. Cumq; Abimelechus locū insidijs aptum cepisset, & Gales cum Zebello in suburbanis negligenter agcret, cōspectis repente armatis exclamat, Zebelle hostē uideo. Illo respōdente, umbras esse cautium: iam propiores cernens, Imo nō umbras sunt, inquit, sed uirorū cohors. Ad haec Zebellus, Nonne tu Abimelecho ignauiam obīcis? quin igitur ostendis qui uir sis, & armis hominem aggredēris? Gales uero turbatus excipit primū imperium: cumq; suos inferiores animad-

uerteret, amissis aliquot, ceteros intra mœnia recipit. Zebellus arrepta occasione, calumnias cum quasi uolens male pugnasset, effecit ut urbe pelleretur. Ceterum Abimelechus cognito quod Sicimitæ ad uindemiam reliquæ exituri essent, insidias circa urbē d'ponit: cumq; prodissent, tertiam suorū partem occupare portas imbet, ne ciuibus redditus in urbē patieret, ceteri uero dispersos circumueniunt. Itaq; ubiq; plurimæ cædes patrabatur: & urbe capita primo impeditæ solo & quata, saleq; in ruinis eius seminato, tum demum militem inde abduxit: atq; ita Sicimitæ sunt deleti. Quotquot autem per regionem dispalati periculi evaserat, collecti denuo, petra quadam occupata, locum natura munitum muro insuper cingere uolebāt. Sed hoc cōfiliū præuenit Abimelechus, qui quamprimum id cognovit, exercitū eō adduxit: & arrepto fasce arido, iufsisq; ceteris idem facere, breui petrā strue lignorum circumdedit, subiecloq; igne, & sombris ingestis flammatum ingentem excitauit, ita ut nemo enaderet, sed una cum uxoribus & liberis absurmentur. Numerus virorum fuit circiter mille quingentos, præter imbellē turbam satis magnam. Tale fuit Sicimitarum exitium: dolendum sanè, nisi quod meritas pœnas dederunt ingratiitudinis erga virum optimè de se meritum. Abimelechus autem Israëlitis Sicimitarum intermissione perterritis, uidebatur non fore præsentī fortunæ

tuna contentus , neq; prius conquieturus quām
 uniuersos perderet : mox enim exercitū ad The-
 bas duxit , et capto ex incursu oppido , circa tur-
 rim quandā refluit , que quōd esset nō mediocris ,
 populo fuit receptaculum . Hanc expugnaturus
 cūm prop̄ us iannam accessisset , mulier fragmi-
 ne mola demissō caput subenntis ferit : ad quem
 iētum humi collapsus rogauit armigerū ut se oc-
 cideret , ne mulieris manus perīsse diceretur : quo
 facto fratribus debitas impietatis pœnas exsol-
 uit , simul & crudelitatis , qua in scimicatas usus
 est : que quidē clades iuxta Iordanis præsagium
 illis accidit : ceterū exercitus duce mortuo , mu-
 lies in suas quisq; domos reuersus est . Israēli-
 tarum deinde gubernacula Iairus Galadenus de-
 tribu Manasse tide suscepit , uir tum rebus cate-
 ris , tum numeroſa prole felix : triginta enim filios
 habuit , equites egregios , & Galadene oppido-
 rum principes : is cum uiginti & duos annos in
 principatu uixisset , iam senex defunctus , in Ca-
 mone urbe Galadene est sepultus . Res autē He-
 bræorū rursum in peiorē statu erant , legibus au-
 toritatē suam non amplius obtinētibus : qua oc-
 casione arrepta Ammanitæ & Palestini cum
 ualido exercitu regionē eorū ingressi , omnia ra-
 pinis uastabant : & occupatis locis ultra Jordā-
 nem , traiicere flumen & reliquā regionem inuad-
 dere parabāt . Ei braui uero calamitatibus casti-
 gati supplices opem diuinā implorant , & uicli-
 mis

XII.
Jud. 10.

mis numen placare conati, rogabat ut iram finiret, aut certe moderatius exerceceret. Deus autem iam propitius, auxilium eis non negauit. Igitur
 Ind. II. Ammanitis Galadena cum exercitu ingressis,
 incole eius regionis obniā illis cū armis ueniunt,
 sed imperatore carebat. Erat autē quidā Iaph-
 thes, vir patris uirtute celebris, qui proprios mi-
 lites albat: ad hunc missis nuntijs rogabat ut im
 auxiliū ueniret, promittentes se perpetuū copia-
 rum imperiū ei tradituros. Ille nō admisit preces,
 causatus quod nullā opem ei iulerint, dum à frā-
 tribus manifestā iniuriam pateretur. Cum enim
 non esset eadē matre natus, sed externa quā pa-
 ter amore captus in ades induxerat, contempta
 eius solitudine eiecerūt hominem: tunc autem in
 Galadena degebant, omnibus quotquot ad se ue-
 nirent stipendia soluens. Tandem exoratus, & in-
 uiurādo accepto imperium copiarū penes se fo-
 re, militē suum cum eis cōiunxit. Et cum mature
 quicquid factō opus erat prouidisset, exercitu in
 urbe Mashphaca collocato, mittit legatos ad re-
 gem Ammanitarū, expostulatū quod res alie-
 nas inuaderet. Qui missis alijs oratoribus respon-
 dit, ipsos potius iniquè agere, qui Aegyptiorum
 fugitiui alienis bonis incubarēt: postulatq; ut de
 regione Amorea decederent, que ad maiorum
 suorū ditionem pertineat. Contra Iaphites nega-
 bat eum merito queri de adepta quondā Amo-
 raea, sed magis gratiā debere pro Ammanitide
 relictas:

relicta: potuisse enim Moysen & illā occupare.
 se uero agris nequaquam cessurū, quos annis iam
 ercentis Deo uolentie tenuissent, & potius litem
 hanc armis dirempturum. His dictis legatos di-
 misit: ipse uotum fecit, si uictoria potiretur, sa-
 crificaturū se quicquid domum reuerso primum
 occurrisset: cōgressus deinde cum hoste uicit egre-
 gię: fugientesq; persecutus est usq; urbē Mania-
 then: & ingressus regionē Amonitidem multas
 urbes deluit, præda militi cōcessa: finemq; serui-
 tuti imposuit, quam sua gens per annos decē &
 octo pertulcrat, fortunatior militiae quam domi.
 Redeunti enim obuiam facta est filia virgo, præ-
 ter quā nullos alios liberos habuit. Ingenuit pa-
 ter, ielus dolore nimio: dein cōquestus de impor-
 tuuo officio, indicauit uictimam esse Deo desili-
 natam. Et illa non illibenter accepit, gratula-
 toriam se fore pro uictoria patris & ciuium li-
 bertate hostiam. Num rogauit, ut sibi licet in-
 uentorem suam cum equalibus per bimestre tem-
 pus deplorare, atq; ita uoto patrem soluere. Quo
 impetrato, ad præfinitū terminum pater macta-
 tam holocausta obtulit, neq; legitimam, neq;
 Deo gratum sacrum faciens, nec quicquā pensi
 habens quid fama de hoc facto locutura esset.
 Petitus post hæc bello ab Ephrāmi tribu, quod
 sine illis in Ammanitias expeditionē fecisset, &
 nunc solus præda simul & gloria frueretur: pri-
 mò excusauit, nec ignorasse eos quod consanguini-
 nei

nei bello premerentur, nec auxiliū attulisse, quod uel non uocatos ferre decebat. Vtiro deinde accusauit, quod iniquè facerent, qui non ausi hostem aggredi, nunc contra cognatos ferocirent. Postire mō minatus est, pœnas sibi Deo uolente datus, si insanire pergerent. Ut uero nihil se uerbis proficeret sensit, accito è Galadena exercitu uenientes excepit: plurimisq; in cōflictu casis, & postquam in fugam uersi sunt, præmissis qui uada Jordanis occuparent, intercluso effugio, circiter quadraginta duo millia hominum peremuit: ipse expletis sex principatus annis defunctus sepelitur in patria sua Sebei, que sita est in regione Galadena. Huic in principatu successit Apsanes, natus è tribu Iudea, ex Bethleemis oppido: huic liberi fuere l. x. mares xx x. totidem deterioris sexus, quos omnes superflites reliquit, h. us nuptas, illos uxoribus cura & opera sua cōiunctos: cumq; nihil memorabile in principatu septuaginta gesisset, admodū senex diem obiit, in patria sua sepultus. Helon post huc assumpsit principatum, tribu Zabulonita: quo per decennium functus, nec ipse quicquam gesit memoratu dignum. Qui deinde successit Abdon Elielis filius tribu Ephraimia, ex urbe Pharathone, nihil præter numerosam prolem haber memorabile, alioqui per sumam securitatē & pacem, qua sub eo floruit, nulla data est ei rerum fortiter & gloriose gerendarum occasio. Filios habuit quadrag

draginta, nepotes triginta, atq; egregijs equiis-
bus septuaginta comitatus circumducetabatur,
quos omnes superstites reliquit. Mortuus est iam
senex, & in Pharathone magnificè sepultus.

De Sampsonis fortitudine, & quanta mala Palæ-
stinis fecerit.

CAP. X.

Post huius mortem Palæstini superauerunt Iud. 13.
Israëltas, & tributa ab eis exegerunt per
annos quadraginta. Ab ea miseria liberati sunt
in hunc modum: Asanoches quidam vir inter XIIII.
Danitas optimus, & patrie sue sine controvëria
princeps, uxorem habuit eximia pulchritudine,
suscipienda supra omnes eius etatis fœminas: ex
qua cum nihil liberorum susciperet, agrè ferens
orbitatem, in suburbanū faum, quod erat in cam-
po magno, cum uxore uenitans, cœbris precibus
solicitabat Deum, ut daret sibi liberos. Insanie-
bat autem in uxore p̄r amore, eratq; uehemen-
ter zelotypus. Cumq; aliquando sola ageret mu-
lier, spectrū se illius oculis obiulit angelus Dei,
specie iuuenis pulchri & magni, lacum nütium
afferens, fore ut fauore Dei nascatur eis filius,
pulcher & insigni robore: qui ubi ad uirilem
etatem peruerterit, compescendam esse ab eo Pa-
lastinorum insolentiam: insitq; ne capillitum
ei detondetur, utq; Deo sic uolente ab omni
alio potu abstineret, sola aqua contentus: postre-
mo addens à Deo se missum abiit. Illa marito re-
uerso angeli herba indicat, mirè prædicans iuue-

nis staturam & pulchritudinem, ita ut uir tali laudatione motus ad zelotypiam, nonnihil de uxoris pudicitia male suspicari inciperet: quæ uolens hunc mariti stultum mœrorē adimi, supplex Deum rogauit, ut iterum angelum mittere dignaretur, quod ille à coniuge etiam posset conspici: & impetrata hac gratia, rursum in suburbano uersantibus apparuit angelus soli mulieri: illa rogat ut paulisper maneat dum uirum adduciat: quo permittente, cum Manoche mox ad eum reuertitur: quo uiso, ne tum quidē suspicari desyat: rogauitq; ut sibi quoq; eadē indicaret. Illo respondente, satis esse quod mulier sciat: iubet quisnam esset dicere, ut nato filio referre ei gratiam & munus aliquod donare possint. Negauit ille sibi opus muneribus, nec enim horum causa de filio latum se attulisse nuntium. Cumq; iterū rogaretur, ut saliem hospitalem tractationem admitteret, nō annuit. Tandem exoratus ut paulisper maneret, dū aliquid affertur, cum mā classet hædū Manoches, coquendumq; uxori dedisset, paratis omnibus iussit deponi in petra, & panes & carnes absq; uasculis. Quo facto, uirga quā gestabat carnes attigit, cōfestimq; flamma emicante cū panibus absumptæ sunt, & angelus fumo tanquā uehiculo in cœlum ascendere ab eis uisus est. Manoche autem solicito ne quid periculi immiceret ex aspectu numinis, uxor bono iubet esse animo, affirmans magno suo bono

Deum

Deum se uidisse: cūq; cōcepisset, diligenter man-
 data retinuit. Nato demde insanti Sampson est
 nomen inditū, quod robustū significat: qui mox
 egregia animi ac corporis indole prāditus, pro-
 missio capillatio uicluq; sobrietate diuinum ne-
 scio quid p̄ se se cerebat Cūq; adolciuisset, comi-
 tatus parentes in Thamnam urbē Palæstinorū
 conuentus ī epore, implicitus amore puellæ indi-
 gene, rogauit suos parentes, ut id connubiuū pro-
 curarent. Quibus excusantibus quod diuersi es-
 sent generis, quodq; religio ueraret eiusmodi nu-
 ptias, uicit iuuenis pertinacia, effecitq; ut virgo
 sibi despōderetur. Crebrò deinde sponsam inter-
 uisens, in itinere in leonē incidit, nec tamen eius
 occursum declinauit, licet intermis: sed nudis ma-
 nibus adorius belua fauces elisit, eiusq; cadaver
 in dumetū uiae uicinū abiecit. Aliquot post die-
 bus eandē uia ad puellā remetiēs, offendit ex a-
 men apum mellificare in leonis pectore, & sum-
 ptis inde tribus fauis, eos cū ceteris muneribus
 adamata obiulit. Ad nuptias deinde celebran-
 das Thamnitas cōuocat, qui quod uires eius ha-
 berent suspectas, honoris specie triginta affecta-
 tores ex æqualiū numero iuueni adhibent, iussos
 obseruare nequit auderet. Coniuinis deinde ut fit
 hilarescētibus, ait se quæstionē proposuerū suis
 sodaliib⁹, quæ si intrā sex dies soluerēt, cuiq; fin-
 donē se daturū & tunica: qui tum quod sagaces
 uidcri cuperēt, tu quod lucru nō fastidirēt, subēt

cum proponere. Ille, Ex uoraci, inquit, cibus prodijt, & ex immitti suauitas. In his explicādis cū hæsissent triduo ncc proficerēt, puellā aggrediuntur minus simul & precibus, ut expiscata secretum ē marito indicū sibi faceret. Ille repulsis ali quandiu blāditys, cū rogādi finē non faceret, & lacrymās gratā se illi negaret, tandem nihil suspi-
 cans rē totā de leone aperit, & unde tres illos fa-
 uos nāctus fuerit; illa iuuenibus prodit omnia.
 Ergo cū p̄finita soluenda quæstionē dies ades-
 set, ante solis occasum conuenientes: Neq; leone,
 inquit, quicquā occurrēti immuius, neq; molle
 gustāti suauius. Ibi Sampson subiecit, neq; mu-
 liere dolosius, quæ nobis quæstionē nostra ape-
 ruit. Nihil minus illis persoluit quæ promise-
 rat, spoliatis quibusdā Ascalonitis quos fortè
 per viā inuenit obuios: sed iratus mulieri remis-
 so nūtio res suas sibi habere iusbit ac gerere. At
 puella cōtempta ut uicissim illi moueret stom-
 chum, nupsit eius sodali qui priores nuptias cō-
 iud. 15. ciliaverat. Hac contumelia cōmotus Sampson,
 decreuit de tota gente pœnas sumere: & cōmo-
 dum maturis segetibus tēpus iā mēsis aderat.
 Ergo cōprehensis trecentis uulpibus, & facibus
 ad caudas earū annexis, per arua Palæstinorū
 omnes dimisit, quibus passim discurrentibus totus
 frugū prouentus momento ferē tēporis con-
 crematus est. Quo cognito gentis principes, &
 quid Sampsonē ad perpetrandum facinus mone-
 rit

rit, missis in hoc Thamman satelliibus, uxorem
 quondam eius cum cognatis, damni dati reos prius
 factos, viuos exusscrunt publicè. Sampson autem
 in Palestinos latè grassatus cædibus, ad habi-
 tandam. Etiam se contulit: ea est petra bene fir-
 ma, in tribu Iudea sita. At Palestini tota tri-
 bus bello impetu: quibus bellum deprecatis,
 quod nec Sampsonis culpa essent affines, nec de
 solenni tributo quicquam diminueret, responsum
 est non absoluendos ab hoc crimine, ni Sampsonis
 dæditionem facerent. Illi uolentes hanc suspicionem
 à se amotam, armatis tribus milibus ad petram
 uenient: et expostulantes quod suis facinoribus
 Palestinos Hebreis infensos redderet, qui irri-
 tati facile possent toti genti magnam aliquam cla-
 dem repudere: dicentesque; in hoc se uenisse ut co-
 prehensum illis dederet, postulabat ut consensu
 ipsius facere hoc sibi liceat. Qui iure iurando ac-
 ceptron nihil præterea molituros, sed hosti tanum
 dæditionem facienda, descendens de petra in cognac-
 ea gentis potestatem se permisit: et illi uinculum
 prius duobus funibus, Palestinis tradendū du-
 cebant. Cumque; ueniret ad locum, qui obscurus
 ante, nunc ex Sampsonis facinore inclinuit, Ma-
 xilla nominatus, nec procul abessent à castris
 hostium, procurreribus obvia Palestinis, et lati-
 tiam re ex sententia gesta clamore testansibus:
 Sampson abruptis repete uinculis, arreptaque; ma-
 xilla asini quæ fortè iacebat præ pedib; in me-

dios hostes irruit: qua scriēs quoiquot assequi potuit, circiter mille interclusis ceteros meru dare erga cōpulū. Quā uictoria plus fariis elatus, et opis diuinæ immenor, cū totū sibi tribueret, quod maxilla tantū armatus fudisset ac fugasset hostiles copias: ingēti sui oborta, cōf. ssus nihil esse quāt aslibet uires humanas, Deo uictoriā acceptā retulit: supplicxq; rogauit ut arrogātia data menia, succurreret, & periculo se eximeret. Nec irrita fuere preces, sed copiosus fons subiō è quā dā petra prorupit: loco Maxille nomē Sampson imposuit, quod in hodiernū usq; durat. Post hoc praliū iā Palestinos cōtemnes uenit Gazā, &
 Iud. 16. in publico diuersorio egit. Quo audito Gazaeorū magistratus, ne clā abire posset, statioēs pro portis collocant. Sampson uero qui misdias mature senserat, circa mediam noctē surgēs, portas cum ipsis claustris ac uestibus ceteroq; paratu reuulsus, & humeris impositas, in mōre qui est supra Hebronē perlatas depositus. Paulo uero post à patrūs institutis desciscere, & in peregrinos mores degenerare incepit, quod ei omniū malorum fuit principiū. Cū enim meretricē quādā Palestinā adamasset, nomine Dalalē, cōsuetudine eius delectabatur. Quāobrē qui apud Palestinos rerū potiebātur acceditū cā, & magnis pollicitationibus inducūt, ut eliciat ē Sāpsone causam tati roboris, propter quod iniictus habereetur ab hostibus. Affensit illa, & cū prima occasio

casio data est, inter cōpotationem & muliebres
 blādicias extollēs eius res gestas, omni astu uie-
 batur ut cognosceret cur tātopere uirent exceil-
 leret. Sampson uero adhuc mētis cōpos eisdē ar-
 tibus cōtra mulierē uiēs: si septenī, inquit, uiri-
 bus flexilibus reuinclus fuero, siā nihilo alijs for-
 tior. Tacuit illa, rē ita se habere putās: cōmuni-
 catoq; super hoc cū magistratibus cōsilio, inclu-
 saq; in penitiore domus parte manu militū, be-
 ne potum ac sopitū accurate ab ipso didicerat
 uinxit: deinde excitato indicat adesse quosdam
 qui illū uelleā aggredi. Ille ruptis uirgeis uinculis
 ad resistendū se expedīt. Mulier tunc frustata
 paulo post alia opportunitatem naēta, granibus
 querelis aggressa est uirū, quōd amāti nō satis fi-
 dens, celaret ea id, quod maximē scire cupereet,
 ac si nesciat taccre, quicquid alios scire amasio
 suo nō expedīt: rhysumq; simili figmēto elusa est,
 cū septē fumib⁹ alligatū perditurū se uires di-
 cēret: experīta enim hoc quoq; nihil effecit. Cūq;
 urgere nō desisteret, uerbi mulierē ludificari s̄t,
 dicens capillos suos oportere impletī licio, atq;
 ita parari uincula. Ac ne hoc quidē uirū ex-
 perīta, postremō adhibitis omnibus artibus non
 prius rogādi finē fecit, quā fatali iā necessitate
 instatē, uiclus importunitate Sampson in gratiā
 mulierculæ suū ipse secretū prodidit: Deus, in-
 quīt, mei curā habet, & eius prouidentia natus
 hāc comā aeo, cuius tonsurā ipse multi intermi-

natus est: nā in eo capillitio totas sibi uires cōfīstere. Hoc cognito, nesciēti comā derasit, & hoc pætlo imbecille fallū inimicis prodidit, repugnare amplius nō ualēt: illi orbatū oculis & uinctū abduxerūt. Procedente deinde tēpore cū iam capillus repulūtaret, cūq; solēne Palæstinis adesset epulū, cōfidentibus optimatibus in quodam fano cuius tectū duabus columnis sustinebatur, accitus est & Sampson ut misero inter cōpotandū illuderent. Qui hoc extremū malum existimans quōd illusores ulcisci nō quiret, iubet puerū, à quo manu ducebatur, ut ad illas columnas se acclinet, iam, ut tū simulabat, defangazatum: quibus admotus, sic eas cōcussit, ut subuersa totius adificij ruinā traheret, qua tria milia hominū sunt oppressa, & inter cæteros ipse Sampson. Hic finis viri fuit, exacto principatus anno uigesimo, admirādi ob incōparabilem animi simul ac corporis fortitudinē, qua in hostiū perniciē usq; ad extremū halitū usus est. Nā quōd à muliere decepīus est, humanae infirmitati imputari conuenit, proue ad eiusmodi uitia: cætera dignus sempiterna memoria uirtutis nomine. Cognati uero eius cadaver in patriam reportatum, apud Sarasam oppidum monumento maiorum intulerunt.

Quomodo filii sacerdotis Elis à Palæstinis
in prælio sunt cæsi.

C A P V T X I.

Post

Post Sampsonis autem obitu presulit Israeli- XIIII
pis Elis p̄t̄fex, in cuius principatu famos Ruth 1.
 ualida ea regione inuasit: quā nō serens Abi-
 melechus Bethlemorū ciuis, quod oppidū est tri-
 bus iude, assump̄ta uxore Naamis, & filiis cō-
 munibus Chellione & Mallone, in Asorabiticā
 terrā migravit: cumq; ibi prospera fortuna ute-
 retur, filiis suis uxores dedit eius ḡcis feminas,
 Chellioni Orphā, Ruthem Malloni. Exacto au-
 tem decēnio Abimelechus cū filiis breui tēpore
 aliis post aliū obiit: quo casu Naamis in maxi-
 mum macrorēm coniecta, desolata à charissimis
 quorū consuetudinē amorī patriæ prætulerat,
 mutato pro re consilio reuerti ad sua decreuit:
 iam enim res patriæ in meliori statu esse percep-
 perat. Nurus autem eius nō sustinbat ab ea di-
 uelli, & uelit nolit comitari eam uolebant. At
 illa precata eis felicius coniugium, quam in quo
 cū filiis suis uixissent, & in reliquis rebus pro-
 speritate, & docens quod in se nihil esset opis,
 rogabat ut maneret, neue relēcta patria in cūc-
 tū incertū sequi miserā socrū cuperet. His moni-
 tis Orphā paruit: Ruthē uero nolentē manere, ei
 insuis fortuna fuera sociā secū socrus abduxit.
 Que postquā una peruenierunt Bethlema, Bozus
 Abimelechi cognatus eas exceptit hospitio.
 Cumq; Naamis à ciuib⁹ suo nomine appella-
 retur, iuslius, inquit, uocaretis me Mara signifi-
 cat autē Hebraorū sermone Naamis felicitate,

Ruth 1. Mara dolore. Et cum esset messis tēpus, Ruthē permisſu socrus exibat ad spicilegiū, ut cibos sibi pararēt, casuq; in Bozī rus deuenit: qui cum paulo post superueniſſet, cōſpicatus puellā, de ea uillicū percōtatur. Is denarrauit omnia domino, quæ paulo ante ex ipsa cognouerat: qui ex osculatō in ea benevolentia erga socrū, & affectū erga defunctū maritū, noluit spicilegio contentā esse, sed permisit ut sibi ipsi meteret quātū posset, ac sumeret: mādāuitq; uillico, ne ea prohiberet, & ut una cū messoribus prādiū ac potū ei præberet. Ruthē uero acceptā ab eo polentā seruanit socrui & uespere cū frugibus collectis simul atulit: (sed & Naamis seruauerat sibi quasdam partes ciborū, quos ei uicini cōtulerant) narrat deinde socrui, quidei Bozus dixerit: auditōq; ex ea quod cognatus esset, & propter pietatem forsan curā carū habiturus, exiuit etia sequētibus diebus ad spicilegam cū Bozī ancillis. Post aliquot dies iā hordei tritura peracta uenit Bozus in suū rus, & cubabat in area. Hoc cognito cogitauit Naamis in rē ambarū fore si Ruthē cū eo cubaret: nūsiq; eò Ruthē dormituram ad pedes eius: quæ nefas rata non parere socrui, fecit quod iussa est. Ac primō nō sūnit hoc Bozus altū dormiēs: sed circa media nocte experieclus: sentiensq; ea una cubare, quæsinit quæna esset. Edidit illa nomē, & famula se in eius potestate dixit. Tacuit ille tum, sed mane summo prius

priusquam famuli ad opus surgeret, excitatam
 iussit hordei quantū ferre posset capere, & pri-
 usquam aliquis eā ibi dormisse uideat, ad socrū
 redire: cauendos enim tales rumores, maximè si
 nō de nihilo oriātur. Ceterū meū, inquit, consiliū
 est hoc: rogabis eū qui tibi propinquior est quām
 ego, ante uxore opus habeat: quod si aiat, seque-
 ris eum: si minus, mea legitima cōiux eris. Hac Ruth 4.
 herba ubi renūeauit socrū, bonā spē habuerūt,
 Bozores earū curae futuras. Circa meridiē uero
 reuersus ille in oppidiū, senatū coire fecit, ac mox
 Ruthem & cognatū illi accinuit. Qui postquam
 uenit, Abimelechi, inquit Bozus, et filiorū for-
 tem possides. Fassus est alier possidere se, idq; in-
 re propinquitatū. Tum Bozus, ergo nō ex parte
 tantum legū meminisse oportet, sed omnia iuxta
 præscriptū earū facere: Ecce adeſt mulier, quā si
 uis possessionē agrorū retincre, lex te ducere im-
 bēt. At ille Boz & sorte & mulierem ceſſit,
 quādoquidē & ipſe defunctorū eſſet cognatus.
 Si bi enim iam & uxorē eſſe & liberos. Id Bo-
 zus apud senatū cōstitutus, iussit mulierē acce-
 dere illum, & iuxta legē calceū ei detractū in-
 faciūt incutere: quo factō Bozus duxit Ruthē.
 & anno elapso natus est illis infans masculus:
 hunc Naamis nutricās Obedē de cōſilio mulie-
 rum nominanit, ſibi in ſenectute cōſtituta in-
 ſcruiturū: nam ea nox Hebræis inſeruicīt signi-
 fierat. Ex Obede prognatus eſt Iſsac: ex hoc

x 5 David

David rex, qui postleris suis regnū reliquit per
uiginti & unā etates duraturū. Hac necesse ha-
bui de Rute narrare, uolens Dei potentiā ostē-
dere, cui facile est etiam uulgares homines ad
amplissimā dignitatē perducere, sicut perduxit
Davidem ex mediocribus maioribus oriundum.

xv. Porrò Hebrei per hoc tempus rebus suis iam
1. Reg. 1. labantibus, bellū Palæstinis inferūt ob causam
talem: Eli pontifici duo filii fuerūt, Ophnes &
Phinees: hi cōtra omne ius & fas omnia sibi
licere uolebant: nec cōtenii honorarijs muncri-
bus, etiā à rapinis nō abstinebant: mulierū insa-
pers, religionis ergo confluentū ad sacrū locū, pu-
dicitia uel ui uel donis expugnabant, ita ut ni-
hil à tyrānorū moribus differrēt. Hanc insolent-
tiā iuuenī & pater ipse magnoperè detesta-
batur, diuinā ultiōē nunquā non expeclās, &
populus iniquissimē ferebat. postquam autē illo-
rum exitiū Deus & patri & Samuel: prophe-
tae etiām pucro prædicti, tū uero nō aliter quā
defunctos filios lugebat. Sed priusquam de clade
in qua sunt absumpti dicā, quedam de hoc pro-
pheta narrāda sunt. Ei canes Leuita uir inge-
nuus Ramahā urbe in forte Ephræmitarū ha-
bitans duas uxores habuit, Annā & Phenan-
nam: ex quarū posteriore liberos suscepit, nihil
ominus alterā quamquā sterilem diligēs. Is cum
sacrificatiū uenisset in silentē, ubi tunc Dei ta-
bernaclum suisse diximus, & de epulo partes
uxori

uxoribus ac liberis distribueret, Anna uidens alterius liberos cum matre confidentes, in lacrymas prorupit, admonita orbitatis & solitudinis: cumq; consolationem mariti non admitteret, abiit in tabernaculum supplicatura, notumq; factura, ablata sterilitate matrem factam primum filium se consecraturā, ad ministeria Dei non uulgari more educatum. In huiusmodi precibus longas moras protrahentem animaducens Eli pontifex, qui ante tabernaculum sedebat, tanquam parum sobriam iussit abire. Quae cūm respōdissit, aquam se potare, sed mœstam quod liberis careai, precibus à Deo sterilitatis remedium petere, bono animo eam esse iussit, pollicitus habituram ex Dei munificentia filium. Tum demum hilaris ad maritum reuersa, cibis antē p̄mōrōre fastiditis usā esl: in patriam deinde reuersa, breui uterū gerere cœpit: mox ubi pariendi tempus aduenit enixa filium, Samueli nomen indidit, quasi dicas ex operatu à Deo. Cūq; parētes gratias acturi Deo pro accepto filio, & sacrificaturi redissent, simulq; decim.us ex more affrēctes, mulier noti rete puerum Eli tradidit, Deo cōsecratū, prophetāq; futurū: itaq; & comā alebat, & aqua tantum in portu utebatur, degebatq; circa fanum, cuius ministerijs educabatur. Hēc cana autē alij p̄terea filij ex Anna nati sunt, & filii tres. Porro Samuel exacto anno etatis duodecimo prophē

Dauid rex, qui posteris suis regni reliquit per uiginti et unam annas duraturum. Hac necesse habui de Ruth narrare, uolens Dei potentiam ostendere, cui facile est etiam uulgares homines ad amplissimam dignitatem perducere, sicut perduxit Dauidem ex mediocribus maioribus oriundum.

xv. Porro Hebrei per hoc tempus rebus suis iam
1. Reg. 1. labantibus, bellum Palæstinis inferunt ob causam

talem: Eli pontifici duo filii fuerunt, Ophnes et Phimees: hi contra omne ius et fas omnia sibi licere uolebant: nec conteni honorariis munericibus, etiam a rapinis non abstinebant: mulierum insuper, religionis ergo confluentium ad sacrum locum, per dicitur uel uel donis expugnabant, ita ut nihil a tyrannorum moribus differreret. Hanc insolentiam iuuenit et pater ipse magnoperè detestabatur, diuinam ultiōem nunquam non expectans, et populus iniustissime serebat. postquam autem illorum exitum Deus et patri et Samuel prophetae etiamque pueru predixit, tu uero non aliter quam defunctos filios lugebat. Sed priusquam de clade in qua sunt absunti dicam, quedam de hoc propheta narranda sunt. Elcanes Zenita uir ingenius Ramathah urbe in foro Ephraimitarum habitans duas uxores habuit, Annam et Phenannam: ex quarum posteriore liberos suscepit, nihilominus alteram quanquam sterilem diligens. Is cum sacrificium uenisset in silentio, ubi tunc Dei tabernaculum fuisse diximus, et de epulo partes uxori

uxoribus ac liberis distribueret, Anna uidens alterius liberos cum matre confidentes, in lacrymas prorupit, admonita orbitatis & solitudinis: cumq; consolationem mariti non admitteret, abiit in tabernaculum supplicatura, uotumq; factura, ablata sterilitate matrem factam primum filium se consecraturā, ad ministeria Dei non uulgarī more educatum. In huiusmodi precibus longas moras protrahentem animaduertens Eli pontifex, qui ante tabernaculum sedebat, tanquam parum sobriam iussit abire. Quæ ciam respōdissit, aquam se potare, sed mœstam quod liberis careai, precibus à Deo sterilitatis remedium petere, bono animo eam esse iusfit, pollicitus habituram ex Dei munificencia filium. Tum dictum hilaris ad maritum reuersa, cibis antè p̄mōrōre fastiditis usā est: in patriam deinde reuersa, breui uterū gerere cœpit: mox ubi pariendi tempus aduenit enixa filium, Samueli nomen indidit, quasi dicas ex operatū à Deo. Cūq; parētes gratias acturi Deo pro accepto filio, & sacrificaturi redissent, simulq; decim.us ex more affirctes, mulier uoti recte puerum Eli tradidit, Deo cōsecratū, prophetāq; futurū: itaq; & comā alebat, & aqua tantum in potu utebatur, degabatq; circa fanum, cuius ministerijs educabatur. Helcana autē alij p̄terea filij ex Anna nati sunt, & filiae tres. Porro Samuel exacto anno etatis duodecima prophē

1. Reg. 3. prophetā agere cœpi. Quadū enim nocte dor-
miente Deus nomine uocauit. tum ille ratus à
pontifice se uocari. accurreret ad eum. Quo negan-
te à se uocatū. Deus idem tertio fecit. Tum Elis
rem perspiciens ait: Ego mi Samuel nūc quoq;
ut anīē s̄lui. sed Deus te uocat: quapropter
præsto esse te respōde. Itaq; rursum Deo uocan-
te. rogauit quid iuberet. p̄paratiū se ad ministere-
rium offerens. Tum Deus. Quando. inquit. præ-
sto es. audi imminere Israēliis cladem maiorem
quam credibile est. & filios Elis ambos una die
perituros. & sacerdotiū meū migraturū in fa-
miliam Eleazari. Elis enim pluris fecit suos fi-
lios quam meū cultū. idq; ne cū ipsorū quidē cō-
modo. Hoc oraculum cū ab admirato extorsisset
pōtis sex. alioqui sc̄e nō cōtristaturo. certiorē iam
expectationē exitū filiorū habuit Samuelis au-
tem gloria magis ac magis crescebat. omnes

XVI. eius prædictiones ueras euenuit approbāte. Per
1. Reg. 4. idem tēpus Palastini suscep̄ta expeditione con-
tra Israēlias. castramēati sunt apud urbem
Amphecam: & nemine ibi occurrēte. ulterius
processerunt: tandem cōgressi prælio. Hebræorum
circiter quatuor millia peremserunt. reliquis tre-
pidē in castra compulsi. Quamobrem Hebrei
periculum extremū instare putantes. misiunt ad
pontificem atq; senatum. qui postulant arcam in
aciem pr̄ ferri. ut eius præsentia freti hostem
superent. ignari eū qui sententiam semel aduer-
sum

sum eos tulerat fore ut uincerentur, maiore esse
quā arcam, quae propter ipsum erat ueneranda.
Vt nūc igitur arca in exercitu, & cū ea pontificis
filij accepto à patre mando, si amissa arca
uiuere sustincent, ne unquam in cōspectum fibi
ueniant: quorū Phinezes iam sacerdotio fungen-
batur, patre propter senium honorē concedente.
Vt hemēter autē Hebreis arca animos addidit,
uictoriā in hac sitā existimātibus: contra ho-
stes metuebant ne arca Israelitis esset præsidio:
atamen utrorumq; expectationem euenuit fe-
sillit. Nam post conflictum sperata Hebreis ui-
ctoria, Palestini coniigit: & quam cladem hi
timuerant, eam Hebrei passi, cognouerūt frustra-
se in arca fiduciam collocauisse: namq; primo
impetu in fugam sunt auersi, in qua triginta ho-
minum millia sunt amissi, inter quos pontificis
filij ceciderunt, & arca quoq; in hostium poti-
statum deuenit.

Quomodo Elīs audita filiorum cōde, & arce amis-
sione prouolutus de throno expirauit. C. A. XII.

Hanc cladem & arce captiuitatē post- *Ibidem.*
quam in Siluie Beniamita quidam iu-
nenis agrē fernatus ē prælio renuntianit, tota
urbe repleta luctu, Elīs pontifex, qui ad alterā
portam sublimis in sella sedebat, audito ciuila-
tu, suspicatus id quod res erat, noui aliquid ma-
li suis accidisse, iuuēti accersit: cumq; audisset
cūnium pralij, tam militum quam filiorū cla-
dem

dem satis aequo animo tulit, ut qui Deo prænum
tiante iam antè hæc præsciuerat: Solent enim
longe grauius afficere que præter expectationē
accidunt. Ne uero etiam arcam in hostium po-
testatem factā cognouit, insperato malo ielus,
et doloris impatiens, prolapsus è throno exha-
lauit animam, uita anno nonagesimo octauo,
principatus quadragesimo. Eadē die Phinees
quoq; alterius è filijs uxor obiit, non ualens su-
pereſſe mariti infortunio. Peperit ea filium se-
ptuaginta quidem, uitalē tamen, cui ob ac-
ceptā ignominiam Ioachabes fuit nōmē, quam
ea uox apud Hebreos significat. Primus autem
hic Elis ex Iacobari familia, qui fuit alter
Aarons filius, pōtificatum obtinuit: nam antic
in Eleazarī familia fuit hoc sacerdotiū, quod
filius à patre per manus accipiebat: ille enim
Phineesi id tradidit, quod mox filius et suc-
cessor eius Abiezires filio suo Boceia reli-
quit: ab hoc Ozis filius eius accepit, post quem
Elis sacerdotio potitus ist, de quo nunc lo-
quimur: quod mansit eius generi usq;
ad Solomonis tempora, quan-
do ad Eleazarī fami-
liam rursum
redijt.

F L. 10

FL. IOSEPHI AN-
TIQUITATVM IV-
DAICARVM LIBER
SEXTVS.

Quomodo Palæstini peste & fame coacti arcam
Hebreis remiscrunt.

CAP. I.



A R T A de Hebreis uictoria, 1. Reg. 5.
sacraq; arca, quemadmodum
diximus, capta: Palæstini cum
ceteris spolijs Azotū eam re-
serunt & in fano Dei sui Da-
gonis inter donaria collocant. Sequenti uero die
mane uenientes ut adorarent Deum suum, in-
uenerunt eum è basi excidisse, & prouum pro-
stratum ante arcam: quod agrestes, in pri-
mum locum eum reponunt. Cumq; sepius illuc
accidentes, semper proslvatū & adorabundum
reperirent, stupor maximus ac perturbatio totū
populum inuasit. Fostrremò grauissima pestis
Azotiorum urbem atq; agrū adorta est. cor-
repti enim dysenteria cruciabiliter moriebātur,
nonnulli intranea uiuita morboq; corroso cuo-
mebant. Agit uero totus scatibat muriibus, qui
omnia uastantes, nec segelibus parcebant, nec
ceteris fructibus. Eius calamitatibus Azotij
presi, nec ualentis amplius tolerare, intellectex-
runt arcam in causa esse, & uictoriā cū eius-
modi spolijs luctuosam sibi contigisse. Misserunt
igitur

igitur ad Ascalonitas, postulantes ut arcam in
 ipsorum urbem transferrerent: qui non grauatis Azotiorum legationi annuentes, cupide arcam ad se re-
 ceperunt, moxque eisdem, quibus illi, malis labora-
 uerunt: cum arca enim simul etiam calamitates
 sunt translate. Itaque hinc quoque ablegata est ad
 alios, sed ne apud illos quidem permisura: agi-
 tari enim eisdem pestibus, ad vicinas urbes eam
 transmicerant: atque in hunc modum quinq; Pa-
 lestinianorum urbes peragata est arca, ueluti tri-
 butum per singulas paenam uiolatæ religionis exi-
 gens. Quæ defessa tot malis, & alijs exemplum
 factæ ne arcam recipere talia hospitiū premia
 referent, nihil superesse uidebant, quam ut bono
 aliquo modo à se eam ablegaret: & ciam conve-
 nissent quinq; ciuitatum principes, Gittæ, Acca-
 ronis, Ascalonis, Gaza & Azoti, dispicie-
 bant quid factio opus esset. Ac primū uisum est
 remittendam esse arcam ad suos, cuius capiuitate
 Deus ulcisceretur, quum tot mala simul cum ea
 regione ingressa homines & agros uastare non
 desinat. Nec defuerunt qui huic sententiae contradi-
 cerent, negantes haec impuram captiuæ isti ar-
 cae: cuius si tantæ uis esset, aut si omnino Deo ca-
 ria suisset, nunquam illam in diversæ religionis ho-
 minum manus deuenire permisisset: suadentesque
 ut hos casus & quo animo ferrent, & sic cogita-
 rent, haec omnia non aliunde quam à natura pro-
 venire: qua & corporibus, & terris, & plantis,
 & aeris.

& ceteris potentiae sue subditis per certas temporū nices huiusmodi mutationes ingenerare solet. Sed uicit sciētia probatae prudentiae hominum, qui rūc aptiora ad propositū negotiū censere uidebantur. His neq; remitti arcā placuit, neq; retineri: sed pro quinq; ciuitatibus quinq; statuas aureas dedicari Deo in testimoniu[m] gratitudinis, quod cius fauore scrutari esset ex ea peste quā humanis remedīs euadere fuerit impossibile: & totidem mures aureos addi illis similes qui agris uastitatē intulerunt. His omnibus in loculum inclusis & super arcā impositis plaustrū ei nouū fabricari: uaccas deinde nuper enixas plaustro subiungi, inclusis domi earū uitulis, ne sint impedimenta matribus, & ut fœtu[m] desiderio magis properent: ipsas uero deduci in triuium arca uehētes, atq; ibi relinqui, ut quācunq; uelint uia īneāti. Et si quidē ad Hebræorū regionē se uerterint, ad eāq; perreixerint, credere arcā fuisse calamitatū causam: sin alio deflexerint, retrahēdas ex itinere, indubitate argumēto nihil in hac messe uiriu[m]. Hoc cōsiliū omnibus calculis est approbatū, quod mox opere sunt exsecuti, et paratis quae diximus, productoq; in triuium plaustro ac ibi relicto ipsi retrorsum discesserūt.

Victoria Hebræorum ductu Samuelis. C A P. II.

Vaccis autē uerā uiam ingressis, & re- ibidem.
Elā nō aliter quam si deduceretur tenden-
tibus, principes Palestinarum sequabantur, cu-
y piemtes

pientes cognoscere quò peruenirent, & ubi plaustrum sisterent. *Vicus* est quidam in tribu Iudea, nomine Bethsama: huc postquam uenerunt uaccae, tametsi pulchram planitatem ante se haberent, ulterius tamen non sunt progressae, sed ibi plaustrum statuerunt: ad quod spectaculum à uicanis mox cù gratulatione est cōcursum. Cùm enim esset astas, & fruges ex arnis cōportarentur: ut uiderunt arcā, p̄gaudio mittētes opus è manibus, ad plaustrū illud properabant. Demptā deinde arcā, & uas quod statuas illas ac mures cōtinebat, in petra quadam que in capo exstabant, deposuerunt: & accitis uictimis peractoq; sacrificio splendide epulati, plaustrum simul ac uacca holocausta Dōc fecerūr: quo niso principes Palestinarū retro ad suos sunt reuersi. Ceterum indignatio Dei Bethsamitas inuasit, ex quibus septuaginta occidit, quod cùm non essint sacerdotes, profanis manibus cōrectare arcam sine ausi: que res letitiam uicanorū nono luctu nonnihil obscurauit, eò magis, quod suos nō sazali morte, sed diuina ultiōne extinctos desiderabant: quamobrē indignos se ducentes qui hospitium arcæ praberēt, mittunt nuntios ad universos Hebreos, qui certiores faciant de arca à

Reg. 7. Palestinis redditā. Illi re cognitā transferunt eam in Cariathiarim, urbem uicinā Bethsamitus, atq; ibi apud Aminadabum quendam Leuitam, opinione religionis ac iustitiae celebrē, in adibus

ædibus eius collocant, idoneū sacerario locū exi-
 stimantes, ubi vir iustus haberet domiciliū. Cura
 arce cōmissa est eius filiis quam per uiginti an-
 nos cū summa laude gesserūt: tot enim annos in
 Cariathibari māsit, quatuor solis mensib[us] apud
 Palæstinos detinere. Cumq[ue] populus toto hoc t[er]r[ae]
 nicensio uotis & sacrificijs operam daret, ma-
 gnamq[ue] religionē & cultus diuini curā p[ro]fe-
 ferret, propheta Samuel animaduersi corū p[ro]-
 ptitudine, putans se naclū occasione adhortādi
 ad libertatiē, & bona que illam sequuntur, ora-
 tionē & tēpori accōmodans & negotio, uerba
 in hāc fermē sententiā ad eos fecit: Viri israeli-
 ta, quandoquidē nec hostis infestus esse definit,
 & Deus uestris precibus flexus propitius esse
 incipit, oportet nō uotis tanū libertatiē expetie-
 re, sed eō totis viribus incumbere, ut uel nāc tan-
 dem illa potiri cōtingat. Caute ergo ne uestris
 met moribus hac indigni reddamini, sed pro se
 quisq[ue] colat iustitiā: expulsisq[ue] omnibus uitijis
 ex animo, purgatas mētes ad Deū cōuertite, &
 in eius ueneratione constanter perseuerate: h[oc]c
 enim facientibus breui omnia bona uenient, &
 in primis noua libertas, & uictoria de hosti-
 bus: que neq[ue] armis, neq[ue] robore corporū, neq[ue] co-
 piarū multitudine cōsequi licet: non enim his re-
 bus Deus præmia proposuit, sed probitati ac ius-
 sticie: qui uestra expectationē nō sallet, mihi cre-
 dite. Hāc adhortationē alacris populūs fax̄stis

y 2 . accl[amatio]

acclamatio[n]ibus excepit, promptū se offrēs ad omnia quaecunq[ue]; Deus uelit ac iubeat. Samuel autē edixit ut cōuenirent in oppidū Massphatim, quæ nox conspiciū significat; ibi hausta aqua libauerūt D[omi]no, & indicto unius diei ieunio publicè supplicatiū est. Nec latuit Palastin[us]os Hebreos circa Massphatim congregari, sed cōfīstītū cū magno exercitu affluere, sperantes sc̄ illos nec opinos posse opprimere. Quapropter trepidi ad Samuelē concurrūt, consiliū dubijs rebus petētes, nihil dissimilantes non esse sibi satis uel uiriū uel animi ad cōfigēdū cū tā potēte hoste, à quo toties uicti discessissent: et libēter quieturos si licet, ne ultrō sibi pernicium accersere uideatur. Cōncusse se ad supplicationes & sacrificia, utq[ue] sacramēto ad mulitiā adigerētur: nūc imparatiis et inermib[us] imminere hostē, ut nulla spes salutis superfit, ni Deus a propheta exoratus periclitātes in tutelā accipiat. Ille iubet eos securo animo esse, neq[ue] enim auxiliū Dei defore: et maestato agno laetēte, roget D[omi]nū ut in se sperantes protegat, et à ui Palastinorū tutos faciat: nēne patiatur iam iterū ab eodē hoste cladē accipere. Hac uictima egregie litarū est, & Deus præsens ac propitius insignē uictoriā annuit. Sed priusquā totā flama absūmerit, nondū sacro peracto, hostis in conspectu aciem explicat, rem factam sc̄ habere putans, interceptis Iudeis imparatiis ad pugnam, & tantum non inermibus, ut qui non in hoc in eum locum cōuenerant.

At longè aliter accepti sunt quam crederent, etiam si quis prædixisset. Primum enim terra in bente Deo sub pedibus eorum intremuit, et uacillante uestigio nurabant, non nulli etiam in improuisos huius prolabebantur: deinde fulminibus crebris attoniti, et ignitis fulguribus oculos ac manus semiustulati, ut ne arma quidem retinere possent, in fugam totam ponebant: cum subito Samuel in perturbatos irruit, et siq; plurimis, reliquos usq; Corraeos (id loco nomen est) persequi non destituit: et fixo ibi sua uictoriae fugaeq; hostium termino, qui trophyi uice esset, appellauit eum Forum, in signum donatae a Deo contra hostem fortitudinis: qui post hanc cladem nonquam bellum instaurare est ausus, sed cohibente metu et accepti incomodi memoria intra fines suos se continuerunt: et inuersis rerum uicibus, eorum ferocia in partes uictoris transiit. Nec his contentus Samuel, crebris expeditionibus et mulieris cadiibus eos hastauit, donec omnino superbiam gentis perdomaret. Agrum etiam que prelio uictis Iudeis abstulerant, quam latè inter Gittam et Accaronem patet, armis recepit. Reliqui uero Chanaani pacem eo tempore cum Israëlitis habebant.

Quomodo Samuel deficientibus per ætatem uiribus, rerum administrationem filii suis commisit. C. III.

Samuel autem rebus populi compositis, et iuridicis conuentibus per certas urbes institutis, ipse singulis annis bis eas obibat, et iura redd

reddebat: multoq; tēpore hanc praecipuā curam
habuit, ut pairis legibus respub. administrare-

I II. iur. Deinde semio trāvātē, ut cōsuetis munījs
l. Reg. 8. sufficere nō posset, filijs suis principatū & curā
reip. tradidit: quorū seniori Iohel, juniori Abia,
nomen erat; mādauitq; ut alter in Beihelis, al-
ter in Bersabe ius diceret, partito populo, et sua
cuiq; iudici pārie attributa. In his manifestum
exemplum exhibitū est, non sc̄mper patribus si-
miles nasci filios, sed interdum ex malis bonos,
sicut tunc cōtrā ex bono mali prognati sunt. Re-
licet enim paternis institutis diversissimā viam
ingressi, numeribus corrupti iusticiam opprime-
bant, & in iudicando non tam ueritatis quam
lucri respectum habebant: solutiq; in luxum ac
delicias, tum Dei uolum atem, tum patris con-
cēmībant, cui nihil magis erat cordi, quam ut
in populo iustitia uigeret quammaxime.

Quod populus offendit Samuelis filiorum mori-
bus, regem sibi dari postulauit. C A P. I I I I.

Populus autē uidens rem pub. cura & dili-
gentia prophetæ optimè constitutā, labe-
factari per filiorū eius impotentiam, uchemēter
offendit ad pairē cōcurrsum fecit, qui tum habi-
tabat in urbe Ramatha: & cōm̄oratis filio-
rum eius iniquitatibus, quodq; ipse iam senio
debilis, more s̄lito processē administrationi rerū
non posset, obnixē precabatur ut regem aliquē
declararet, qui toti genti cum imperio præsit,

&

& à Palestinis illatae toties iniuria & pœnas debitas exigat. Hac populi uoluntas uichementer 111. Samuelē cōtristāvit, qui propter innatā inslitiā nō amabat regiam pot. statim ut nimiam. Valde enim optimatū gubernatione delectabatur, nō aliam ad f. licitatem populi cōducibiliorē existimans: adeoq; res h. ec hominē soliciti habuit, ut nec cibum nec somniū p̄ ea cura caperet, sed per totā noctem se in lecto uersaret, multa interim animo uolutans. Sc̄c afflito Deus se uidendum præbuit, consolatus cum ne postulata populi agre seruat: dicens, non tam ad ipsum pertinere hanc cōtumeliam, quam ad se, quē nolint sibi solum esse regē: idq; moliri cōp̄isse iam inde ex quo primū ope sua ex Aegypto sunt educti. Verum non multo post futurū est, inquit, ut eos cōsiliū huīus serō pœnitiat: quādo nec facili infelicitum esse poterit, & ipsi suam erga me & quē ac te ingratitudinē damnabūt. Nunc inbeo te cōs creare regem, quem ego designauero: idq; prius quam facias, præmonebis quātum malorū sibi ultrō asciscant, protestaberisq; eos te in uno ad mutationem status in dexterius properare. His auditis Samuel, mane cōnoscatis Iudeis, declaraturū se illis regē promisit, addens uelle se prius indicare, quā erunt sub regibus ferēda, & in quantis incōmoditatibus crit uiuendum. Sc̄itote ergo primū, quod à nobis abstrahent uostros liberos, & alios aurigas sibi facient, alios equites, & satellites,

y 4 & cur

& cursores, & tribunos ac ceteriones: & alios
 item opifices, armorū suorū ac currū aliorumq;
 instrumentorū fabros: præterea uilicos agrorum
 suorū & aratores, & uincarū fossores: & nihil
 est quod nō cogētur facere more mancipiorū quæ
 pecunia parātur. Filias quoq; uestræ facient sibi
 unguetariæ, & culinariæ, & panificæ: & ad
 alia ministeria cōpellent, quæ ancille necessariò
 uerberū formidine obeunt. Possessiones etiā ue-
 stras uobis ablatas eunuchis suis & satellibus
 donabunt, & pecorū greges unicuius è suis lar-
 gientur: & ut cōpendio dicā, seruictes unā cum
 omnibus uestrīs regi, nō secus atq; domeſtici eius
 famuli: cumq; hac omnia patiemini, uenite uobis
 in mēntē huius meæ prædictionis, & pœnitentia
 tæcti supplices Dei miserationē implorabitis, ut
 uos à regibus liberet. Verum ille nō admittet eas
 preces, sed repulso finet dare pœnas inconsultæ
 temeritatis. His præmonitionibus multitudo erat
 surda, nec à proposito dimoueri poterat, cōtem-
 pti omnibus quæ Samuel in rem corū afferebat:
 sed urgebat obstinate ut missa futuri cura re-
 gem crearet: quandoquidc nisi regis duclu uin-
 dicare sc de inimicis gentibus non ualarent: nec
 esse absurdum, si cum finiti omnes regnentur,
 & ipsi eandem Reip. formam accipient. Samuel
 uero uidens se prædictionibus suis parum profi-
 cere, sed perinaciter eos in fœmitia manere:
 Nuic, inquit, abite domum quisq; suam, & cum
 tempus

*tempus erit accersam nos, quām primum cognō-
hero, quem nobis regem Deus dare uelit.*

Saulus iubente Deo rex declaratur. CAP. V.

ERAT quidam ex tribu Beniamitide, uir be- 1. Reg. 9.
ne natus & laudatis moribus, nomine Cis:
hunc erat filius, nomine Saulus, egregia tum-ſta-
tura, tum ſpecie, quibus reſpondebat & animus.
Hic Cis cum eximias aſinas, quibus p̄e ceteris
iumentis deleſtabatur, à reliquo grege aberrātes
amisiffet, filium cū uno famulo ad eas querēdas
mifit. Qui cū perlustrata ſua tribu eis non inue-
niffet, ad alias uenit: & cum niſquā compare-
rent, decreuit redire, ne patri ſolitudinis cauſa
fieret. Et dum non longe à Ramathā oppido iter
faciūt, famulo admonēte habitare ibi prophetam
heridicū, cumq; omnino conſulenſū eſſe: ſic enim
ſcituſ quid aclū eſſet de aſinis: respondit, nihil
ſe habere quod mercedē diuinationis daret: iam
enīm uiaticū eſſe coſumptum. Et diccte famulo,
ſuper eſſe quadrantem ſicli, cumq; dari poſſe (ne-
ſciebant enim prophetā mercedes non accipere)
iuum eſt ad illum: inueniuiſq; circa portā uirgini-
bus aquatū euentibus, interrogat ubinam ſit pro-
phetæ domicilium: que indicatiſ adibus, iubene
properare prius quām eat ad coenam: præbere
enīm cum epulū, & nihil eſſe in mora niſi ut ille
primus accūbat. Si mihi autē hac ipſa de cauſa
conuinias uocauerat: nā pridic cūm per totā diem
precarius eſſet Deū, ut certiorē ſe redderet quem

creaturus esset regis, in crastinum se id facturum
 pollicitus est: circa eandem enim horam missurum se
 Beniamitam quendam iuuenem. Quam ob rem sede-
 bat in solario, expectans proximitum tempus, quo
 peracto ad euentum se conferebat. Cumque; Saulus of-
 fendisset, Deus inspirauit ei, huc esse futurum prin-
 cipem. Saulus uero accidens eum, salutari prius
 rogat ubi propheta habitet: hospitium enim se hoc
 ignorare. Cumque; ille respondisset, se cum esse et ad
 euentum duceret, dicens non asinas tantum quas que-
 rebas saluas, sed omnium omnia bona in potestate
 eius fore: supra spem, inquit, meam sunt ista do-
 mine: neque enim ea est mea tribus quae reges pro-
 ferat, et familia mea humilior est aliis fami-
 liis: tu uero ludis me, et maiora quam pro mea
 conditione loqueris. Prophetae autem deducili cum
 ad conuinium accumbere fecit, et famulum supers
 alios uocatos, erant hi septuaginta numero: ius-
 suque; ministris ut Saulo portionem regiam appone-
 rent: cumque; iam hora dormieendi adesset, aliud qui-
 dem surgentes domum quisque; suam reverebatur.
 Saulus uero apud prophetam cum famulo perno-
 tauit: et cum primus dies illuxit, Samuel exci-
 tatus cum in viam deduxit. Postquam autem egredi
 sunt urbem, monuit ut famulo procedere iusso, ipse
 paulisper subsisteret: esse enim quod sine arbitris
 Reg. 10. illi uellet dicere. Tum Saulus famulum ablegat,
 et propheta de prompta letyibo caput iuuenis
 oleo perfundit, simulque; regem salutat, Deum ei
 honor

honorem hunc ratiū facere dicens, pro tutela Hebreorū, quoruī iniurias bello Palæstinis illato ulcisci debeat. Hæc ita fore hoc argumēto cognoscere poteris: In hoc itinere offendes tres hoīes religionis ergo tēdentes ad Bethela: quoruī primum uidebis ferre tres panes, secundum hædū: hos tertius sequetur utrem uini baulas. H̄i tibi comiter salutato dabūt panes duos, & accipies. Inde uenies ad Rachelis monumentum, ubi occurret tibi qui nūtiet inuentas esse asinas. Inde progressus ad oppidū Gabatha, in cœtū prophetarū incides: & correptus diuino spiritu, unā cū illis prophetabis, ut quorū hæc uiderint, attioniti miraculo dicant, unde hæc felicitas Cisi filio? His signis uisis certo scito Dēū esse tecū, & saluta patrē tuum & cognatos. Venies autem Galgala, me accersente, ut pro his Deo pacificas hostias immolemus. His prædictis dimisū inuenī: & quicquid prædictū est occurrit ei in hoc itinere. Postquam autē domū rediēt, percōrante cognato suo Abenaro, quē præcateris diligebat, quomodo successisset peregrinatio: nihil illū celauit, ne hoc quidem, q̄ apud prophetā suisset, & ex eo cognouisset inuentas esse asinas: de regno tantū tacuit, ne ea res uel creditā insidiā, uel nō creditā uanitatis opinionē ei contraheret: quāuis enim & amicus esset & cognatus, tuitus tamē ac consultius arbitriatus est silentiū, reputās credo humanae naturae infirmitatē, quod nemo constans in amore, sed etiam si

etiamque manifesto diuino suffragio felicitas consumat, tamē alios sibi præferri iniquè & inuidè ferunt. Porro Samuel populum in oppidum Nazarethim conuocat, & cum frequētis adesse uidebat, in hanc sententiam alloquitur. *Hæc ius sit me dominus suo nomine ad uos perferre. Ego uos in libertate uindicavi, primum Aegyptiorum seruos, deinde à uictimis regibus toties uictos ac subiugatos: pro quibus beneficijs hanc mihi gratiam reponitis, quod abrogato mihi quantum in uobis est imperio, quasi nesciatis utilissimum esse homini à Deo regi, unū è uestro numero digniorē existimat, qui uobis præfuit: qui subditiss tāquam pecudibus pro sua libidine uices, quidlibet in quacunq; licere sibi uoleat: nō enim fieri potest, ut homo erga hominē sic affectus sit, quē admodum ego erga à me ipso conditū. Eia quādo plus apud uos potest temerarius animi impetus, quam uel religio, uel beneficiorū memoria, digeratur multitudo p̄ tribus & familias, et fuit sortitio. Quo saeclo Beniamitic & tribus fors exiit: dein familiarū nostrūbus in urnam conieclit: Metri familiæ fors obuenit: postremò cū viri illi sortitio fuerit Saulo Cisi filio regnū sortito obtigit. Iuuenis uero q̄ hoc præscibat, abdiderat se, uideri uoles inuitus ad regni accedere. Tanta fuit præditus modeſtia simul & tēperantia, ut cū pleriq; uel modica felicitate potui hix sui præ laetitia sint cōpones, & omnibus se ob oculos ingerat: hic tot populorum rex*

rex declaratus ac dominus, nō modō nō ostētaree
 se, uerū etiā ē subditorū conspectu subduceret, ut
 nō absq; negotio posset inueniri. Cumq; nusquam
 comparēte Saulo omnes essent solliciti, hæsus antea
 quidnā fieri oporteat, propheta precibus Deum
 appellat, ut latebras indicet, desideratūq; iuue-
 nem exhibere dignetur. Quod ubi impetratū est,
 mittit qui eū adducat: Et postquam uenit, in me-
 dio populi iuuenē statuit uniuersis cōspicuum, ut
 qui humeris tenuis supra omnes excelleret, et ipsa
 statuā maiestati regiā p̄a se ferret. Tum pro-
 pheta: Hunc uobis Deus dat regē. cōtemplamini
 quantū omnibus præminet, Et quam sit hoc ho-
 nore dignus. Cumq; populus acclamasset, Vnde
 rex: propheta cōscriptis in Libro omnibus qua il-
 lis sub regia dominatione erāt euētura, recitauit
 ea populo rege præsente, Et librū in tabernaculū
 Dei reposuit, ut esset apud posteros prædictionis
 sua monumētum. His ita perfec̄tis, dimissoq; po-
 pulo, ipse reuersus est Ramathā in patriā. Sau-
 lum uero in natale oppidū Gabathā redeuntem
 multi boni uiri comitabantur, ut nouo regi debi-
 tum officiū præstātes. Sed plures mali Et factum
 hoc eorū uitio uertebat, Et ipsi contempto rege nul-
 lis uel munieribus uel obsequijs gratiā eius deme-
 reri conabantur. At sensē autē post acceptū re- v.
 gnum elatso, exortū cōtra Naasen Ammanī- 1. Reg. II.
 tarū regē bellū apud omnes ex aequo autoritatem
 illi parauit. Hic enim diu Iudeis ulira Jordancem
 habi

habitantibus infestus, postremo cum magno et forti exercitu regionem ingressus, urbes eorum subiugare coepit: nec contentus libertatem in praesens abstulisse, ut omnem rebellandi materiam in futurum adimeret, tam ultra deditis, quam uis subactis deuterum oculum eruebat: ut quoniam scutum finistro prospectum negat, omnino inutiles bello fierent. Hoc modo tractatis trans amorem incolentibus in Galadennam exercitum duxit: et castigatus ad primariam regionis urbem, cui nomen est Iabes, oratores eum misit, qui conditiones offerrent, ut aut deditio facta dextris oculis obrerent ut alij: aut intercessionem hominum et oppidorum excidium expectarent: eligerent ipsis utrum malent, parva corporis particulam decidere, an in omnium facultatum simul et uita discrimen uenire. Tam ancipiit optione territi Galadeni, nec hostile responsum dare ausi sunt, nec pacatum: sed inducias septem dierum petierunt, ut missis ad consanguineos nuncius postularent auxilium: et si impeiratum fuerit, bellum gerante: si minus, promittabant se ditione facturos quacunq; conditione hosti liberet. Naases autem qui Galadenos conuinciebat, non grauatum inducias dedit: permisis undecimque suppicias implorare. Qui enstigio per omnes Israhitarum urbes nuncios dimiserunt, significantes se minus. Naasis in extremam desperationem adductos: sed quocunq; illi uenirent tantundem metus quantu[m] terroris afferbant, ut

nemo

nemo se mouere auderet, ceterum cum ad regiam quoq; uenissent, et ibi etiā populus sicut in alijs oppidis afficeretur, nil aliud quam mœrens, simul rure domum reuerteens, et animaduersa mœstia populi, scitatus satim' salua res essent, et que noua causa tristii: ex nūcijs omnia cognuit. Atrox percitus diuino afflato, ire eos iubet, et tabescere referre, se tertia die uenturum auxilio, et ante solem exortum hostes profigaturum, ut exoriens Ammanitas fusos ac fugatos, miseros uero ciues periculo exemptos inspiciat: atq; his mandatis, aliquot ex eis retinuit, quibus itineris ducibus uti decreuerat.

Sauli uictoria contra Ammanitas. CAP. VI.

Volens autem pœnæ formidine populum ad l. Reg. 11. Ammaniticum bellum excitare, quo celerius conueniret, boum qui sortè ab opere ueniebant ncruos succidit, idem passuros minatus quod postridie cū armis ad Iordanē non afforent, secunduri quocunq; ipse ac prophetæ duceret. Eo meus factū est, ut cū omnes ad prefinitū tempus praefto essent, recensuī apud Balam oppidum copijs, inuenientur septingenta milia confluxisse, absq; tribu Iude: quæ sola armavit l. x x milia. Transgressus deīn Iordanem et decem schoenorū spatiū nocte una em̄fus, ante solis oriū quod destinat̄ peruenit: et diuiso trifariam exercitu, undiquaq; hostē nihil tale expectanti aggreditur: et acruer fugiendo ingēti strage edita inter ceteros Naasen

Nasen regē occidit. Hec uictoria Sauli nomen
 apud omnes Hebraeos inclytū reddidit, fama lon-
 ge lateq; fortitudinē uiri celebrante. Si qui enim
 erant qui prius eum cōtempererent, tūc mutata in
 diuersum opinionē nullo nō honore dignū prædi-
 cabant: nam non contentus labefactos seruasse, in
 Ammanitarū regionē irruptione facta totā ua-
 savit, et duxit ex præda exercitu, gloriose do-
 num reuersus est. Populus uero nimio gaudio ge-
 siens, placebat sibi quod talē regē esset naētus,
 et illis qui inutile fore dixerat insultabat, rogi-
 tans ubi nūc essent isti cōtemptores, et ad sup-
 pliciū eos deposcens: et alia multa iactabat, ut
 solet multitudo, quoties in aliqua felicitate con-
 stituta cōtra autorū eius aduersarios irritatur.
 Saulus interea studiū quidē ac benevolēiam co-
 rum collaudabat, sed iureiurādo affirmauit non
 passurū ut quisquam ē cōsanguinea multitudine
 tam festo die rapiatur ad suppliciū. Periniquum
 enim ēsse uictoriā à Deo data civili sanguine pol-
 luere: sed magis decere ut positis odys dicē epulis
 ac hilaritate trāsigāt. Post hęc Samuele monēte
 opus ēsse alteris comitūs per quae Saulo ratā fiat
 regni possessio, cōnctus fit apud oppidū Galgala:
 ibi rursum inspectāte tota multitudine prophetā
 unxit Sauli sacro oleo, atq; iterū regē cōsalutari
 fecit. Ita factū est ut mutato reip. statu regia do-
 minatio introduceretur. Sub Moysē enim et disci-
 pulo eius Iesu, q̄ tūc exercitū cū imperio præfuit,
 optim

optimates rē administrabāt : post cuius mortem
 octodecim annis populus sine summo magistra-
 tu uixit: deinde rursum ad pristinam regimuris
 formā redierūt, qui belli gerēti sciētia & forti-
 tudine praecceleret, supremū iudicē constitucendo:
 quam ob rē totū hoc tēpus, quo talis status du-
 ranit, appellauerūt Iudicū. Samuel autē prophe-
 ta priusquā comitia dissoluerētur sic est allocu-
 tus populū: Adiuro uos per maximū Deū, qui
 nobis optimos illos fratres Moysēm & Aaro-
 nem misit, & patres uestrōs ex Aegypto edu-
 xit, ut absq; pudore ac metu omniue affectu e-
 lio, libere dicatis, nū quid cōtra ius & equū se-
 cerim, uel propriū lucri cupiditate, uel in alterius
 cuiusquā gratiā. Coarguite me si cuius uitulum
 aut ouē, aut aliud quid tale accepi: cū tamē hu-
 iusmodi manuscula quæ in quoīdianū uictū ce-
 dunt, ab ultro dātib⁹ sumere, uictio uerti non so-
 leat : aut si cuius iumento ad meas necessitates
 usus sum: in his & similibus si quē offendī, nunc
 rege præsente dicite. Ecclamatū est uno ore, ni-
 bil tale eū fecisse, sed sancte & iustē principa-
 tum gesisse. Tū ille, Gaudio nullas esse uestras
 de me querelas, at ego habeo nonnihil quod con-
 querar, si uera loqui licet: quæ tamē iniuria ma-
 gis ad Deū attinet, quem certè hoc factō ualde
 offendisti, quòd alii regē poposciunt: oportebat
 enim uos meminisse, quòd annus uester Iacobus,
 L X X . solis hominibus uestri generis comitatus,

1. Reg. 7.

z

same

fame coactus in Aegyptū deuenit. Cūq; ibi in
multa milia propagata esset eius progenies,
eaq; graui & contumeliosa seruitute ab Ae-
gyptijs premiceretur, in iuocātibus uestris patribus,
I I. absq; ullo rege Deus tantā multitudinē eripuit,
missis in hoc Moysē & Aarone fratribus,
qui uos in hanc terram induxerunt, quam nunc
possideiis: & tamen post talia beneficia non se-
mel prodidistiis ueram pietatem ac religionem.
Nihilominus subiugatos ab hostib; liberauit,
dum eius ope uicistis primū Assyriorum poten-
tiā, deinde Ammanitarū ac Moabitarū, &
postremo Palestinos: atq; hcc omnia cōsecistis
non regum auspiciis, sed ductu Iaphithae & Ge-
deonis. Que igitur dementia uos impulit, ut de-
rectantes imperium Dei, sub rege esse malitias?
Gessi tamē uobis morē, eo declarato, quem ipse
elegit. Vi autē manifeste sciatis Deū uobis ira-
tum, nec ei placere in regnū uersam uestram rē-
publicā, dabo euidēs signū diuinitus. Qualem
enim nunquā quisquam astutus medio uidit in hac
regione tēpestatē ralem nūc impetrabo à Deo,
que uerbis meis fidē astruas. Vix ea fatus erat,
cū tanta uis tonitruū ac fulgurum & grādīnis
ingruat, ut attoniti extremaq; timentes fateren-
tur se peccasse, & per inscitiam in hāc errorem
prolati s̄os, rogarentq; prophetā ut paterno affe-
ctu eos cōplexus, in gratiā Dei placati repone-
ret, & quēadmodū aliorū antea, huius quoq;
peccati

peccati ueniā impetraret. Pollicitus est ille roga-
turū se pro eis Deū, & exoraturū: simulq; cōsi-
liū dedit, ut probi ac iusti esse perpetuō studerēt,
nec unquā oblinisceretur, in quantis clades &
calamitatis ob neglectū uirtutis incidissent. me-
minissent præterea prodigiorū Dei legumq; per
Moysen latarū, si carā hæberent uel suā ipsoī
uel regis incolunt atē. Quod si hæc negligenter,
prædixit grauem ultiōrem tam ipsis quam regi
non defore: atq; ita denuo confirmato in regna
saulo, conuentum missum fecit.

Palæstini Hebræos bello aggressi
vincuntur. CAP. VII.

Rex autē delectu habito, cōscriptisq; tri-
bus milibus, duo milia sibi uoluit esse sa-
tellitium, cum quibus ad habitandum Echela
se contulit: reliquos Ionathāe filij satellites esse V I.
iuſſit, quem misit in Gabam: ille uero expugnatI. Reg. 13.
uit castrum quoddam Palæstinorum non longe
inde distans. Qui enim Gabam tenebant, per-
domitis iudeis arma ademerunt & occupatis
opportunis locis præsidij ea cōmuniuerūt, & o-
mni prorsus ferrī usu eis interdixerūt. quā ob rē
si quādo agricolis opus esset aliquo ferramento,
puta uomere aut ligone, aut alio ad colēdū agrū
necessario, à Palæstinis instrumētū erat petrū,
vt uero audinerūt expugnatū castrū, indignati
& nō ferēdā cōtumeliā dilectates, armāt cōtra
iudeos trecenta milia peditum, curruū triginta

z milia,

milia, equitū sex milia, & castra metati sunt ad oppidū Machmam. His cognitis rex Saulus prosector est Galgalā: & dimissis praeconibus per totā ditionē edicit, ut qui saluā nulli libertātē populi, cōtra Palaestinos armā capiat: disimulās interim eorū potētiā, & negat tales esse ut timeri debeat. Sed ubi certò cōpertū est maximū esse hostiū numerū, metus omnes Sauli subditos occupat, & pars in spelūcas ac loca subterranea sē abdit, plures uero ultra Jordānē fugiūt. quae regio à Gadis & Rubeli tribubus tenebatur, Saulus autē accersit prophetā, ut de cōmuni eos filio res geratur. Ille renūciat, debere eū eodē loco mancīē cōparare uictimas: se enim post septē dies uicturu, ut immolatis sabbato uictimis, eū hoste prælio decernatur. At ille exspectauit quidē quātū prophetā iussērat, sed nō per omnis fuit obediens. Cū enim cūctari prophetā cerneret, & se paulatim à militibus deserī, uictimas ad altare obtulit. Cumq; nūtiatū esset prophetā aduentare, honoris causa obuiā ei prodijt. Ille male factū dixit qd neglectis suis mādatiis, se absente preces & sacrificia qua Dei uoluntate faciēda erāt pro populo temere occupasset. Saulo uero ex eusante, exspectasse se ad statutū dierū numerū: sed cū milites audito hostē relicta Machma petere Galgalā, metu se desererēt, necessitate cogēte properasse ad sacrificiū. Cōsultius, inquit prophetā, fecisses, si mihi paruisse, & præ nimis festinatione Deū, cuius ego mētis interpres sum.

nō cōtēpsisses: nā p̄ obediētiā & tibi diuturnitatem regni. & posteris successionē parare poteras. Ita Samuel offensus regis factio domū est reversus, Saulus autē cū sexcētis tātū militibus & ionathā filio uenit in urbē Gabaonē: horū maior pars nō erat armis instructa, q̄ ea regio nec ferrū haberet, nec armorū fabros, quod cura Palestinorū cauitū fuisse diximus. H̄i dimisō trifaria exercitu, per totidē vias regionē Hebræorū ingressi omnia populabātur, spectante saulo rege cū filio, nec ualeat prohibere hostē, propter suorū paucitatē. Occupauerat enim collē quēdā cū p̄fice Achia, qui fuit unus ex Elis p̄ficiis posteris, & uidētes suorū res impunē agi & ferri, graniter angebātur q̄ in se nihil esset præsidij. *E. Reg. 14.*
Filius uero Saulis cū armigerō suo cōspirat, ut clā ingressi castrā hostiū tumultū aliquē & trepidationē in eis excitaret: & saulo omnē operam in quēnis euētū pollicēte, etiā si mori oporteat, soli à colle descendētes uersus hostiū castra iier faciūt: ea sita erat in loco prærupto, qui tribus angulis in lōgū excurrebat, rupe circūquaq; cincta, ceu munimento cōtra insulū hostium. Quapropter negligētius custodiebātur, quia propter naturā loci nō solū ascēdere, sed ne accedere quidē tuū uidebātur. Ergo postquā eō accesserūt, ionathas cōfortabat armigerū ad hostē aggredīdū, si nos, inquit, uiderint, iussimiq; ascēdere, omen uictoriae accipiēdū est: quod si tacue-

rint, neq; nos vocauerint, reuerteremur. Cumq; pro-
pius ad hostilia castra accederent appetente iā
die, Palestini ubi hoc uiderūt inter se dicebant:
Ex antris & cuniculis prorepūt Hebrei: deinde
Jonathas cū armigero inclamabat, Venite huc
daturi pœnas audacie. Quā uoce Sauli filius
eupide arripiēs, ut indubitatū omē uictorie, tūc
quidē recessit ē loco in quo cōspecli fuerat, sed
ex alia parte ad rupē accedētos propter sitū in-
custoditā, magno labore difficultate loci supe-
rata euaserat ad hostē, aggressiōq; sōpitos uigin-
ti ex his interficerūt, & totū exercitum stupore
ac cōsternatiōe repluerūt, ut abieclis armis in
fugā se daret. Pleriq; uero nō noscitates inter se,
q; ex muliis gētibus cōslari essent, pro hostibus
se iniicē inuadebat: & cū nō putarēt duos tātu
Hebreos in castra penetrasse, mutuo marte cade-
bāt: quida metu uulnerum in precipitiā aut ipsi
ruibant, aut ut sit in turba tumultuante, alijs ab
alijs protrudebantur. Cumq; renunciatiū esset
regi per sp̄culatores tumultū esse in castris Pa-
lestini, interrogauit Saulus, nū aliquis ē suis
abesse: & audito filiū cū armigero abesse, iubet
pōtificē sumpto sacerdotali habitu de futuris us-
ticinari. Quo respōdēte uictoriā Deū & hostiū
cladē promittere, ducit militē in Palestinos, &
per turbatos adoritur, iā ante ipsos inter se depu-
gnātes: quo audito, qui antē in speluncas & sub-
terranea se abdidērant, & ipsi prorūmpentes mi-
litibns

litibus Sauli se agglomerat: iamq; ad deceū milia creuerat, hostemq; tota ea regioē palātē infestabatur. Ibi rex sine nimio gaudio parum sui cōpos, q̄ difficile sit eximiā felicitatē moderato animo ferre, sine per inficiā dignum quiddā reprehēsione admisit. Nolēs enim m̄critas pœnas à Palestinis ad satieratē repetere, diris deuonit eū, quicūq; intermissa cēde ante noctē cibum ea peret, nolēs ante tenebras insequēdi & cadendi finē facere. Paulo post cū delati essent ad quādā sylva Ephræmiticē tribus refertā apibus, filius Sauli qui nō exaudiuerat patris imprecations, easq; cōsensu populi ratae habitas, fauum fortē nactus expressum inde mel edebat: & monitus q̄ pater additis execrationibus interdixisset ne quisquā cibū ante solis occasum sumeret, edere quidē destitu: negavit tamē rectē id à patre factū: maiore enim ui & alacritate hostē persecuturos fuisse, si corpora cibo recurrānissent, & longe plures affecuturos fuisse ac trucidaiuros. Itaq; cæsis Palestinorum multis milibus, sub nesperā demū eorū castra diripiunt: & inter cæterā prædā magna pecudum copia reperta māltant, carnibusq; nōdum à cruento purgatis uescuntur: quod è uestigio regi à scribis renunciatiū est, mulgus militū in Deum peccare, & carnes etiā tum crūctas coquere ac edere. Tum Saulus iubet saxum grāde in mediū prouolui, edicitq;, ut super illud pecudes iugulēt, nē ue carnes cum

z + sang

sanguine comedat: quia factū hoc Deo displacebit. cui edictio cum oēs pareret, statuit ibi altare, & impositis uicimis holocausta Deo incendit: idq; altare omnium primum a Saulo exstruētū est. Cumq; eadē nocte priusquam uires & animos resumeret, hostium reliquias uelle cōficere, & miles haud grauatum imperata facret, magna prae se ferēs alacritatē, accito pōtifice iubet cum diuina super hoc uoluntatē querere, an sibi reliquum hostile exercitum delere permittatur. Pōtifice uero negante Deum respōsum uelle reddere: Nō temere est, inquit rex, hoc Dei silentiū, qui antehac ultro solebat quid factō esset opus cōsulere: sed oportet aliquod latens in nobis peccatum esse, quo offensus tacer. Sed iuro per eum ipsum, quod etiā si filius meus Ionathas peccatū id cōmisisset, ut Deum placet, capit ipsa pœna ab eo exigā, nō secus quā si de quo uis nihil ad cognitionē meam pertinēt supplicium sumendum sit. Tum acclamāte multitudine ut hoc faciat, universos cōfestim in unum locum statuit, & ipse cum filio seorsum stans, sorte deprehēsus quis in culpa sit. cumq; sors Ionathā indicaret, interrogat quid fecisset, & cuius peccati sibi esset cōscius, Tum ille, Equidē pater, nihil aliud scio, nisi q̄ heri dū hostē persequor, edicti sui nescius de fauo degustavi, Saulus uero iurat se cum occisurū, pluris quā genus aut naturā aut affectus, insurrandum faciōs. Ille ne præsenti quidē periculo

culo territus, magno ac generoso animo se p̄ae-
 buit. Nihil, inquit, deprecor pater. Libenter enim
 hanc mortem fero, que te religione soluat, dum
 prius tam magnifica uictoriā uidere contigit:
 maximum enim mihi fuerit solarium. Palasti-
 norum insolentiā ab Hebreis esse perdomitam.
 Hac iuuenis indole omnis multitudo ad dolorē
 & miserationē flexa est, iurantq; nō laturos se
 ut occidatur Ionathas, autor tam laculē & ui-
 ctoriae: atq; ita iuuenem irato patri eripiunt, &
 uota Deo faciunt ut ipsum immunem a peccato
 faciat. Saulus uictor domum reveritur, casis
 circiter sexaginta milibus hostiū. Felicitate de-
 inde regnauit, & cōtra finitimos Ammanitas
 & Moabitas, Palestinosq; & Idumaeos ac
 Amalecitas, & regē Ob. & multas res gesit pro-
 sperè. Habuit autē liberos mares tres, Ionathā,
 Iesum, Melchisium. Filiae fuerunt ei Merob &
 Michaēl. Copiarum imperium dedit patrueli
 Abenaro. Is Nerī fuit filius, Nerus uero &
 cis Sauli pater germani fuere Abeliae filij,
 Abūdabat autē & equitatu & curribus, &
 cū quocunq; hoste cōgressus semper uictor reuer-
 rebatur, ita ut Hebraeorum res ad felicē statum
 perduxerit, & potēiam eorum in tantum au-
 xerit, ut omnibus finitimi essent formidabiles:
 ex iuuentutis uero numero robore ac specie p̄a-
 statiſsimū quenq; in suum deligebat satellitum.

Victoria Sauli contra Amalecitas. Cap. VIII

2 s Samuel

belli principium admonuit per nuntios, ut secederent, neue res suas cum Amalekitarū rebus miscerent, ne ex eo bello & ad ipsos clades aliquid perueniret. Studere enim se eorū incolumitatis, propter cognitionē quae illis cum Raguele

- X.** Moysis socero intercedebat. Siq; ita saulus, ac si nihil esset prætermissum ex ijs, quæ prophetæ iuxta Dei uoluntatē de bello gerendo mandauerat, sed omnia fuisse ad unguē obseruata, latus uictoria domū reuertitur. Deus autem offensus est quod regi erat parcitū, & quod populus pecudes in prædā uerterat, cum ipse neutrum permisisset. Iniquū erat cuius ope uictoria contigisset, eius mādatā cōtemni, etiam si is moralis aliquis rex fuisset. Admonēs igitur ea de re prophetā, ait se pœnitere Saulum elegisse, qui non curet iussa sua exequi, sed malit quicquid ipsi uisum fuerit facere. His auditis Samuel uehementer cōturbatus, per totam noctē susis precibus Deum saulo conciliare conabatur. At ille quantumlibet à propheta rogatus ueniam regi nō annuit, quod nō placeret peccata donari in gratiam deprecatoris: que nō aliunde magis nascantur, quam ex nimia eorū in quos peccatur indulgentia: qui dum lenitatis gloria auerpantur, imprudentes maiore delinquēdi ansam offerunt. Postquā igitur Deus preces prophetæ non admisit, & satis apparuit fœcli cū nō posse, prima luce Samuel ad regem, Galgalis tum agentem

agentem, profici scitur. Hunc quām primum rex uidit, accurrens salutauit, dicens se gratias agere Deo pro uictoria, omniaq; iuxta uoluntatē eius esse peracta. Tum Samuel, Qui fit igitur quōd uoces iumentorū & pecudum in castris audio? Respondit rex, populum hæc ad sacrificia reseruasse: sed gentem Amalekitarum interneccione iuxta mandatū deletam, nemine superstite. Solum se captiuū adducere eorū regem, de quo ex prophetæ cōsilio se decreturū. Ad hæc prophetæ respondit, Non sacrificijs delectari dcum, sed uiris bonis ac iustis: hos autē esse qui uoluntati & mandatis eius obsequumur, nihilq; à se rectè fieri putant, nisi quod iuxta eius p̄cepta fiat. Contemptum enim eius consistere non in non sacrificando, sed in non obediendo: & qui non obediunt, unicumq; hoc & uerum sacrificiū non offerunt, ab his Deum nec multas saginatas uictimas, nec donaria ex auro argento ue fabricata uel postulare uel admittere: sed aduersari hec ut malitiæ magis, quām pietatis argumenta. Conterà quī id solum meminerūt quod ab ipso iussum est. & mori mallent quām inde discedere, his delectari, ac ne uictimas quidem ab his requirere. quōd si etiā sacrificare aliquid libuerit, pauperem honorem gratius ab his accipere, quam a quocunq; alio uel ditissimo. Tu igitur, inquit, scito te in iram Dei incurrisse: cōtempſisti enim & neglexisti mādatā eius. Nam quibus oculis

oculis putas eum inspecturum sacrificium ex rebus perditioni destinatis, nisi forte idē esse putas, perire, et immolari Deo. Quapropter expectabis amissionem regni, & huius potestatis, quae elatus cōtra autoritatem felicitatis mādata eius neglexisti. Saulus autē fassus est se peccasse & male fecisse, quod uerbis prophetae nō paruissest: metu tamē coactū se id fecisse, quod non auderet militē prædæ cupiditate accensum cohibere. Sed da ueniam, inquit, & propitius esto: Causabo enim in posterū, ne in simile peccatum incidam, rogarabatq; ut manerer tātisper, dum pacificas hostias pro se offerret. Ille uero qui preuidebat Deum nulla flebendum uiclima, abire incepit.

Samuel ad Dauidem reglā potestate transfert. C. IX.

Tunc Saulus retinere eum uolens iniecit manum in pallium: & quia Samuel proponentius discedebat, scissura facta est in uestimento: cumq; propheta dixisset, sic scindendum eius regnum, & peruenturum ad uirum iustum & bonum: Deum enim in proposito manere, neq; similem esse homini natura mutabili. Saulus se habebatur Deum sibi merito insensum, sed factum infelictū fieri nō posse. Rogabatq; salte hoc honoris sibi haberet, ut Deum simul in presentia populi adoraret. Fecit ei hanc gratiā Samuel, & unā cū illo adoratū init. Post hæc adductus est ad eum Agagus rex Amalekitarū: qui cū omoriem amaram, exclamasset, audiuit à propheta,

pheta, Quemadmodum tu multis Hebreorū mā
 tribus cōfis carū filijs lamenta & luctū attu-
 lisisti, ita & quā est ut ipse matri tue mōstitiam
 afferas, iussitq; eum ibidem in Galgalis inter-
 fici: ipse uero reuersus est Ramaiham. Rex ue- X.
 rō cum demū sentiens in qua mala offenso Dco
 peruenisset, ad Gaba regiam proficisciatur, quod
 nomen collēm significat, nec post illam diem un-
 quam in prophetā conspectū uenit. Samueli ue-
 rō uicē eius molestē ferenti, Deus hanc curam
 mittere iussit, & assumpto sacro oleo Bethle-
 ma proficisci ad Iessum Obedē filiū, & ex eius
 filijs eum ungere, quem ipse indicasset sibi regno
 dignum uideri. Cumq; propheta diceret uereri se,
 ne si Saulus hoc senserit, uel per insidias, uel etiā
 aperta ui perniciē sibi moliretur: iussus hac de-
 re securius esse, ad dictū oppidum peruenit. Eo lo-
 ci magno hominū concursu salutatus est, que-
 rentibusq; aduentus causam, sacrificatū se ue-
 nisse dixit. Peracto sacro Iessū ad epulas una
 cū filijs cōuocat: uisoq; natu maximo eximia sta-
 tura ac forma iuuene, coniūciebat inde hunc esse
 regnaturū. Sed hae parte nō est assequuntus Dei
 prouidentiā. Percontanti enim, an hunc iuuene
 ungere deberet, quē ipse admiratus dignū regno
 ducebatur: responsum est, non eadem spēctare Deū
 quā homines. Tu, inquit, uisa iuuenis pulchritu-
 dine, iam satis dignum principium existimas:
 apud me uero non eximia corporis formæ pre-
 nūm

mium est regnum, sed animi uirtuti, & cum re-
 quiro qui hac sit perfecte excusus, pietateq; ac
 iustitia, obedientia & fortitudine animū exor-
 natus. His auditis propheta iubet Iesseum filios
 omnes ostendere, moxq; et aliq; quinq; adfuerūt:
 horum nomina iuxta etatis ordinem sunt haec:
 Eliabuſ, Aminadabuſ, Samma, Nathanael,
 Rael, Asamus. His quoq; uisis, qui nihil de-
 scriores forma erant, propheta rogat Deum,
 quisnam ex his eligendus esset: & audito quod
 nullus, sciscitur ex Iesseo, num quos præterea
 liberos habeat. Quo respōdente, esse etiam unum
 nomine Dauidem, qui curam gerat gregū: pro-
 pheta iubet ut confestim uocetur, non enim lici-
 sum esse absq; illo sacrū epulum celebrari. Qui
 postquā accius à patre uenit, adolescentis colore
 flauis, & martium quiddam tuens, alioqui li-
 berali specie: tum propheta ad patrē uersus sub-
 missa noce, hic est inquit, quem regnare Deo ui-
 sum est, & cū dicto accumbit, & proximū sibi
 adolescentē collocat, ac deinceps patrē cum re-
 liquis filijs. Depromit deinde sacrū oleum, quo
 delibutū Dauidem in aurē admonet, Deū ita
 uelle, ut regnum in populū obiueat: præcipitq;
 ne iustitiā colat, & operā det ne inqua à man-
 datis Dei discedat: Hoc enim paclō & regnum
 eius fore diuīnum, & familiā uniuersam il-
 luſtre nomen consequituram. Palestinos quoq;
 ab illo subigendos, & cum quibuschinq; genibus
 congreſſus

congressus fuerit, sc̄mper uictorē reducetur, insig-
 gnemq; inde gloriam tam sibi paratur ut quam
 posteris relēcturū. Post hęc mādata Samuel do-
 cum profiscitur, simulq; numen deserio Saulo
 ad Dauidem commigrat: quo factum est ut hic
 concepto diuino spiritu prophetare inciperet.
 Saulus uero in morbū demoniacū incideret, ita
 ut præfocari ac strangulari uideretur, nec aliā
 opem inueniret medici, quam si quis peritus ex-
 cantator adhibretur: monocrūtq; ubiq; inqui-
 rendum, qui quoties rex à dēmone agitaretur,
 st̄as ad caput eius uoce ac fidibus sacros hymnos
 caneret. Cumq; rex sine mora queri talem man-
 dasset, quidam ex astatis ait, se apud Bethle-
 ma uidisse filium Iesse, adolescentē liberali for-
 ma, & preter aliam honestam institutionem
 hymnos ad cuiharam canere doctū, ac ne mili-
 tarium quidem exercitorum rudem. Mittetur
 ergo ad Iesseum abducturi Dauidem à gregi-
 bus, nuntiantq; patri, regem auditā adolescen-
 tis tam formā quam uirtute, cupere ipsum uide-
 re. Paruit Iesus, simulq; munera per filium re-
 gi misit. Cumq; uenisset, confestim à rege admo-
 dum lato in satellitiū assumitur, in magno apud
 eum pretio habitus. Quoies enim à dēmone a-
 gitaretur, unicum erat in excantatione reme-
 dium, & solus Dauid hymnos ad cinniram ac-
 cinens, regem ad sanam mentem reducebat. Im-
 petratum est igitur à Iesso, ut filium apud re-

gem degere pateretur, quandoquidem tantopere
cuius praesentia delectabatur.

Expeditio nova Palæstinorū cōtra Hebreos. C A. X.

x. Reg. 17. **A**liquanto autē post Palæstini conscriptio
numerō exercitu bellum Israëlitis infe-
rum, & castra inter Sochum & Azecū op-
pida metantur: nec Saulus cunctatus ducto in
hostē exercitu effecit, ut prioribus castris reli-
atis in munitionē quendā collimē regione Israë-
litarum Palæstini se confirret, nalle quadā in-
ter utrosq; intercedente. In hanc è castris hostiū
descendit Gittens Goliathus, vir prodigiosa sta-
tura, quatuor enim cubitos uno palmo supera-
bat, uastos artus conuenienti armatura prote-
ctus. Thorax quinq; millia sicciorum pendebat,
huic moli respondebat & galea & ocrea: præ-
grandem etiam hastam non duxira gestabat,
sed humero sustinebat, sexcentorū sicciorū ferro
euspīdatam: ponē sequebatur armatorum pha-
lanx. Hic cūm inter utrāq; aciem cōstitisset, im-
mani uoce sublata, Quid opus est, inquit, Hebrei
ancipitem martis aleam uos subire? Date mihi
aduersarium, & duorū periculo decernatur, pe-
nes utros futura sit uictoria: ut quorū miles suc-
cubuerit, alterius partis iugum ex pacto susci-
piant: præstat enim unum aliquem, quam totū
exercitum, in periculum adducere. Hac locutus
retro ad suos reuertitur. sequenti die rursum
procedens eisdē uerbis est usus, ainq; ita per qua-
draginta

draginta dies prouocare hostem predictis conditionibus non deslitit, stupente saulo cum universo exercitu: qui proibabant quidem in aciem, sed a neutris initium pugnae fiebat. Ad hanc expeditionem prefectus paulus Davidem remiserat patrem, contentus tribus alijs eius filiis, qui cum signa regia sequebantur, isq; ad gregian curram intermissam se receperat. Sed dum bellum ducitur magis quam geritur, missus a patre uenit in castra uisurus quo in statu res essent, et fratribus necessaria portauimus. Interim Goliathus ex more progreditur, et iam insolenter exprobrat, ne unum quidem esse inter Hebreos qui in singulare certam descendere audet. Forte ium David cum fratribus colloquebatur de patre et rebus domesticis, auditisq; barbari coniunctijs graueriter comotus, se paratum dixit ut hostem excipiat. At Eliabu maximus fratri obiurgat hominem, per imperitiā rerū supra quam etate eius deceat ferociente, addens satius esse ut ad patrem ac greges quam primi reuertatur. Reuertus est David fratrem, nihilominus apud alios milites professus est sibi non deesse animum ad singularem pugnam, ita ut celeriter ad regō de hoc sit perlatus: quare accitus et iussus quid uelle dicere, Non est, inquit, rex cur abuiciamus animos aut formidemus: Ego congressus cum hoste insolentiam eius compescam, et elatum ac ferocientem prosternam, et ex terribili deridendum

reddam: tātoq; erit tua simul et tuorū illūstrior
 gloria, quōd ab adolescēte magis quām uiro ho-
 stis deniclus uidetur. Saulo uero laudante ge-
 nerosum eius animū, nec tamē audente rem tan-
 tam tam tenerē et atati cōmittere: Non est, inquit,
 quod dubites, nam hec Deo frētus pollicor, cu-
 ius fauore iam non semel expertus sum. Quum
 enim paternos greges pascerem, raptum agnum
 ex ore leonis recepi, ipsamq; serā in me impetum
 uertentē cauda correptā, soloq; afflīctā occidi:
 neq; mītius tractavi ursum greges inuidentem:
 & hanc quoq; beluam nihil pluris facio, qui
 cūm in Dēū atq; homines conuicta euomat, non
 patietur cālestē numen impune hoc illum aufer-
 re, sed meis eū manibus perdomabit. Effecit tam
 prompta audacia iuuenis, ut rex omnia fausta
 precatus ad pugnam cum mittaret, instrūctum
 prius thorace regio, simulq; ense ac galea. Tum
 David qui armis gestandis nō assueverat, gra-
 uari se his magis quām muniri sentiēs: Tuus sit,
 inquit, hic ornatus, qui gestare cum es idoneus:
 mihi famulo tuo permitte meo arbitratu pugnā
 capessere: & cū dicto arma deponit, baculumq;
 tantū assumit, & conieclus in peram quinq; la-
 pidibus de glarea torrentis, funda dextram ar-
 matus in hostē properat. Hunc apparatu post-
 quā uidet barbarus adeō cōtempfir, ut per ludi-
 brium percōtaretur, num se cāne putaret, qui ar-
 mis ad canes arcendos apis instrūctus ad pu-
 gnām

gnam prodiret. Imò cane uiliore, respondit Dauid. Quo dicto cōmotus Goliathus, funda et infanda conuictus minatus est se cadauer eius frustatim feris alitibusq; pabulo sparsum. Tunc David, Tu me inuadis hasta tua cōfusus, ac thō race, & gladio: mihi uero pro armatura Deus est, qui te ac tuum exercitū nostris manibus hodie deleterus est: auferā enim tuū caput, & reliquum truncum canibus tui similibus lanandum relinquam: & discent omnes quod Deus curam Hebræorū habet, eiusq; prouidēcia uires nobis simul atq; arma suggestit: sicut contrā, ubi eius fauor deest, nullus apparatus proficit. Interim Palestinus armis grauior quam ut procurrere posset, magnis passibus in iuuenem ac inermem contemptim ferebatur,

Singulare certamen Dauidis & Goliathi, sequentiaq; Palæstinorum clades.

C A P. XI.

Hic David impigre occurrit, occultū adiutorē Deum secū in certamen ducēs, & promptū ē pera in hoc selectum ē torrēte unum lapidem, funda rotatū tantā ui in aduersam hostis frontem infligit, ut ad cerebrum usq; penetraverit: quo ictu sopitus Goliathus in facie est prostratus. Accurrit uictor alacris, & quod ipse inermis esset, suo sibi gladio barbari obturat: tantumq; in eo momenti fuit, ut ē uestigio Palestini terga uerterent. Videntes enim praestanissimum ex suis iacere, nullam amplius

A 3

spem

spem superesse rati, turpi ac ignominiosa fugae
 periculo se eximere conabantur. Tum Saulus &
 universus Hebreorum exercitus sublato militari
 clamore in trepidos irruunt, & quotquot assequi
 poterant cedentes, usque ad Gittæ fines, ac portas
 Ascalonis persequuntur. Cecideruntq; Palesti-
 norum triginta milia, & duplo plures sunt vul-
 nerati. Saulus uero a persequendo reuersus castra
 hostium diripit ac incendit. Caput autem Golia-
 thi David in suum tentorium reportauit, & gla-
 z. Reg. 12. dium eius Deo consecravit. Motus deinde ini-
 dia Saulus coepit clam Davidem odisse, hac po-
 ssimum occasione: cum enim uictor cum exerci-
 tu reuerteretur, honoris causa obuiam uenerunt
 ei mulierum ac puellarum chorii ad cymbala ac
 tympana canentes. Mulierum cantio fuit, Saulum
 millenos hostes profligasse: uirginum item, Da-
 videm decies millenos sustulisse. Itaque audiens
 decuplo potiores uictorie partes adolescenti tri-
 bui, & ratus post tam gloriosum testimonium
 nihil ei superesse sperandum nisi regnum, suspe-
 ctum eum habere coepit: & parum tunc putans
 armatum circa se uersari, ex satellite tribunum
 fecit, non tam illius honori quam sua securitati
 consultum uolens, ut saepe hostibus obiectum ali-
 quise: sūs ē medio tolleret. David autem nusquam
 diuina ope destitutus, quo cunq; mitteretur rem
 feliciter gerebat: ut ob eximiā fortitudinē non
 solū apud populū gratiosus fieret, sed etiā Sauli
 filia

filia uirgo amore eius caperetur, ita ut ne patre
 quidem latere id posset. Naclū enim se amplio-
 rem insidiarum tendendarum occasione pugnans,
 renuncianibus pueris amorem, libenter se illam
 ei traditurum respōdit, futuram periculorum & Reg. 17.
 exitij causam. Promitto, inquit, filiae coniugium,
 si sexcenta hostiū capita afferat. Scio illum ho-
 noris audum, & ex periculis gloria petere non
 recusatur, sed fortiter Palestinos invaserū: id
 quod mihi bonū erit & commodū: sic enim sine
 mea infamia sublatus securitate nobis affret.
 Mittit deinde domesticos qui Davidis mentem
 pertinarent, quomodo erga pueris coniugium sit
 affectus. Qui cū indicassent ei, quod ob gratiam
 qua cūm apud regem, tum apud populum polle-
 ret, Saulus generum sibi cū destinasset: Vobis, in-
 quirit, fortassis mediocris res uidetur generum re-
 gium fieri, mihi certe non item, qui conscient mihi
 sum quam plebijs ortus sim natalibus. Quo re-
 nūciato Saulus ad domesticos: Dicite, inquit, ni
 hil me morari pecunias, aut dona que spōse of-
 ferat: hoc enim uēdere fuerit filiam magis quam
 elocare. Sed cupere generū, sororitudine alijsq; uir-
 tutibus praeuidentē, quales in ipso iam compri-
 poscere autē pro nuptijs filiae non aurum aut ar-
 gētum quod ē paternis edibus afferat, sed clade
 Palestinarū. & sexcenta eius gemis uirorū ca-
 pita. Nā & mihi nullū alind tali munere opta-
 bilius: & filia fuerit honorificum non uulgaria

A 4 dona

dona ista accipere, sed in matrimonium viri spe
Etate ac testis fortitudinis conuenire. Quibus au-
ditis David putans sincere a rege affinitatem
suam expeti, nihil cunctatus, neque expendens nego-
cij difficultatem, cum suo sodalitio ad imperatorem
exsequenda properat: et hic quoque ut in ceteris
propitium numen experitus, rem ex sententia con-
ficit. Cesis enim plurimis hostium, sexcenta cap-
ita absissa signum victoriae ad regem retulit,
promissi eum admonens.

Saulus Davidis fortitudinem admiratus, filiam
ei in matrimonium collocat. CAP. XII.

x. Reg. 19. **S**aulus autem non ualeans tergiuersari, quod
turpe duceret uel mentiri, uel praetextu affini-
tatis insidias et perniciem per mandata tam pe-
riculosa uiro fortis struxisse uideri, collocat ei fi-
XII. liam nomine Melcham. Nec tamen haec ne-
cessitudo animum regis immutauit. Videns enim
fauorem Davidis et apud Deum et apud po-
pulum augeri, parum tutum hoc existimauit uel
regno suo, uel uite: et cum durum esset uel de al-
teruero periclitari, tollere hominem decrevit: eiusque
necis Ionatham filium cum domesticorum fidis-
simis ministros esse uoluit. Qui demiratus patris
inconstantiam, quod non solum amare talem in-
uenem desuerit, sed morie etiam eius expeteret:
cum propria beneuolentia, tum uirtute hominis
motus, secretam patris noluntatem ei nunciat:
simulque consulit, ut saluti sua maturè fuga pro-
spiciat

spiciat, ne in sequentem diem usquam in propinquo appareat. Interim, inquit, ego patrē salutabo, & nactus occasionem de te mentionem injiciam, & cognitā indignationis causa, repellere eam conabor. Nullum enim existere posse idoneam rationem, cur optimè & de republ. ca & de rege meritus opprimi debeat. Nam etiam si quid peccatum suū oporire hoc pristinis eius meritis donari: post colloquium autem certiorē te de patris animo faciā. Paruit huic consilio David, seq; quād primū ē cōspic̄tu regis subtraxit. Quod rex Davidi necem sit molitus. C A P. XIII.

SEQUENTI autem die Ionathas patrem accedens, cū hilarem ac lubentem cum offendisset, cœpit de Davide uerba facere. Pater, inquit, quā nam in re uel magna uel parua Iesus iubes interfici uirum, qui tantum momentum ad salutem nostram attulit, nec minus ad cladem Palestinarum: quiq; à quadraginta dierum ignominia populum Hebraeum uindicauit, solus provocato hosti opponere se ausus: idem postea relatio prescriptio capiūm numero, honoris causa sōrorem meam in matrimonium accepit: quō magis lugubris fuit nobis eius mors, non solum ob uitatem, sed etiam ob necessitudinem. Inuitas enim hæc ad filiam quoque tuam pertinet, qua prius uiduitatem, quād coniugij fructus experietur. Haec igitur reputans sine te flecti ad mihi, ne'ue senias in uirum primum optimè de-

A S famil

familia nostra meritum, quando te demoniacō morbo misere hexatum pris̄line sanitati restitu-
tum scr̄auit: deinde qui in perpetuos nostros ho-
stes tam egrégie vindicauit. Indecorum enim fue-
rit horum omnium obl̄ usci. Iis persuasus Sau-
lus, iurat filio, posthac omnem iniuriam à Da-
uid abstinere se uelle. Vicit enim aequitas iram
ac formidinem. Ionathas autem accito Davidi
indicat mollitum parentem, iam nihil magis quam
saluēm ipsius cupere: reductumq; in aulam pa-
tri reconciliat, ut solita officia circa eum quicun-
admodum ante obiret.

Quomodo David aliquoties infidias regis regre elat-
pus, bis tamen eum in potestatem suam redactum
interficere non sustinuit. C A P. XIII.

Per idem tempus Palestini bellum redimte
grātibus, David cum excrcitu contra illos
mittitur: breniq; uictor magna eorū strage edita
ad regē reuertitur. At nō ita exceptus est ab eo
ut sperabat, utq; post rem feliciter administratā
excipi oportebat: sed successu moestus, eius felici-
tatem periculosam sibi fore existimabat. Cumq;
rursum intēperij ut ante agitaretur, accitum in
cubiculū in quo decumbebat spiculum manu re-
nens, iussit psalmos ac hymnos incantare: & illo
iussa, ex sequente, spiculum in eū iaculaū est: quod
cum David flexu corporis declinasset, domū re-
fugit, ibiq; per totā tam diem mansit. Noctu ue-
rō misit rex qui usq; mane ad eis seruaret, ne
clam

clam elaberetur, ut in iudicium euocatū capitali
 sententia dāaret. Melcha autē eius uxor & re
 gis filia ubi patris uolum atē cognouit, accurrit
 ad maritū, quanto is in periculo esset, ipsaq; una
 cum co renuncians, quo sine uiuere nec uellet nec
 posset. Cauē, inquit, ne te sol hic deprehendat, aut
 nunquā posthac te uidebit: sed fuge dum per no
 eturnas tenebras licet, quas Deus ad tuā salutē
 longiores faciat: alioqui scito quōd si te pater in
 uenerit, sine mora est interficiendus. His dictis fu
 ne per fenestrā demissum periculo exemit: de
 inde parato lecto tanquā agrotanti stragulis ie
 cur capre recens exemptū subiecit: diluculoq; ue
 nictibus quos pater ad Dauidem miserat, ostendit
 lectū operium, & quod palpitatione iecoris
 stragula moueri uiderent, maritum agrum anhe
 lare persuasit, addens totā noctēl inquietā eum
 exigisse. Quod ubi renunciariū est regi, ea nocte in
 aduersam ualeitudinem incidisse, iubet sic ut erat
 cum afferri, omnino enim illi moriendum esse.
 Qui cum reuersi ac retecto cibili artem mulie
 brem tandem deprehendissent, rem totam ad re
 gem deferunt. Et cīm pater expostularer, quōd
 inimicum sibi eripuisset, excusacionem uerisimi
 lem commenta est. Sit illum mortem sibi ni pa
 rēret ac adiutaret comminatum: itaq; uenia se
 dignam quae hoc non sponte fecerit, sed necessita
 te compulsa: debere enim illi cariorēm esse uitam
 filiae, quam inimici interitum, atque ita ueniam
 conseq

consequitur. David autem fuga clapsus peruenit ad prophetam Samuelē in Ramathā, eiq; rem omnem quo erga se animo rex esset indicat, & quām minimum absuerit quin spiculo ab eo traectus fuerit: idq; cūm neq; regē ulla in re lessisset, neq; in bilo sēgniter aut improvidè se ges-
 sisset, sed fauente Deo cuncta ex sententia conse-
 cissēt: atq; hoc ipsum esse quod saulū ad inui-
 diam ac odium magis excitaret. Propheta uero
 cognita regis iniuitate, relicta Ramathā Da-
 uidem ad quendam locū deducit, cui nomen Gal-
 baath: ibiq; aliquandiu cū eo habitauit. Vi uero
 nunciatum est regi Davidem apud prophetān
 agere, mittit armatos qui eum comprehēsum ad
 se perirahāt. Qui postquam ad Samuelē uen-
 runt, offendūt cū in cœtu prophetarū, moxq; co-
 dem spiritu afflati, & ipsi prophetare cœperūt.
 Hoc audito Saulus alios cōmitiit, Davidē com-
 prehensuros: quibus cūm idem quod prioribus ac-
 cidiisset, rursum alios mittit: cūq; terij quoq; pro-
 pheticō spiritu corriperētur, tandem ira impo-
 tens ipse cō properauit: iamq; non longe ab eo loco
 temeritus prius quām in conspectū Samuelis ueni-
 ret, eius opera & ipse prophetam agere incepit.
 Cumq; ad destinatiū locum peruenisset, alienatus
 à mēte, abiectoq; uestitu nudus per diē ac noctē
 in conspectū Davidis & prophetæ iacuit. Paulò
 post ad Ionaihā David peruenit, multa de patris
 eius insidijs conquerēs, quod se nihil talc meruum

2016

totis viribus opprimere cuperet. Ille uero rogabat
 ne uel ipse hoc temere suspicaretur, uel alijs forte
 suggesterentibus talia facile crederet: sed sibi soli 1. Reg. 20
 fideret, cui cōpertum sit, nihil mali patrē contra
 ipsum moliri: alioqui indicaturū cum sibi fuisset,
 cum absq; ipsius consil o nihil agere soleat. Con-
 tra David iure iurando assuerabat se uera dice-
 re: obiecit ab aurūq; ut mallet credere ac salutis
 amici prospicere, quā cōceptus eius herbis tanquam
 uanis tū demum fidē habere, postea quā extinctū
 uel uiderit, uel audiuerit. Nā patrem talia con-
 filia ideo cum ipso non cōmunicare, quod nō igno-
 ret mutuā benevolentiam que inter ipsos interce-
 dat. Quare tristis quod iam persuasus esset, per
 contatus est, qua nā in re posset illi gratificari.
 Tum David scio, inquit, quod bene mihi uelis,
 & gratificari cupias. Cras erit prima luna &
 solenne regis coniuinū, cui me quoq; adhibere so-
 let: quare si ita uidetur extra urbē in agro clāte
 præstolabor: tu uero cū requisuerit me, dic profe-
 clum in patriā Bethlema, ut intersim festo quod
 mea tribus celebrat: idq; permisso tuo factum.
 Quod si, ut mos est de amicis, dixerit, Feliciter
 prosectorius sit: scito illū nihil mali aduersum me in
 pestore cōquere. Sin autem aliter respōderit, hoc
 erit tibi iniqui in me animi argumentū: indica-
 bisq; mihi rem, ita ut præsentī mea calamitate
 mutuaq; nostra amicitia dignum est, quā fide in
 hoc data & accepta dominus cū seruo tuo uo-
 luit

luisisti inire: quasi me indignum aut erga paren-
 tē tuum iniurium censes, nihil expectatis eius ius
 sis iam nūc me tuo gladio confodito. Hac ultima
 uerba grauiter ferens Ionathas, facturum se po-
 stulata promisit, & si quid patrem male de ipso
 cogitare deprehenderitis, indicaturū: & quō ma-
 iorem ei fidem faceret, educto sub diuum iurciu-
 rando cōfirmat, nihil se nō ientaturū quod ad fa-
 lutem ipsius pertineat. Deus, inquit, qui hāc uni-
 uersitatē quam late uides implet ac moderatur,
 quiq; prius quā cloquar mentē meam nouit, te-
 stis esto initi inter nos fudderis, quodq; nō prius pa-
 tris uolunētāe scrutari desistā, quam cōpertum
 habuero ecquid latentis odij aduersum te cōcepe-
 rit: et quicquid deprehēdero, siue amicū, siue in-
 fensem, cōfīstī tibi significabo. Nouit deus quod
 ipsum tibi perpetuo propitiū precor, utq; semper
 tuas res prospiceret, quē admodum & nunc facit,
 & posthac facturus est: & siue pater meus siue
 ego tibi aduerser, tu tamē ope illius nunquam non
 uictor euades. Tu uero memor esto huius nostri
 affectus, & si me perire contingat, liberos meos
 serua, & mihi debitam gratiam in illos colloca.
 Post hoc iusfirandū Dauidem dimittit, iussum
 in certum agri locum secedere, in quo se exercere
 solebat: cognito enim patris animo uenterum se
 illuc unā cum puerō. & si, inquit, emissis tribus
 ad scopum iaculis, collecta puerum referre iusse-
 ro, iacere enim ante ipsum scito nihil triste à pa-

tre timendum: quod si contrarium me dicere audi-
deris, patre quoq; contrario modo affectum exi-
stima: utcunq; tamē ceciderit, ego dabo operā, ne
quid tibi secus quā uelimus accidat. Tu cūm le-
tiora tempora uenerint fac memor sis horum, &
liberos meos commendatos habeto. His ionathas
promissionibus confirmatus David ad constitu-
tum locum proficiscitur. Sequenti uero die qua
fuit nouilunium, rex de more castè ac purè ad
coenā uenit: cumq; filius ionathas dexter illi ac-
cumberet, alterumq; latus abenares exercitus
imperator clauderet, uidens Davidis locum ua-
cuum tacuit, suspicatus eum ideo abesse. quod à
congressu uxoris non esset purus. Sed cum ne po-
stridie quidē adesset, sciscitus est ex filio, qua
de causa neq; tunc, neq; hēsterna die adfuisse so-
lennibus epulis Iesæ filius. Respōdit ille, profectū
in patriā ad solennē tribus eius festiuit atē, com-
meatu à se impetrato. Quintiam m: inquit, ad
hoc epulum iuitauit, & si tibi idē uidetur, ibo:
noſti enim quā a benevolentia hominē prosequar.
Hic iam nō amplius odium suū Saulus apud fi-
lium dis̄mulare potuit, & cūdeter patuit, quā
infesto esset in Davidē animo. Turgio enim ad-
ortus filium, desertore cum patris ac hostem ap-
pellauit, sociumq; & adjutorem Davidis. Nec
pudere cum quod nullo parentum respectu cum
inimicis conspiret, & non posset induci ut crea-
dat nunquam ſecurè regnatiros incolam̄ Da-
vid

nide : simulq; iubet, ut hominem accersat, datum
rum debitum supplicium. Cumq; filius quereret,
ob quā culpam eū capite plebare uellet, non iam
intera uerba irā continens proripuit se, & naclus
alicunde spiculum, impetu in filium fecit : perpe-
trassetq; impium facinus, ni intercursu amico-
rum suissēt cohibitus : atq; ita manifeste mali-
gnum & infestum erga Davidem animū apud
filium prodidit, cūm minimum absuerit quin suis
ipsum manibus propter illū perimeret. Ac cum
quidem regius filius ē conniūcio profugus, oblitus
epularū, tum suū periculum, cum amici iam neci-
destinati uicem dolēs, in mōrore noctēm exegit:
& prima luce ante urbē in agrū prætextu exer-
cendi se, sed re uera ut amico indicaret omnia,
processit : peractusq; in iaculatione his que pro-
miseraut, ablegatoq; in urbē comite puerō, solitu-
dinem naclus ad colloquium Davidis properat:
qui ut primum in conspectum est datus, procum-
bēs ad eius pedes seruatorē suum salutauit. Ille
erectum à terra cōpletūtur, atq; ita & quales duo
in mutuis amplexibus herētes iniquā sortē suam
deplorabāt, quae illis suauissimā consuetudinē in-
uideret, & inuitissimos à se inuicē distraheret,
quod illis morte nihil mitius uidebatur : ac uix
tandē multis lamētis exsariati, obiectatiq; se in-
uicē ut mutua fidei perpetuō meminissent, digre-
x 111. diuntur. Inde David fugiēs infestissimum re-
g. Reg. 21. gem, in oppidum Nobam ad Achimelechum
sacerd

sacerdotē peruenit: qui soli neq; famulatio stipatum, neq; amicis comitatum aduenisse uidēs, motus admiratiōē tā & solitudinis causam percōtatus est. Tū ille secreta mādata à rege se habere dixit, ad quae peragendā nullo comitān opus esset, nā famulos in constituto loco sibi occurrere iussos, Poposcit autem ab eo uiaticū, sic enim & amici officium facturum, & ad præsens negotiū opem collaurū: quo impetrato, armorū etiā aliquid petyt, aut hastā aut gladiū. Forte autē aderat quidā sauli scrūus natiōne Syrus, nomine Doēcus, regiarum mularum curator. Pōi: sex uero negauit sibi esse quicquā armorum, essē tamē ibi Goliathī gladium, quē occiso Palæstinō Deo cōsecrauerat. Hoc accepto Dāuid extra ditionem Hebræorum aufugit in Gittā Palæstinorū, apud quā regnabat Anchus. Vbi agnitus à regis ministris, & indicio ad regem perlato, hunc esse Dāuidem, qui tam multa Palæstinorū milia neci dederit: ueritus ne ab eo perimeretur, & periculum quod apud Saulum effugerat, apud hunc incideret, furorem ac rabiem simulat, ita ut ore spumam emitteret, & alia signa insaniē p̄ se ferret, quibus morbo fidem apud Gittēsiū regem astrueret: qui iratus famulis q̄ mente capiū hominē ad se adduxissent, iussit ut quā primū eūceretur. Hoc p̄ Reg. 22. Eto è Gitta cū euafisset, in tribū Iudea peruenit, & agēs in spelūca que est in agro Adullamæ,

B. misit

misit ad fratres qui eos doceret, ubinam ipse moraretur: at illi cū tota cognatione se ad eū cōtulerunt: nec nō & alij mulii aut rerū nouarū cupidi, aut Saulū timētes, ad eū uli rō cōfluxerūt, operā suā ad omnē eius nutū offerētes: quorum numerus ad quadringētos crevit: quorū multitudine ac ope fretus, relicto eo loco ad Moabitarū regem proficiscitur, rogatq; hominē ut parentes ipsius intra regni sui fines tāti sper recipere, dū res eorū in meliore statu collocarētur. Quo imperato, & parēibus in magno honore apud regē quādiū illic māserūt habitis, ipse iussu prophetæ relicto deserto in tribū Iudea se cū suis trāstulit, apud Sarim opp̄ dū se cōtinēs. Quod postquā ad Saulū delatū est, Danidē cū armatorū manu cōfīcētū, in nō mediocrē metū ac perturbatiōnem regē cōicebat. Scieš enim eius magnanimitatem ac fortitudinē, aliquid magnū moliturū suspicabatur, quod rebus regis aut periculum, aut certe difficultatis ac laboris plurimū afferret: conuocatisq; amicis & ducibus & uniuersis suis tribulib; ad regiā ubē Gabā, sedēs in loco cui nomē Aruū, adstante honoratissimo quoque, & toto satellitio, sic eos est affatus: Viri cōtribules, scio uos meminisse quantis à me affecti suis beneficijs, & agris locupletati, & honoribus ac praefecturis aucti. Rogo igitur nū plura & maiora munera à Iessai filio exspectatis: scio enim uos omnes in illū propensiōres, initio factio
 à Zonat

à Ionathā filio, qui & uobis huius sentētie au-
 tor est: nō enim me latēt clādestina inter illū &
 Dauidem ista sœdera: neq; q̄ cōſilio & opibus
 aduersariorū partes cōtra me adiuuat. Vos autē
 nihil hæc cura rāgit, sed quieti quō res euafurā
 sit exspectatis. Post hæc regis uerba ceteris ſilē-
 tibus, ſolus Doēcus Syrus mularū regiarum cu-
 rator reſpōdit, uid̄ ſſe ſe Dauidē in Noba oppi-
 do, quō cū ad pōtificē Achimelechū ueniffet, ab
 eo de euētu rerū oraculū accepiffe, adiutūq; cō-
 meatu & gladio Goliathi armatū, quō uolebat
 deducētū eſſe. Accitus eſt mox cum tota cognati-
 oē pōtifex: cui rex, Qua noſtra iniuria prouo-
 catus excepiſti Ieffai filiū, & regis infidiatorem
 armis atq; cōmeatu instruxiſti? aut cur etiā de
 futuris oracula ei reſddidiſti? Nō enim ignorā-
 bas, q̄ propter odiū quo familiā meā prosequi-
 tur, hinc auſuget. Pōtifex autē nihil horū inſi-
 ciatus, liberē fassus eſt hæc ſe nō rā Dauidi p̄r-
 aſtitiffe quā ipſi regi. Excepi, inquit, nō ut inimi-
 cū tuū, ſed ut fidissimū ministrū & tribunū, &
 quod maius eſt generū, ac propinqua neceſſitu-
 dine cōiunctū: quis enim putaret eū qui hoc ho-
 nore à te dignatus ſit, inimicū eſſe, ac nō potius
 cōm primis benevolū? Consulius etiā de diuina
 uoluntate, nō nunc primum ei reſpondi, ſed aliaſ
 quoq; ſa penumero. Cumq; ſe dicceret à te miſſum
 ad arduum negotium properare, non ſuppedita
 re quae requirebat, ad tuā magis quam ad illius

B 2 inin

iniuriā pertinere iudicabam. Quare nō est quod de me male suspiceris, aut si quid noui nunc Dauidē moliri audiuisti, ob exhibitā à me humanitatē, sauere me illi aduersum te cogites: in amicum enim ac generum & tribunum tuum collatum nolui, quicquid officiū in illum cōculi. His uerbis S. Iulius fidē habere noluit, q̄ plus apud eum meus periculi ualeret, quā excusatio quārumuis. instaurataq; circumdasum armatis cū tota familia iubet cōtrucidari. cumq; illis religio esset uiros Deo sacros ferro violare, Doēcum Syrum cā cādē perpetrare mādanit: qui assumptis ad hoc aliquot sui similibus facinorosis, pōtificem cum tota cognatione interfecit: quorum numerus erat trecenti octuaginta quinq;: moxq; missi sunt à rege Nobā sacerdotum oppidum, qui cōtrucidatis ad unum habitatoribus, nullo uel etatis uel sexus respectu, postremō flāmis cā deleuerūt: ex quā clade unicus rātum Achimelechi filius, nomine Abiatharus seruatus est: idq; totum iuxta oraculū Dei Eli pōtifici olim redditū cōtigit: quo prædictū erat, propter filiorū iniquitatē eius posteritatē aliquādo interitūrā.

Rex autē S. Iulius tam seu facinore perpetrato stirpe pōtificia interneccione deleta, neq; teneram etatē miseratus, neq; grādeuos reveritus, insuperq; ciuitate quā patriū ac alumnā sacerdotū & prophetarū singulari primilegio Deus elegērāt, solo aquata, satis declarauit quām prauum.

fit:

sit hominum ingenium. Tantisper enim dum hu-
miles sunt atque plebeyi, quia non audent, neque
liberum est naturae obsequi, et qui ac boni viri
esse uidetur, mirumque; quod da iustitia studium
praeferunt: quin et pietatem interea colunt,
Deumque; omnibus actionibus nostris interesset,
omnes denique; cogitationes intueri persuasum ha-
bent. Sed simul atque ad potentiam et imperium
prouecti sunt, exutis pristinis moribus, et tan-
quam in scena mutato habitu, nouaque; persona as-
sumpta, in omnem audaciam et insolentiam, di-
uinorumque; et quae ac humanarum rerum contem-
pium prolabuntur: et cum ad superandam iniui-
diam maximè illis opus est pietate et iustitia,
cumque; omnes eorum non actiones solum, uerum
etiam uoluntates in conspicuo sint omnibus propo-
site, tu maxime tamenque; aut disimulante Deo, aut
et ipso potestatē eorum formidante, in subditos
debachatur: et quicquid aut per inane metū,
aut odīu, uel saurore irrationabile decernunt, id
tu hominibus ratū, tum Deo quoque; ipsi probatum
esse existimant: futurorum uero prorsus nullum
nec respectum nec rationem habent. Quorquot
enim in eorum gratiam plurimos labores exau-
riunt, eos primū euehūt: deinde iam honoratos
per inuidiam non solum dignitatibus priuant, sed
per calumniam etiam sape opprimunt, non consideran-
tes quam merito, et atumque; temerarijs delationibus
absque; ulla probatione fidem adhibentes: et se-
minunt

uiunt non in quos oportet, sed in quos ipsis sequi
 uire est facile. Hac ita esse manifestum exēplum
 in Saulo Cisi filio nobis est exhibitū, qui primus
 post sublatam optimatum administrationē, ac
 iudicū supremum magistratum rex Hebraeorum
 creatus, propter suspectum Achimelechum tre-
 centos sacerdotes & prophetas interfecit, ca-
 sosoq; excidio urbis obruit, & quācum in se fuit
 summū Deifanū sacerdotibus sacrisq; ministre-
 rijs orbanit, post tā numerosam cādē ne patriam
 quidc eorū & seminariū superesse passus. Ab-
 iatharus autē Achimelechi filius, qui solus ge-
 ncris sui superstes cādē sacerdotum euaserat, ad
 Dauidē fugā delatus, familiae cladē & patris
 interrium ei renunciavit. At ille iā ante se hoc
 præagiuisse dicebat, cīm illic Doëcum nideret:
 facileq; suspicatū, calumniā pōtifici apud regē
 struendam: agerrimeq; forebat q ipse tāti mali
 occasionē præbuisset: simulq; iussit, ut apud se
 mancret, q nusquam tuiiores latebras inuenire
 posset. Per idē tēpus cum indicatū esset Dauidi
 Reg. 23. Palestinos in Cillanorum agrū irrupisse, cumq;
 quātus est populari, decreuit illos adoriri, con-
 sulio prius prophetas, an Deus victoriā annue-
 ret: confirmatusq; oraculo, & cum sua cohorte
 hostem aggressus magna cāde repulit, præ-
 dasq; ex hostico egit, & Cillanis præsidio fuit,
 dum fruges ex areis cōcherent. Resciuit hoc ma-
 turè Saulus: nā rei feliciter gestā fama cōtineri

NON

nō potuit, quin latè propagata ad regias quoq;
 aures permanaret, nō sine ipsius Davidis laude.
Quo nuncio latus rex putauit se iā rē factā ha-
 bere, audiēs inimicū se intra unius oppidi mae-
 nia cōclusisse, & dimidius hāc occasiōnē oppri-
 mendi eius datā diētā, edicit populo ut Cillā
 properē circumuentā tā dīu premāt obſidiōe, do-
 nec Davidū in potestatē redactum interficiant.
 At ille oraculo admonitus, niſi maturè ſuis re-
 bus cōſuleret, fore ut Cillani eius deditioне ab
 ira regis fe redimāt, relicta urbe in desertum ſe
 cum quadringentis armatis cōtulit, ibiq; collēm
 quendā munitū inſedit, nomine Engclain. Sau-
 lus autem cognito q; David non amplius apud
 Cillā eſſet, expeditionē cā omisit. David uero ex
 deferto in Canā locū agri Zipheni ſe cū ſuis trā-
 ftulit: quō etiā Jonathas regis filius preſto fuit
 ſalutaturus amicum, & de futuris collocuturus.
 Horabaturq; eū ut bene ſperaret, né ue praefen-
 tibus difficultatibus de fatigatus cederet: omni-
 no enim regnaturum eum, & uniuerso Hebreorū
 populo præfuturum. Tales autem felicita-
 tes non ſolere ociosis contingere. Renouatisq; ſe
 deribus & fanciā ſub Deo teste in omnem uitā
 amicitia, additisq; diris execrationibus in eum
 qui prior à pactis recederet, illū eō loci reliquit
 metu nonnihil ac ſolitudine leuatum: ipſe uero
 domum ſuam repeiūt. Zipheni uero gratiam re-
 gis captantes, certiorem eum faciunt, Davidem

B + in agro

in agro suo morari : pollicebanturq; suam operā, ut in manus regis traderetur: occupatis enim quibusdam saucibus, nullū reliquū illi fore effugium. *Saulus* uero hominibus collaudatis, gratijsq; a clis, quod imitū sibi indicassent: cumulate se illis beneficium repositorū pollicitus, misit qui diligenter quereret *Dauidē*, omnesq; deserti latreras perscrutarentur: dicēs se breui cum exercitu secuturā. Aiq; ita *Zipheni* duces se regi ad perquirendū eum & cōprehendendū obtulerunt, studium suum erga ipsum nō indicio tantū declaraturi, sed omnibus viribus conando ut in potestatē redactum regi trāderent. Sed nō habuit successum iniqua eorum cupiditas, quibus cum nullū periculum ex silentio immineret, per adulacionem & auaritiam virū pium & præter ius ad mortē quæsitū, regi se tradituros erat polliciti. *Dauid* enim cognitæ eorum malicia, simulq; regis aduentu, relictis locorum angustijs in quibus eum uersabatur, evasit ad magnā petram quæ sita est in deserto *Simonis*. Nec *Saulus* deslitit illum insequi: cognito enim inter eū dum q; superatis saucibus evasisset, ad alterum petrae latus peruenit: futurūq; erat ut *Dauid* circumventus cōprehenderetur, nisi rex trepidis nuntijs revocatus esset, qui Palestinos in ditio nem eius hostiliter irrupisse adferebant. Satius enim iudicauit hos perpetuos ac germanos hostes ulcisci, agrisq; suis quo minus hastarentur opem

opem afferre, quā studio capiendi inimici, regio-
 nem illis populandam prodere: atq; ita David
 prater omnīū opinione seruatus, ad fauces agri
 Engadeni se cōculit. Saulo autē post reiectos Pa 1. Reg. 24.
 lestinos nunciatum est, Davidē intra fines En-
 gadenorum morari: moxq; assumptis tribus ar-
 matorū milibus ex omni exercitu selectis, pro-
 perè eos ad locū indicatū duxit: cumq; nō longè
 abesse, offendit speluncam longo recessu opacā,
 & in penitiore sinu latè patientem, in qua tū for-
 tē David cū sua cohorte delitescebat: in eamq;
 solus ad requisita natura, se insinuauit. An-
 imaduersum est id cōtinuò ab uno è Davidis co-
 mutibus, qui cūm eū moneret tempus ultionis of-
 ferre Deū, nec esse negligendam occasionem tot
 erūnas finieidi. abscisso infestissimi regis capite,
 laciniā tantum regū pallū præcidit: indignū ra-
 tus in proprium dominum senire, quem Deus
 ipse ad imperiū fastigium electione sua prouexe-
 rat: nec enim par esse iniurias certare cum eo, qui
 immeritū extinguerre cuperet. Egresso deinde è
 spelūca Saulo, David quoq; in apertū progres-
 sus regem in clamat, & cūm ad agnitam uocem
 se cōuertisset, ex more prius adoratum sic allo-
 quitur: Quām iniquum est rex, te calumniatori-
 bus paullas aures præbente, & uanissimis ho-
 minibus fidem adhibentem, de amicis spectatis
 suspicari, quos ex ipsorum factis potius iudicare
 oportebat: herba enim uel falsa possunt esse uel

B 5 uera:

uera: sed nullū apertius de animo quā ex factis
 argumentū potest colligi: quē admodū nūc quoq;
 indicare potes nū temerē illis credideris, qui eius
 criminis me apud te reū faciūt, quod ne in mentē
 quidē unquā uenit: & in tantū te exasperauer-
 sunt, ut nocte atq; die nihil magis quā de meas
 pernicie cogites. An nō uides hanisimā esse tuā
 opinionem, qua persuasus es me familiæ uestræ
 iniūciū, tuaq; in primis uccis esse cupidū. Aut
 quibus oculis Deū putas immunitatē tuā aspi-
 cere, qui hominē ad cādē expetis, oblatā uindi-
 etā tali occasiōē tibi parentē, quā ipse naclus
 nūquā elabi ē manibus suisses. Nihilo enim ma-
 iore negotio caput tibi praeidere poterā, quā hāc
 uestris laciniā. Simulq; pānū protulit, qui uerbis
 fidē astrueret. Ego certe ne iusta quidē ultiōē in-
 dulsi, & tu iniūctas simultates cōtra me exerce-
 re nō uereris. Sed horū Deus index erit, proba-
 bitq; ute nostrū æquioribus moribus sit prædi-
 tus. Tū Saulus demirās ē quāto periculo esset ser-
 uatus, modestiaq; iuuenis attonitus, ingemuit:
 similemq; gemiuum rescrēte Davide, rex se ini-
 stius gemere fassus est. Tu enim, inquit, multorū
 honorū causa mihi fuisti, ego cōterā tibi multa
 rum calamitatū autor. Et nūc quoq; declarasti
 te à priscorū æquitate nō degenerē, qui intūicos
 in solitudine ad iniuriā expositos naclī, incolu-
 mes dimittere maluerunt. Itaq; hodie manifeste
 cerno regnū tibi à Deo repositum, & sub tuum
 imperium

imperii universam Hebreorum gentem concessuram:
 quoniam obre postulo ut iure iurando fidem mihi facias,
 et rerum potius obliuioni iniurias meas traditurum,
 & familiam meam saluam esse passurum. Pollicitus est
 id David, interposito, in re iurando, atque ita regem
 in regnum remisit. In idem tempus mors Samuelis
 prophetae incidit, uiri qui suo merito in maximo
 semper apud Hebreos pretio fuerat: illustreque
 uirtutis ipsius ac sua obscuritate populus testi-
 monium edidit, dum defuncti exequias & sepul-
 turam magnifico sumptu cōcelebrat: & postquam
 iusta excoluit in Ramathha patria sepulto luctu
 in longum tempus prorogat: non quasi in publico
 moerore, sed quasi ad unum quemuis propriè hæc
 orbitas pertineret: fuerat enim uir ad omnem iusti-
 tiam ac bonitatem à natura cōpositus, & ob has
 uirtutes Deo longè acceptissimus. Praesuit popu-
 lo post Elias pontificis obitum primum solus annis
 duodecim, deinde Saule regnante annis decem
 & octo: cuius extremi dies in hæc ut dixi tem-
 pora incidunt. In locis autem, in quibus tum
 David uersabatur, erat Ziphenus quidam in
 oppido Emma, uir locuples & multorum gre-
 gorum dominus: habebat enim in pascuis ouium
 tria milia, & capras mille: ab his David omnem
 iniuriam abstinuit, graniter interminatus suis,
 ne uel cupiditate, uel egestate, uel latendi spe
 impulsu quicquam uiolarent, sed pluris iustitiam
 faceret, & Dei uoluntatem, cui nunquam pla-
 cuerunt

cuerunt qui in alienas res manus audiē inīce-
rent. In hac disciplina suos cōtinebat, purans se
in hominē probū. Et sua benevolētia dignū hoc
officium collocare. Nābulus uero (hoc erat uiro
nomen) homo erat aggrestis, et malis moribus
præditus, sed honeste ac prudens et elegantis
mulieris maritus. Ad hunc David pecora ton-
denter decē è suis misit salutātū, qui illi in mul-
tos annos eam felicitatē ominarētur: simulq; ro-
garent ut è facultatibus suis aliquid cōmunicā-
ret, cūm è pastoribus intelligere posse, quod lon-
go iam tempore in solitudine uersati adeò nihil
detrimēti attulerint gregibus, ut custodes eorum
fuisse potius uideri possint. Quicquid autem in
Davidē cōculerit, in hominē gratū ac memorē
collaturum. Ad huc postulata homo suo more
nimis dure dedit respōsum. Percōatus enim quis
esset David, ut audiuīt esse Iessei filium, Nunc,
inquit, fugitiui relictis dominis insolēter ac su-
perbē se gerūt. Quibus renūtiatis David in irā
accensus, quadringentis armatis assūptis, et
ducētis ad custodiā impedimentorū relictis (iam
enim sexcentorū manū coegerat) contra Naba-
lum proficisciēbatur, iuratus quod ea nocte et
familia eius et omnes opes esset euersurus. Neq;
enim se tam agrē ferrē, quod homo ingratus of-
ficij nihil repēderet, quā quod ultrō conuictijs se
impeteret, nulla unquā affectus iniuria. Interea
quidam è seruis pastoribus ad herā suā, illius
uxorem,

uxorem, uenit nuntians, quod David a marito eius modicū quiddam postulans non solum nihil imperauerit, sed cōuītūs etiā nō serendis sit appetitus, cīm tamē in ea diem semper greges eius intactos præstisset: eamq; insolentiam domini posse illi magnā aliquā calamitatē afferre. Hoc audito. Abigaea (id nomē mulieri fuit) oneratis aliquā multis asinis, & uarijs xenijs in sarcinas cōgestis inscio marito & per temulentia sopito, ad Davidē properat: eiq; in uallis cuiusdā de scensu cōtra Nabalū armatorū agmē ducēti fit obuiā. Quē postquā appropinquare uidit, de iumento defiliūt, & prona in facie adorabūda deprecata est, ne uerbis Nabalis moueretur, qui reuera esset id quod uocabatur. Nabalus enim Hebreorum lingua uocatur insipiens. Excusabatq; se nemine eorū uidisse, qui ad maritū mis si fuerāt. Quare obsecro, inquit, da ueniā, & age gratias Deo, qui per me tibi obstitit, quo minus humano sanguine manus pollwas. Si enim incōr taminatus a cōde permāseris, ipse pro te pœnas ab his qui te lēscrunt exalturus es. Quod enim Nabalū manet infortuniū, inimicorū tuorū contingat capiibus. Tu uero propitius hēc mea munuscula admittit, & ira qua merito in maritū meū es cōmotus, in meā gratiā remisit. Decet enim clemētia & humanitas eū cui fatare regnum destinauerūt. Ille uero munericibus acceptis: profecto, inquit, Dei uolūtate ad nos hodie ue niſtiz:

niſti: alioqui crastinā diem non uideres: iurauī
 enim me hac nocte domū ueſtrā subuersurū, &
 nemineſuperſtitē relieturū ex familia hominis
 ingrati, ac in me meosq; cōuimeliosi. Nunc uero
 Deus tibi in mentē immisit, ut mature occurrēs
 furorē meū delinires. Nabalus autē tametsi pro-
 pter te ueniam nūc cōſequitur, pœnā tamē nō euadet,
 sed ſui mores per aliā occaſionē perdent ho-
 minē. Hac locutus mulierē dimiſit. Ea domū re-
 uerſa offendit maritū cū equalibus cōpotantē,
 iamq; uino graue, ideoq; tū nihil eorū quæ ges-
 ferat indicauit. Sequenti uero die poſte aquam
 sobrio rem totā exposuiffet, in tantū mœrorē cū
 cōfecit, ut toto corpore ſideratus decima poſt die
 mortē obiret. Quod ubi Dauidi relatuſt, meri-
 tas pœnias Deo perfoluiffē eū dixit: ſuapte enim
 malitia perditū, & uileioni ſubieclū, idq; incon-
 taminateſ eius manib⁹ qui iniuriā acceperat.
 Atq; hoc quoq; exēplo didicit, nemineſ celeſtū
 uindictā Dei poſſe euadere: nec humanaſ res à
 Deo negleſtas ferri temerē, ſed bona bonis, &
 malis quod illis dignū eſt rependi. Moxq; miſſis
 ad uxorē eius nunijs, acciuit eā in legitimuſ tho-
 rum coniugē ſibi inducituras: quæ præfata priu-
 ſe indignā ut uel pedes eius contingere cū omni
 ramen ſuo paratu uenit, & uxoris loco poſthac
 habita eſt, hunc honorē ab eo consecuta tum
 propter modeſtiam bonosq; mores, tum propter
 eximiam formā gratia. Habuerat autē Dauid

& amē

Et ante coniugē, ex Abesaro oppido oriundā,
 Nam Melcham Sauli filiam prius Dauidi nu-
 ptam pater Iiso Pheltia filio clocauit, in oppi-
 do Geihla habitanti. Nec ita multo pōst Zi- 1. Reg. 26.
 phenorū quidam renuntiauit Saulo, Dauidem
 rursum in eorū regione esse, et si uelit adiuta-
 re, posse eum cōprehendi. At ille cū tribus mili-
 bus militum eo proficisciatur. Et superueniente
 nocte castrum etatus est in quodam loco, cui no-
 men Sicella. Dauid autē cognito quōd rex con-
 tra se cum armis ueniret, speculatoribus missis,
 iussit ut se certiorē facerent, quonam usq; pro-
 cessisset: cumq; audisset eum esse apud Sicellam,
 noctu ignaris suis omnibus, duobus tantū comi-
 tatus, Abiseo sororis suae Saruiæ filio, et Achimelecho Chettiæ, in castra hostium penetrat.
 Dormiēteq; Saulo et circu eius satellitio, simulq;
 imperatore copiarū Abenero, in tentorium re-
 gium insinuatus, neq; regem agnito eius cubili
 ex spiculo interficere sustinuit, neq; Abiseum
 accensum ad facinus permisit: sed cohibuit ad-
 monitu nefas esse regem diuino suffragio creatū
 interimere, quantumuis malum: eius enim esse in
 eum uindicare, qui regnū dedisset: utq; aliquod
 signum esset, quod naclus potestatē regis op-
 primendi, nō esset ea usus, ablato spiculo et le-
 cybo aquali, que iuxta cubile sita erant, nemini-
 ne sentiente castra exiuit, intrepide et quasi
 per otium interspitios uersatus, partim noctur-

nis ten

LIBROS

DEL DR.

J. M. MARQUES

Ayuntamiento de Madrid

nis tenebris, partim audacia propria fretus:
 transgressusq; torrente, & cōscenso mōtis uer-
 tice unde facile poterat exaudiri, inclamatis
 Sauli militibus & imperatore eorū Abenero ē
 somno eos excitat. Et cū imperator nominatim
 appellatus scitaretur, quisnā esset qui se uoca-
 ret, sic respondit: David ego sum Iessai filius, à
 uobis profugus. Sed quī factum est ut tu uir tan-
 tus, & inter amicos regios maxime honoratus,
 eam negligēter domini corpus custodias, ut dor-
 mire malis, quā curā salutis eius gerere. Capi-
 talem enim culpam admisiſſis, qui paulo antē
 quosdam ē nob̄is clām in caſtra regia ſubre-
 pentes non ſcifiſſis. Vide igitur quonam deue-
 nerit ſpiculum regium, & aquæ lecythus, & di-
 ſce quāntū flagitium ſit cōmiſſum. Saulus autē
 agnita Davidis uoce, & cognito quōd adeptus
 eum à ſomno & cuſtodiū negligentia prodiū,
 non tamē interfecit, cū id iure ſuo facere po-
 tuiffet, gratias ſe illi habere pro ſalute confeſſa
 profeſſus eſt: hore abaturq; ut bono eſſet animo,
 nihilq; mali in posterū timens, ad proprias aedes
 reuerteretur. Compertū enim habere, non ſibypsi
 ſalutē ſuam cariorē eſſe quam Davidi. Se enim
 ſervatōrē ſuum, hominē ſpectat & per multa offi-
 ciata beneuolentia, in exilium aſtū, & ſepe in ca-
 pitis diſcrimen adductū, amicorumq; cōſuetudi-
 ne orbatū perſequi non deſiſtere: illum uero pro
 hōſtili inſectatione ſalutem ſibi reponere. Tum
 David

Dauid iussit ut mitteret qui et spiculum et lecythum reportaret, hoc ait statutus, quod Deus futurus esset utriusque naturae et morum ac gestorum index, cui notum esset, quod ea quoque die percisceret inimico, quem in manu erat interficere. Atque hoc modo Saulus iam iterum clementia Davidis incolamis e manibus emissus, retro in regiam se recepit. Ceterum David ueritus ne si diuinus in eis locis haberet tandem comprehenderetur. consilium putauit in Palæstinam transire, et illic degere: quod cum ceteris quoque uisum esset, una cum sexcentorum manu ad Anchum se conculit regem Gittæ unius est quinq; eius gentis ciuitatibus: ubi domicilio accepto a rege cum duabus uxoribus Achima et Abigæa habitavit. Saulus autem cautior factus posthac deslitit contra eum aut proficiendi aut militi mittere, uidens id sibi iam bis male cessisse, minimumque absuisse quin captando caperetur. Dauidi autem non placuit in urbe Gitta manere, sed petiit a rege ut ad pristinam erga se hospitalitatē hoc quoque adiiceret, et agri parte ad incolendum ei cum suis attribueret. Vereri enim se ne intra mœnia morando onerosus Gittenses uideatur. Annuit eius precibus rex, et uicuum quendam nomine sicellam ei donauit, quam Dauid postea regnum adeptus adeò dilexit, ut suam et posteriorum priuatum possessionem in perpetuum esse uoluerit: quae de re alias fuisse dicturi sumus. Totum autem

tempus quo Dauid apud Sicellam uixit, sicutum
mensis quatuor, additis uiginti diebus: ex eo lo-
co clancularijs excursionibus Palæstinae gentis
uicinos sibi Sarit. is & Amalekit. is infestabat,
magnas iumentoru. & cameloru. prædus abigebat:
mancipia enim non abstrahebat, ueritus ne horum
indicio res ad Anchum regem perferretur, De
manubij autem munera mittere ad regem solebat:
quo percontante unde eas prædus ageret, meri-
dionalēm Iudeorū regionē cāpistrē incursare se
respōdens, regi facile persuasit, ut crederet, quod
uerum esse uehemēter cupiebat: sperabat enim
Dauidem si hostiliter gentē propriā tractasset,
præcluso reditu semper posthac obnoxium se ha-
biturū.

Reg. 28. Et parabatur tum bellū in Hebreos
cōmuni Palæstinorum decreto, indicō omnibus
eius nominis socij die ad conuenicndū in Rengā,
ubi collectū exercitū Anchus in hostē duclurus
erat: & inter cetera auxilia Dauidē cū sex-
cētorum cohorte chocauerat. Quo prōprie operā
pollicēte, & dicēte adesse tēpus referēde hospiti-
talis graic, rex cōtrā quo magis cū sibi deuin-
ciret, promisit se eū re bene gesta in summo apud
se honore habiturū, et satellitio suo præpositurū.

Hebrei à Palæstinis magno prælio uincuntur, in
quo Saulus rex unā cum filiis fortiter pugnans
occubuit.

CAP. XV.

SAULUS autē ē regno suo diuinis omnes &
uētriloquos ac ariolos ceterosq; similis nau-
nitatis

nitatis homines eiecerat, solis prophetis retentis:
 cumq; audisset Palestinos Sonnā usq; urbē pro-
 gressos, castra ibi metatos, & ipse cum suis co-
 pys illuc occurrit: & iuxtamontem quendam
 Gelboë dictum castra ē regione hostium posuit:
 ubi non mediocris trepidatio illum incessit, repu-
 tantem hostilem exercitum uiribus longè pre-
 cellere: qua de re solicitus ad oraculum Dei con-
 fugit, cumentum pralij sciscitans. Deo autem si-
 lenie magis etiam territus prorsus animum de-
 spondit præagiens cladem imminere, posteaquā
 Deus preter solitum auxiliatricē manū sub-
 traheret. Quari nihilominus imperat muliercu-
 lam quampiam uētriloquam, & manes elicere
 callentem, quo uel sic rerum cumentum prænoscer-
 ver: nam uenitiloquorum genus euocatis defun-
 etorum animabus per eas futura sciscit antibus
 prædicunt: cumq; indicio cuiusdā familiaris suis
 comperisset, esse talem mulierculā in oppido En-
 dorō, ignaris omnibus mutato regio habitu, as-
 sumptisq; duobus fidissimis famulis ad Endorū
 & mulierem fatidicam proficisciur: rogatq;
 eam ut diuinet, educatq; ad superos animā uirū
 cuius ipse uoluerit. Illa autē repugnante & ne-
 gante se editum regis contempturā, qui hoc di-
 uinaculorum genus à suo regno arceat: & ob-
 testante ne nulla iniuria lacefītus insidias sibi
 strueret, quo deprehensa ueritas artes attrectare
 ad supplicium raperetur: iurauit neminem hoc

resciturum, neq; se responsum cum alijs cōmunicaturum, sed fore eam extra omne periculū. Ut uero iure iurando persuasa est nō tamere, iussit eā Samuelis animam excitare: quæ cūm nesciret quisnam fuisset Samuel, ab inferis hunc euocat. Quo in conspectum ueniente, mulier specie uiri diuina & ueneranda pecterrita ac stupefacta, uersa ad regem, nō me, inquit, tu es Saulus rex? hoc enim ex S. mule dicerat. Quo annūcite et rogāte trepidationis causam, ait sc̄iuidere ascēdētiū uirum diuina quadam specie præditum. Percorante deinde qua effigie quōne habitu es-
set ac aetate, ait senē esse uenerandum, habitu sa-
cerdotali amictum. Agnouit rex Samuelē esse,
& procidēs adoratione salutauit. Anima au-
tem Samuelis interrogante, quā ob causam cli-
ei ac suis moueri sedibus iussert, necessitate se
huc adactum cōquesitus est: imminere enim gra-
uem hostium exercitum. & se inopem esse consi-
lī deſtitutum à Deo, neq; per uates, neq; per
ſomniorū uisiones futura præsignare dignarie:
quapropter ad eū se conuigisse, cui res suas sem-
per cura fuisse sit expertus. Samuel uero adeſſe
iam regi extremū uitæ diē præuidens, superua-
canum respondit ex ipso futura ſcitari, cūm à
Deo deſtituitū ſe agnoſcat. Audi tamē, inquit,
in fatis eſſe, ut David aſſumpta regia dignita-
te bellū ex ſenīcia cōſiciat: uero et principa-
lum & uiam ſimil amittere, eo quid in bello

quod cōtra Amalecitas gesistī obediens Deo
nō fueris, & quæ tibi per me etiā tum uiuū man-
dauit neglexeris. Scito igitur & exercitū tuum
ab hoste profigandū, & te unā cū filiis in prae-
lio cadentē cras mecum futuri. His auditis Saulus
obmūuit p̄r̄ mœstitia, & in humū collapsus
est, sive ob subitanā tristitiā uiribus deficienti-
bus, sive ob inediā, quod ea nocte ac præterita
die corpus cibo recurare neglexisset. Tandem cū
egrè ad scipsum redisset, mulier urgebat eum ut
cibū sumeret, hanc gratiā ab ipso reposcēs offi-
cij, quod per interdicas artes nō sine suo pericu-
lo poscēti præstiterat, priusquam sciret huc ipsum
esse qui interdixit: pro quo beneficio hoc tantum
reposebat, ut mēsa apposita uires resoueret, quò
ad exercitū redire ualeret. Resistentē uero et ci-
bum omnē p̄r̄ desperatione auersari pergentē,
tantū nō adegit improbis precibus ut assentire-
tur: cumq; unicū haberet uitulū domi a se edu-
catum mulier quotidianis operis uictū sibi pa-
rans, & nihil præterea possidens, hoc macilato
carnes coctas ipsi & famulis apposuit. Saulus
uero eadem nocte in castra est reuersus. Mirari
succurrit hoc loco mulieris huius comitatem ac
liberalitatē, quæ tametsi a rege artem exercere
uerita quæ uictum parare assuerat, hominem
nunquam ante uisum, immemor totā alendi se ra-
tionem per hunc sibi ademptā, non auersata est
in hospitio & ignotū, sed cōmiserata & cōsolata.

ta ad fastidium cibum sumendum adhortata est:
 & quod solū mulieri pauperi superfuit, prop̄tē
 ac libenii animo apposuit, nec gratia pro benefi-
 cio rependens, nec officio fauore regis captans,
 quae iam moriturum praesciebat: ciam tamen
 homines natura ita cōparati simus, ut tum de-
 dum officiosos esse libeat, quādo aut pro meritis
 gratia est repēdēda, aut ipsi demereri quempīa
 cupimus, quem cumulate aliquando beneficium
 repositurū speramus. Egregiū igitur exemplar
 beneficentiae nobis exhibuit, ostendens nihil esse
 potius quā in necessitate cōstitutos subleuare, ni-
 hil quod hominē magis deceat, nihil quod Deū
 & quē conciliet, & ad benefaciendum nobis pro-
 uocet: atq; hæc de muliere illa dixisse sufficiat.
 Nunc aliam quandam admonitionem scriptis
 meis iuuat inscrere, cūm populis ac gētibus pro-
 futuram, tum præcipue uiris eximis & ad glo-
 riā natis incitamento futurā ad uirtutē: quā-
 doquidem hæc sola in sempiterna memoria sui
 cultores collocare ualens, magnū calcar ad ho-
 nestā studia tam regibus gentiū, quam ciuite-
 tum magistratibus debet subdere, ut cōtempnis
 periculis atq; etiam certa morte, nihil durū pro
 patria subire ac sustinere subterfugiant. Quod
 ut faciam opportunè Sauli Hebræorum regis
 illustre exemplum flagitat. Hic enim licet fu-
 turi gnarus, & de obitu suo præmonitus à pro-
 pheta, noluit tamen eum uitare, & ob uitæ cu-
 piditat

peditatē exercitū hōstī prodere, atq; hoc mo-
 do regiam maiestatē de honestare: sed cum libe-
 ris totaq; familiā periculō sc̄ obīciens, pulchrum
 existimauit in prālio pro suo subditis imperio
 pugnando cadere, & filios in eiusdē laudis socie-
 tate assūmere, potius quām superstites relinque-
 re, incertum quales nam fuuros. Sic enim existi-
 mavit, loco posteritatis perpetuam laudem &
 immortalem memoriam sibi futuram. Quām-
 ebrem hic mihi uerē iustus & fortis ac prudens
 fuisse uidetur, & si quis huic similis fuit aut fu-
 turus est, huic uirtutis testimonium ab omnibus
 reddi & quām censeo. Nam illos qui cum certa ui-
 gloria incolunt atq; spe bellum aggrediuntur,
 posteaquam magnificum aliquid gesserint, non
 censeo meritō fortitudinis titulis insigniri ab hi-
 storicis alijsq; scriptoribus. Sed quamuis & illis
 sua laus debeatur, soli tamen generosi ac fortes
 periculorumq; contēptores iure dici possunt, qui
 Saulum emulantur. Quid enim magni est cōmu-
 nem martis aleam subire, & inter spem ac me-
 tum fluctuando, si fortuna affulserit fauore eius
 utrūcōtra nihil letū sperantē, & prāscium quod
 necesse sit in pugna cadere, intrepide tamen &
 imperculso animo fato minanti occurrere, id ue-
 rō generosi & fortis uiri facinus ego censeo. Hec
 est Sauli nostri laus, qui exemplo est omnibus ue-
 rae gloriae amatoribus, ut si honesti apud poste-
 ros nominis rationē habent, idem sibi si quando

usus ueniat proponant: in primis autem regibus, quibus propter fortunae sublimitatem adeo non licet esse ignavis, ut turpe sit etiam mediocritatem fortitudinis non excedere. Possem quidem etiam plura in hoc argumēto de Sauli generositate dicere, uerū ne uidetur immodicuſ, eō unde digressi sumus reuertit. Palæstinis copias undiq; cōtra Reg. 19. hentibus, delectuq; per singulas gentes ac regna

& satrapias habuo, nouissimus uenit cum suo milite rex Anchus, quē secutus est David cum sexcentorū cohorte: quem ubi uiderunt Palestinarum duces, percontabantur regē unde nam uenirent Hebrei, aut à quo uocari. Is respondit David iram domini sui Sauli fugientē, à se exceptum, nunc ut gratiā hospiti referat, utq; de Saul le uindictam sumat, in auxilium uenisse. At illis non probabatur, quod ueterem hostem in auxilium acciuisset, suadebaniq; ut eū retro remittaret, ne forte cladem aliquam ipsis affrateret: facile enim habiturum occasionē reconciliandi se domino, si hostibus eius detrimentum aliquod atulerit. Quare prospiciendum esse in futurū, David mihi; cum sua cohorte ad agros à rege illi assignatos remittendum. Hunc enim esse illum David virginibus cantatum, quod plurima Palæstinorū multia delciuisset. V. sum est regi quoq; Gue & recte illos monere, moxq; accuto Daide: Evidem, inquit, fidem tuam ac uirtutem competiam habens socium huius expeditionis te assumpsi.

sumpsi, sed ceteris ducibus hoc non probatur:
 quare confestim agrum quem tibi donavi repe-
 te, nihil de uoluntate nostra dubitans: & illic
 esto praesidio mea regioni, ne interim dum cum exer-
 citu absum, hostes aliqui eam per occasionem in-
 uadant: hoc enim pacto non minus amici ac so-
 ciij praefiteris officium. Paruit Dawid, & ad Si-
 cellam se recepit. Sed interim dum Palestinorum
 castra sequeretur, Amalecitarum gens expu-
 gnata & incensa S. cella, praeda que tam inde
 quam ex vicinis Palestinorum agris abacta,
 in suam regionem reuertebatur. Dawid autem ui-
 cum suum uastatum inueniens, omnibusq; dire-
 priis utramq; etiam uxorem abductam, & pari-
 modo commilitonum uxores ac liberos cum cæ-
 tera praeda abactos, doloris impatiens scidit ue-
 stimeta sua: & adeo huic calamitati succubuit,
 ut non prius flere ac lamentari suam & suorum
 uicem desinere, quam lacrymæ eū desicerent: nec
 multū aberat quin ab ira ob iacturam coniu-
 gum & liberorum militibus saxis impeteretur,
 quod in ipsum causam tati mali reuiccerent. Post-
 quam autē à moerore se recollegit, & animā ad
 Deū erexit, rogauit pontificē Abiatharum ut
 sumpto sacerdotali amictu Deum consulteret.
 & oraculum referret, num Deus concessurus sit
 affectu Amalecitas uxores ac liberos recipi-
 re, paenasq; de hoste sumere. Pontifice uero iubete
 persequi, assumptis sexcentis armatis quantū po-

C 5 inuit

tuit per uestigia hostium properauit: cumq; ad torrentem quendam nomine Baselum peruenisset, incidit in quendam Aegyptium errantē, iamq; inopia & fame deficienteem, qui toto triduo per descriptū impastus oberrauerat: hunc cibo & potu prius resocillatum, rogat cuius esset, & qua natione. Is respondit se Aegyptium genere, à domino relictū in itinere, quod propter languorem non posset agmen consequi corū qui uasata sicculla finitimusq; locis domū se recipiebant. Itaq; hoc ductore David usus ad persequēdos Amalecitas, asscutusq; eos in terram proiectos, & partim prandiu sumentes, partim iam temulentes, & rebus ex præda quæsuis se oblectantes, ex improviso irruens, magnam eorū stragem edidit. Inermes enim, & nihil tale expectantes, & epulis tantum ac compotationibus intenti, facile ab armatis conficiebātur. Alij enim instrutis mensis accubantes, cruento appositos cibos inundabāt, alijs propinantes sibi inuicē opprimebantur, nonnulli uero somno iam ac uino sopiti. & si qui se interim armare potuerunt, nō multo maiore negotio quam cæteri cedebantur: durauit enim ea cedes à prædio usq; ad uesperam, ut ex omnibus Amalecitarū copijs agrè quadringenti celeritate camelorū ab internectione sint exempti: ceterum præda omnis est recepta, uxoresq; tam ipsius Davidis quam cõmilitonum. Remetentes autem iter postquam ad eū locū peruenierunt, ubi ducen-

tos

eos minus expeditos ad custodiam impedimentorum reliquerat, quadringenti illi nolebant eos in præda partem admittere, quod per ignauiam in persecundo hoste delassati fuissent, aiebantq; contentos esse oportere receptis uxoribus ac liberis. Hanc eorum uoluntate iniquam David pronunciauit. Par enim esse, ut uictoria diuinitus concessa, receptisq; ex hoste spolijs, uniuersi milites ex aequo fruerentur, maximè cum reliqui impedimenta interim affruauerint. Ex eo prædicio mos in posterum obtinuit, ut tantundem ex præda cederet ijs qui pugna interfuerunt, & ijs qui interim circa impedimentorum custodiam sunt uersati. Reuersus deinde sicellam David, per totam tribū Iudea partes ex præda ad amicos & familiares misit: atq; in hunc modum circa Sicellam & in persecundis Amalekitis res gesta est. Interea Palaestini acri prælio cum hoste congreßi, & superiores facti, plurimos ex aduersat acie sternunt: ibi Saulus & filij contra hostem egregiè certantes, & hoc tantum agentes, ne inulti caderent, utq; honestis uulneribus confecti lucuosam hosti uictoriam relinquent, totam uim hostium in se conuerterunt: & circumuenti multitudine, magna circa se strage Palaestinorum edite, postremò & ipsi hostium telis sunt obruti. Fuerunt autem Sauli filii, Jonathas, Aminadabuſ & Azelchisius, post quorum casum uniuersus Hebraeorum exerci-

eus profligatur: dum'que nullo ordine trepidi fu-
 giunt, instantibus à tergo barbaris ingens cades.
 est perpetrata. Saulus quoque stipatus suorum
 catervarum fugiebat: in quē Palestini immis̄is sa-
 gittariis & iaculatoribus, omnes paucis exce-
 ptis confixerunt. Ipse uero post multa fortia faci-
 nora edita, granatus uulncribus, ut iam nec sub-
 sistere, nec sibi ipse manus inferre ualeret, obse-
 cranit armigerū ut se ferro trāfigeret, priusquā
 uiuus in hostiū potestate fieret. Quod cū armiger
 ob maiestatis reverētiā detrectaret, ipse admoto
 ad pectus propriū gladij mucrone in cū incubuit:
 et cū deficiētibus uiribus trāycere sc̄e nō posset, cir-
 cū spicis iuuenē proximū rogat, quis nā esset: au-
 diuoq; esse malecitā, orat ut se iuuare effice-
 re, quod ipse suis manibus nō quiret. Qui postquā
 eius optata exsecutus est, adēptis aureis armil-
 lis & corona insigni regio, quantū potuit festi-
 nus inde se proripuit: armiger autē regius conse-
 ëta Sauli nece, ipse quoq; se iugulauit: pari mo-
 do & uniuersum eius satellitum una cū domino
 suo cecidit, circa montē qui nominatur Gelboē.
 Qua clade audita ab Hebreis qui uallem ultra
 Jordānē siam habitant, quiq; capestres urbes te-
 nent, quod Saulus rex cū filiis & exercitu in prae-
 lio cecidisset, relictis suis oppidis in munitiones
 quasq; urbes configerūt: que Palestini deserta
 nacti, sac le occupata ipsi posthac incoluerunt.
 Dic uero quæ prælium proxime consecuta est,
 dum

dum cæsorum cadavera spoliant, inciderunt in
Sauli filiorū q; eius corpora, quibus exutis capi-
ta etiam preciderunt: & dimissis in hoc per to-
tam suā regionem certis hominibus, hostes ceci-
disse nunciauerunt: quorū arma in tēplo Astar-
tes dedicauerūt, porro corpora eorū circa mœnia
urbis Bethsanæ, quæ nūc est Scythopolis, crucibus
affixerunt. Quod posteaquā auditū est in Iabissa
urbe regionis Galaditidis, truncata esse Sauli ac
filiorū cadavera, rē indignā rati eos extremo ex-
sequiarū honore fraudari, aliquā multi fortissi-
mi & audacissimi egrediuntur, (alit enim hæc
urbs homines robustos ac ferocios) factōq; per to-
tam noctem itinere, ad Bethsanæ mœnia perue-
nientes, demptis Sauli & filiorū corporibus Ia-
bissam ea deportauerunt, ncmine hostiū arcere
eos aut aggredi propter uirtutē ipsorū audente.
Iabisseni autē popularuer eos deploratos in cele-
berrimo agri sui loco sepeliuerunt, & indicio ob-
regis & filiorum cædī luclu ac ieunio dierum
sepium, in lamentis & planctu eos exigerunt
Hic finis fuit Sauli iuxta Samuels uaticinium,
propterea quod mādata Dei de bello cōtra Amalekitas gerēdo non est exsecutus: & quia tri-
cidatio cum tota cognatione Achimelecho pon-
tifice, urbem quoq; pōtificalem subuertit. Regna-
uitq; uiuente Samuel annis decim & octo, &
post mortem eius annis uiginti: quo tempore ex-
acto, cum quem diximus uia fmūlū isti soritus.

F Z.

F L. I O S E P H I A N-
T I Q V I T A T V M I V-
D A I C A R V M L I B E R
S E P T I M V S.

David apud Hebronem vnius tribus ter-
creatur, in reliquis Sauli filius pa-
ternum regnum obtinet.

C A P V T I.

b. Reg. 1.



O c prælium in eum diem inci-
dit, quo David de Amalecitis
uiktor Sicellam est reuersus. Ter-
tio autem post eius redditum die,
clapsus è prælio Sauli interse-
ctor, scissa ueste, caputq; sparsus cinere, ad Da-
uidem peruenit: adoratoq; eo, interrogatus unde
ueniret, è conflictu Israëlitarum ait se uenire: id
fuisse illorum partibus infortunatum, casis mul-
tis Hebraeorum milibus. & insuper rege cum fi-
lijs post eam pugnam desiderato: atq; se nūciare
suis oculis uisa, cum forte in fugientem cum suis
regem incidisset, quem à serogatu ipsius casum
fatebatur, ne uiuus in manus hostium ueniret:
cum enim in gladium incubuisset, non potuisse
seipsum præ multitudine vulnerum interficere.
Eius deinde casis argumenta certissima ostendebat,
armillus aureas, & insigne regium, que
ipse moriuq; destraxerat, ut David afferret. se illuc

ille tam certis indicis credere coactus, scidit vestimentum, et in fletu ac lamentis totam diem cum amicis exegit. Accedebat ad mœroris cumulum Jonathas Sauli filius, fidissimus eius amicus, et salutis ipsius non semel autor. Tanta au tem fuit Davidis uirtus et erga Saulum bene uolentia, ut quamvis sepius capitalibus eius infidis appetitus, non solum aegerrime tulerit eius intericium, herumetiam interfectorum illius affici supplicio iussit. Praefatus enim quod ipse sui accusator extiterit, regis cedē professus, et per hoc Amalekitæ filium se declarauerit, duci hominem mandauit: præterea lamentationes et epitaphia in laudem Sauli et Jonathæ composuit, que in hodiernum usq; diem leguntur. His extremis officijs honorato rege, luctu que finito, consuluit Deum per prophetam, quam nā ex urbibus Iuda tribus habitandam sibi concederet. Cumq; responsum esset Hebronem concedi, relicta Sicella et commigravit, ambabus uxoribus illò adduallis, et cohorte domesticā: mox' que tota tribus ad eum locum confluens, regem eum communis suffragio declarauit. Audito deinde quod saulum cum filiis Iabiseni in Galaditide regione sepius lissent, misit illuc qui collaudato eorum facinore, gratiam illis referendam suo nomine pollicerentur, simul' que nuntiarent, quod Iuda tribus regem se consalutasse. Interea Sauli copiam præfectus Abnerus filius Neri, vir strenuus

nus, & ad magnas res obcundas natu, quam
 primum cognovit ecclisie regem & Ionatham,
 aliosq; duos eius filios, properè in castra delatus,
 reliquū ex omnibus filijs nomine Iobosthū pericu-
 lo eripit, & superato una cū illo Jordane, totius
 populi regē eum constituit, excepta tribu Iudea;
 regiamq; ei elegit apud locū qui Ebraice Ma-
 nalis dicitur, interpretatur castrū. Inde prosectorius
 est cum dilectissimo milite, ut prælio cum Iudea
 tribu decerneret, iratus quod Dauidē regē crea-
 uissent. Huic occurrit Iobus Saruia & Dauidis so-
 roris filius, natus ex patre Suri, duos secum fra-
 tres, Abisæum & Asaëlem, uniuersumq; Da-
 uidis exercitu ducens: & cū circa quendā son-
 ticulum apud urbem Gabao in eum incidisset,
 aciem ad præliū explicat. Cumq; Abenerus di-
 xisset cupere se experiri utrius partis præstan-
 tiores milites essent, ex pæsto utrinq; duodenī ad
 certamē sunt destinati: qui progressi inter virāq;
 aciem, emis̄is prius pilis, gladios stringunt: cōpre-
 hensisq; aduersariorū capiib⁹, latera & ilia
 feriebant, donec mutuis vulneribus ad unū se con-
 ficerent: quo facto exercitus etiam confixerūt:
 & post acre certamen, partes Abeneri succu-
 buerunt. Versos deinde in fugam Iobus non de-
 stiuit persequi, sed tergis eorum herens hortaba-
 tur suos, ut ne desatigarentur: idemq; etiam fra-
 tres eius faciebant, præcipue iunior Asaël ob-
 eximiam pedum perniciatem celebris, & non
 solum

solum cum hominibus, sed cum equis etiam cur-
su contendere solitus: is cum Abenerum rectâ
insequebatur, nec in sinistrâ nec in dextrâ de-
flectens. Convexus autem Abenerus, & impe-
tum eius frustrari uolens, primum unius militis
armatura cum eo depacisci uoluit, ut persequi
desinere: deinde rogabat, ne se in hanc necessita-
tem adduceret, ut illo interfecto, in fratribus eius
cōspectum posthac uenire nō auderet. Cumq; il-
le his uerbis nihil moueretur, sed persequi per-
geret, ita ut uersæ hastæ fugiebat, imminentis
letale uulnus infligit, ut in uestigio concideret:
qui uero cum eo Abenerū insecebat, post-
quā ad locum in quo Asaëliacebat peruenie-
runt, oblixi amplioris persecutionis circum cada-
uer constituerunt. Ioabus autem & frater eius
Abiscus, præter exanime corpus cursu proue-
cti, incitatiq; ira extincti fratribus mira pernici-
tate ac alacritate usque ad solis occasum per-
secuti sunt Abenerum, & usq; locum qui ab
aque ductu nomen accepit: hic in loco eminenti-
tore consistit, Abenerum cum Beniamitis fu-
gientem prospiciens: qui cum exelamisset, satis
iam indignationi induleum, nec esse uiros consan-
guineos improba inseccâione cogendos, omissa
fuga in certamen redire: culpam enim penes fra-
trem eius Asaëlem esse, quod monitus ab inse-
quendo desistere noluisse, & ideo ictus cecidis-
set: hisus est non male admonere: moxq; Ioabus

dato receptui signo suos cohibus : & in eo loco
 castris positis pernoctauit. Abenerus uero cotti
 multo per tota noctem itinere trans Iordanem in
 Zebosthi regia se cottiuit. sequenti die Joabus re-
 censitis cæforum cadaveribus omnes sepulchra
 dignatus est: ceciderant autem ex Abeneri ex-
 exercitu trecenti sexaginta : ex Davidis nouem-
 decim, præterq; Asaël: cuius cadaver Bethle-
 ma reportatum fratres cum patrijs monumētis
 intulissent, ad regē suum in Hebronē sunt rever-
 si. Hoc fuit inter Hebreos ciuilis belli initium,
 quod aliquandiu durauit, sed ita ut Davidis
 partes magis ac magis proficerent, contrà corū,
 qui sub Sauli filiū degebant imperio, indies dete-
 riores fierent. Interea David sex filios è totidem
 uxoribus suscepit, quorum natus maximus è ma-
 tre Achimā natus. Ammon diellus est. Secun-
 dus ex uxore Abigaea Daniel. Tertius ex Ma-
 chama filia Tholomai natus regis Gesirorum,
 nomine Abesalō. Quartus Adonias ex uxore
 Angite suscepitus. quintū uero & sextum Ger-
 thesam & Galā nominauit. Porro post cōstatū
 ciuite bellū, & erubros partii cōflictus, præcipuum
 monumentū fuit in Abenero, qui q; effet uir pri-
 dens, & ad popularē gratiam factus, multitu-
 dinem in officio cōtinbat, ut lōgo tempore in fide
 Zebosthi permanerent. Deinde uero insimulatus
 apud eum, q; cōsuetudinē haberet cum cōcubina
 eius Rasspha filia Sibahi, & ea de causa ob-
 iurgatus,

iungatus, dolore & indignatioe motus, quasi non
 bona gratia sibi pro fidelis studio redderetur: mi-
 natus est se regnum ad Dauidem translaturum, &
 declaraturum quod Iebosthus non tam propria vir-
 tute aut prudenter regno trans Iordanem potiretur,
 quam ipsis bellicis artibus, & eximia in ea dicta
 fide: moxque misit in Hebronem ad Dauidem, qui
 suo nomine fædus cum eo ferirent, hac conditione
 ut inter præcipuos regis amicos reciparetur, si
 populo ad defectionem a filio Sauli concitato, effi-
 ceret ut Dauid ab universis Hebreis rex agno-
 sceretur. Qui cum uchementer hoc nuntio latius
 conditione accepisset, & quo magis ratum es-
 set fædus, postulasset ut Melcholen uxorem ad
 eum remitteret, quam magno suo periculo & an-
 numeratis Saulo sexcentis Palæstinorū capiti-
 bus emerat: ante omnia remisit eam abstrallā
 à Phelteia cōuagio, adiuuāte etiā Iebostho:nam &
 huic Dauid scripsisset, equum esse uxore sibi resti-
 tui. Deinde cōuocatis senioribus populi, & præ-
 fectis militiae, in ea sententiā locutus est apud eos:
 Remoratus se quidē illos quo minus relisko Iebo-
 stho ad Dauidem deficerent: nunc autē libenter
 se hoc illis permisurū, quādoquidē certò compe-
 risset, huc per Samuelē prophetā totius Hebreo-
 rum gentis regem diuino iudicio designatū esse:
 eundemque uatem præcecinisse, quod huius da-
 eti a uindicandum sit in Palæstinos, nec alio re-
 ge sub iugum Israëlitarum eos posse subigi.

D 1 Eis

His auditis seniores & prefecti, certi iam in eorum
 sententia Abenerum transisse, Davidi in posterum
 aperte studuerunt. Supererat ut & Beniam
 mita in hac sententiā cōcederet, q̄ ex hac tribus
 esset Iebosthi satellitiū: ad quos quum eadē uer
 ba fecisset, ac ne illos quidē reniti animaduer
 sisset, cum uiginti fermè comitibus ad Davide
 proficiscitur, ut præsens fœdus initū cōfirmaret:
 tū quia quisq; in rebus suis sibi magis quam alijs
 fidit, tū quia uolebat certiore facere, qd in causa
 eius cū senioribus et ducibus egisset, & q̄ ipsam
 quoq; Beniamiticā tribum in partes ipsius tra
 duxisset. A quo comiter exceptus, & splēdidis
 ac sumptuosis epulis per aliquot dies adhibitus,
 tandem pœnit ut dimitteretur, traducturus ad eū
 exercitum, & quod promiserat re exhibitus,
 & quasi in manum imperium geniis ei traditu
 rus. Vix ad hac promissa exsequenda missus à
 Davide Hebronē exiuerat, cum Ioabius copiarū
 imperator peregrè rediens illuc aduenit: cogni
 toq; q̄ Abenerus isto cū Davide fœdere pau
 lo ante abisset regnum ei tradi curaturus: heri
 sus ne is primum inter amicos locum obtineret,
 auctor illi factus regij fastigij, & alioqui uir
 prudēs in cōsilij capicōdis, & rerū momētis ob
 servādis: ipse uero deteriori cōditione esse incipe
 ret, & præfectura copiarum priuaretur, malum
 & iniquum cōsiliū cōcipit: ac primum calum
 nias cum aggressus, persuadere conatur regi, ut
 caneat,

taceat sibi, neq; fidem illius uerbis adhibeat: nihil enim illum nō tentare, quò regnum Sauli filio cōstabilitat: & nunc strūctis dolis aduenisse, & opiatis poticum, cum certa spe insidijs circumueniendi Dauidis abire. Postquā autē frustra se uerba fundere animaducriit, ac ne tātillū quidē regē his moueri, mutato cōsilio facinus audax mēte cōcipit, & certus hominē tollere, mittit cōfessum qui cursim per eius uestigia uia carperet, & assēcuti eum Dauidis nomine reuocarent, quasi per obliuionē quiddā maximē ad rē pertinens illi significare omisisset. Abenerus autem postquam hēc audiuit ex nuntijs in loco cui nomen Besira x x. stadijs ab Hebronē dis̄ito, nihil eorum quæ euētura erat suspicatus, ad urbē reuertitur. Cui obuiā factus ante mānia Iobus, humanissimē exceptum summā benevolentiā prae se ferens (ut sepe fit cum ad obtemperandas insidias malum aliquod facinus molientes summam bonitatem simulans) seorsum à cetero comitatu seducit, quasi secretius aliquid cum eo colloqui uellet: atq; ita abduclum in locum portae solitarium, uno tātum fratre Abisao praesente strīcto ferro per ilia trāycit. Hunc exitum habuit uir egregius, insidijs à Ioabo interceptus, ut ipse uideri uolbat in ultionem frāris Asac̄lis, quem in praelio ad Hebronē commisso Abenerus pertinaciter se insequentem interemerat: re autem uera quòd miserè timeret, ne

D 3 honore

honore quem obtinebat priuaretur. Dauid imperium exercitus in Abenerum transferente,
 Hinc sanè uidere licet: quā nihil nō audeant homines ambitioni & avaritiae dediti, dum nemini cedere uolunt. Nā & dum cupitis potiri properant, nō dubitant quod uis perpetrare facinus:
 & ne quod scimil naclī sunt amittant, maiora etiam non reformidant: sic existimantes, leuius incomodum esse ad summum fastigium non peruenire, quā ab assuetis iā bonis excedere: ideoq; plus illis semper audacie superest, dum timet ne pristina felicitate priuentur. Sed de his satis est paucis admonuisse. Porro Dauid audita Abeneri nece uehementer indoluit, sublataq; ad cælum dexterā magna uoce protestatus est, quod nec iubente se, nec conscientia eades ea fuerit commissa: ad hsec diris imprecationibus autorem necis huius execratus, & familiam eius & facinoris socios praetulit suo damnauit. Valde enim sollicitus erat, ne uidetur hoc contra fœdus cum Abenero illū suisse admissum, edixitq; ut totus populus defleret ac lugeret uirū, & solennibus funeralibus ei parentaret, scissis uestibus & saccos indutus: atq; hoc modo exequias frequentari uoluit, quas & ipse una cum honoratioribus ac prefectis deduxit, plāctu & lacrymis sati indicans uel benevolentiam erga uiuum, uel mortorem ob defunctum, quodq; præter ipsius uoluntatem interemptus fuerit: quin

C.

Et magnificè apud Hebronem sepultum, ac epi-
 taphio a se cōposito honoratum, stans super mo-
 numentum primus deplorauit, suoq; exemplo cō-
 teros ad idem faciēdum prouocauit. adeoq; gra-
 uiter Abeneri morte affectus est, ut nullis amō
 corum precibus ad gustandum ea die cibum ad-
 duici potuerit, sed iurauit ieiuniū usq; ad solis oe-
 casum seruauerit. quod sane non mediocrem ipsi
 gratiam apud multitudinem conciliauit. Nam
 quotquot erāt Abeneri studiosi uellem̄ huc
 defuncti extremitum honorem & seruatam ad
 ultimum fidem probauerunt, q̄ omnia in eum
 contulissent quae in amicos conscripsi solent, & nō
 ut inimicum aliquando neglecta & ignomi-
 niosa sepulchra tradidisset : tum considerantes
 pro se quisq; egregiam regis benignitatem, ea-
 dem sibi quoq; ab illo pollicebantur : atque hoc
 modo optime David same sua consuluit, nem-
 ne amplius suspicante ipsis uoluntate cæsum
 fuisse Abenerum: quin & priusquam multitu-
 do quae ad funus celebrandum conuenerat digre-
 deretur, docuit eos quantum ipse in animo uul-
 nus accepisset, quantumq; totus populus detri-
 mentum amissio uiro in rebus bellicis tam confi-
 lio quam manu præstantissimo. sed Deus, inquit,
 qui universa gubernat, necem huius inultam
 non sineat. Is mihi testis es lo quod in s̄o abum &
 ab his animaduiceret non ualco, qui apud
 exercitum penè plus possunt quam ego ipse: poe-

D 4 nam

nam tamen diuinitus infligendā nō effugiēt. Et
Abenrus quidem in hunc modum uitā finiuit.

Iebos̄ho amicorum insidiis imperfecto, uniuersum
regnum ad Dauidem deuenit. C A P. II.

I I. **I**ebos̄bus autem Sauli filius morte eius au-
ditā grauiter hoc tulit, q̄ priuatus esset viro
consanguinco, qui praecipius autor ei fuerat, ut
in paternū regnū succederet, mirumq; in modum
ob hanc causam sc̄ afflictauit. Nec ipse diu su-
perst̄les fuit, sed à filiis Hieremonis Banaotha
& Thanno per insidias est oppressus. Hi enim
ciam essent Beniamitæ genere, & inter prae-
ciuos optimates, existimantes si Iebos̄hum in-
terficerent magna sc̄ munera à Dauide acce-
piuros, & aut amplas praefecturas, aut aliud
quid honorificum apud eum per hoc factum sc̄
consecuuros, nacti solum Iebos̄hum in cubicu-
lo meridianem, uidentesq; nec satellitum quen-
quam adesse, neq; ianitricem uigilare, sed &
ipsam partim laſitudine, parit̄ & flu in som-
num solutam, subintrogressi ad eum, dormien-
tem interemerunt: praeceisoq; capite, & per totā
noctem ac diem itinere continuato, tanquam à
lēsis properantes ad eum quem magno benefi-
cio demeruisse, Hebronem peruererunt: oslen-
soq; Dauidi Iebos̄hi capite, commendabant ei
suam operam ac benevolentiam, quod regni
æmulum de medio susfuliffent. Sed multum eos
spes sua sefellit: neque enim pro corum opinione
illos

illos excepit rex. Sceleratissimi, inquit, & iam
 iam penas daturi, an nesciebatis quod à me
 opera primum Sauli interfector retulerit, qui
 ad me coronam eius auream apportauerat? &
 ille quidem rogatus hoc ei praestiterat, ne ab ho-
 stibus caperetur. Aut fortè alium me iam fa-
 elum credebas, ut mutatis moribus deleclarer
 uiris maleficis, & domini cadem tanquam be-
 neficium oblatum complectorer: idq; occiso à uo
 bis in suo lecto uiro iusto, qui neminem unquā
 lessit, nos uero maxima etiam benemolentia,
 summisq; honoribus prosecutus est: qua propter
 eadem opera & illi penas uiolat & fidei dabitis,
 & mihi inique de me opinationis, quem puta-
 tis de tali Iebosthī cade libēter auditurū. Neq;
 enim alio modo grauius existimationem meam
 ledere potuistis. Hac locutus iussit eos exquisi-
 tiissimis tormentis excruciatos supplicio dedi: et
 putq; Iebosthī cum omni honore funeralum in
 Abeneri monumentum ineuilit. His ita finitis 2. Reg. 5.
 universi Hebræorum proceres Hebronē ad Da-
 uidem conuenerunt, cum tribunis ac præfectis,
 seq; & sua omnia illi dediderunt, commemoran-
 tes prius ueteribus officijs que in eū uiuente etiā
 rum saulo cœtulissent, & quod tribunum tunc
 regium in summo honore habuissent. & p di-
 nino suffragio per Samuelē prophetam rex
 una cum suis filiis declaratus esset: ciq; soli de-
 stinatu esset ut perdomitus Palæstinis etiabreao-

rum rebus perpetuā salutem ac securitatem affer-
 ret. At ille collaudato corū studio, hortatuq;
 ut in cœptis permaneret, fore enim ut nunquam
 eos pœnireat, conuiuio & omni comitate exce-
 ptos remisit ad populu in regia adducendū. Con-
 uenerūt itaq; ex tribu Iudea armatorū sex mil-
 lia octingēti, scuta & lanceas gestātes qui ha-
 ētēnus Sauli filii secuti fuerant, & sine quibus
 hæc tribus Dauidi regnum decreuerat: ex tribu
 Simeonis septē millia & cētū eo amplius: ex tri-
 bu Leuitica quatuor millia septingēti cū prin-
 cipe suo Iodamo, cum his erat pōtis sex Sadacus
 cū uigintiduobus cognatis principibus: ex tribu
 Beniaminide armati quater mille. Hac enim tri-
 bus adhuc sustinebat credēs aliquem ex genere
 Sauli regnaturum. Ex tribu Ephrāmī uiginti
 millia & octingēti, uiri animis & uiribus prae-
 stantes. Ex dimidia tribu Manaassitide millia
 decē & octo. Ex tribu Isachar ducēti futurorū
 præscij, & armatorū uiginti millia. Ex tribu
 Zabulō armatorū leūtissimorum quinquaginta
 millia: hec enim tribus sola uniuersa ad Dani-
 dē cōfluxit: hi omnes eadē armatura utebātur,
 qua tribus Gadi. Ex tribu Nephthaliti de insi-
 gniorē & duclores mille, scuto & hastā ar-
 mati, quos sequebātur reliqui tribules eorū, mul-
 titudo penè innumerabilis. Ex tribu Danitide
 selectorum uiginti septē millia: ex tribu Aseri
 quadraginta millia, ex dhabus autem tribubus

trans

trans Iordanem habitantibus & reliquo tribus
 Manassit idis armatorum scuto & hasta ga-
 leaq; ac gladio uigintiduo millia. Relique quo-
 que tribus gladijs utebantur. Haec fuerunt copiae
 quae in Hebronē ad Dauidem sunt collectae cum
 magno cōmēatu frumenti & uini, caterorumq;
 ad uictum cōmodorum, omnesq; cōmuni senten-
 tia regnū ei ratum ac firmū esse uoluerūt: cumq;
 triduo illic festa celebrassent, sepulisq; operati es-
 sent, Dauid cū omnibus his copijs Hierosolymā
 est profectus. Iebusai herō qui tum urbem inco-
 lebat, Chanan eorum & ipsi generis, clausis ad
 eius aduentum portis, & in mœnibus quoque
 erant caci uel claudi, aut alioqui mutili in con-
 temptum regis collocatis, dicitur abant hos ad ar-
 cendum hostem sufficere, freti munitionū firmi-
 tate. Quo ludibrio ad iram cōcitatus, oppugna-
 tionem aggreditur: & cum strenua militum ope-
 ra uiceretur, omnibus aduentibus ut nius urbis
 expugnatione cœteris si qui similiter pertinaces
 essent metus incuteretur, hi inferiorem urbis par-
 tem occupat. Resistente autem sola arce, de-
 creuit propositis honoribus ac præmijs militem
 ad rem alacriter gerendam excitare: pro-
 misiūq; ei qui per subiectam uallem in arcem
 euasisset, totius exercitus imperium sc̄ commis-
 sūrūrū: & cum eō exortatum omnes eni-
 tererentur, cupiditate summa præfectura ac-
 censit, Saruie filius Iobus alios præuenit,
 & conse-

III.

& consensa arce clamore sublato à rege promissum copiarum imperium repoposcit.

Dauid ui captis Hierosolymis Chananeos inde populariter elicit, urbemq; Iudeis uictoribus inhabitandam tradit. CAP. III.

Et ceteris deinde ex aree Iebusaeis, & instauratis Hierosolymis, rex eam ciuitatem Davidis appellavit, ac per omne regni sui tempus domicilium inibi habuit: ceterum tempus quo apud Hebronem solius tribus Iude rex fuit, septem anni fuere, & menses sex: postquam autem Hierosolymis regiam sibi optauit, in dies magis ac magis res ei ex uoto succedebat. Deo prouidente ut ea urbs egregijs accessionibus quam celeberrima reddeatur. Per idem tempus Iranius legatione in hoc missa in amicitiam ac societatem Davidis est receptus: misitque ei dono materia cedrina, & architectos ac fabros, qui regiam ei Hierosolymis exadficarent. David autem superiorē urbis partem & arcem in ea conditam in unum corpus redegit, cingendumque eisdem munitionibus iocabo demandauit. Igitur primus David Iebusaeis inde electis, a se ciuitatem denominauit. Nam tempore Abrahami generis nostri autoris Solyma uocabatur: nec desunt qui affirment etiam apud Homerum solymorum nomine hanc urbem intelligendam: templum enim iuxta Hebraeorum linguam nominatum est hac uoce, securitatem significante. Totum autem hoc tempus ex quo

ex quo Iesus Hebreorum aduersus Chananeos imperator, deuicta & regionis agros suis dimisit, post quem Israëlitæ nunquā barbarosex Hierosolymis eūcere ualuerunt, usq; ad hanc Davidis expugnationem anni suere quingentis & quindecim. Nec pratermittendus est per silentium Orphonas uir inter Iebusacos opulentus, cui in expugnatione Hierosolymorum parcium est à regem propter perpetuam eius erga Hebreos benevoleniam, tum quia priuato quodam officio demeritus est eum, ut paulo post magis opportuno loco indicabimus. David deinde alias quoq; uxores duxit, & concubinas sibi adiunxit: filios etiam undevim suscepit, quorū nomina, Ammas, Ellus, Sebas, Nathan, Solomon, Iebar, Eliel, Phalna, Ennaphen, Ienas, Eliphal, et præterea filia Thamarā. Horū nouē ex legitimis cōiugib⁹ nati sunt, duo uero postremi ē cōcubinis Thamarā aut Abesalomī germana sunt.

David Palæstinorum bello impetus apud Hierosolyma uitioriam illustrē consequitur. CAP. IIII.

Palestini autē cognito quod Hebrei Da IIII. uidem regem creassent, collectio contra eos exercitu, & occupata cōuale que dicitur Giganium, nō procul Hierosolymis sita, castra ibi posuerunt. Iudeorum uera rex nihil inconsulto Deo solitus agere, iussit pontificem quid tunc quoq; de euentu belli polliceretur predicere. A quo postquam latas omnia didicit, incunctanter & ipse

Et ipse exercitu contra hostes eduxit : et commisso prælio, ipse a tergo eos ex improviso adoratus, partim occidit, partim in fugâ cœpulit. Nemo autem suspicetur modicu aut ignauu fuisse Palestinoru exercitu, qui cum Hebreos inuaserat, coniecturâ inde faciens, quod nō magno negotio sit profligatus, nulla prius memorabili regestas sed sciat universam Syriam ac Phœnicen consociatis armis auxilium illis tulisse : que causa fuit ut toties uicti, tam multis milibus desideratis, denuò bellum maioribus viribus redintegrarentur: quandoquidem post presentem quoque cladem triplicato exercitu Davidis ditione inuaserant, et eodem quo prius loco castrametare sunt ausi. Rege uero iteru de cunctu oraculum consulente, respondit pontifex, in sylua que sicut cognominata nō longe ab hoste aberat, exercitu continendu, nec prius ad pugnam educendu, quam sylua nullo perstante uero suapte sponte agitatur. Quod ubi primu obseruatu est, et Deus mature presentia sua signu dedit, nihil moratus ad parata iam et indubitate uictoriæ est progressus: nam ne primu quidem impetum hostilis acies sustinuit, sed mox ut ad manus ueniu est, terga uertit: nec scignus Hebreus instituit, fodiendoque terga fugientium, et multos prosternendo, usque Gerzara, quod oppidi in uirorumque con*a.* Reg. 6. finio situ erat, uiclos est inscutus. Num est deinde ad castra expugnanda, ubi nō magno labore ingen

re ingeni præda poterit, deos etiam eorum confratello
 res diripuerunt. Et quia iam iterū contra hostē
 res feliciter gesta erat, uisum est regi de cōmuni
 seniorū & optimatum ac tribunorum consilio
 omne sua tribus robur ex tota eorum ditione con-
 nocare, & iuidem sacerdotes ac leuitas, atq; ita
 profectos unā ad oppidum Cariathiarim, arcā
 Dei ex eo loco Hierosolyma transportare, o-
 mnemq; diuinum culū cum sacrificijs & cere-
 monijs à maioribus acceptis, in posterū in hac
 urbe celebrari. Si enim sub Saulo sacra nō fuissent
 neglecta, nunquā talēm cladem populi ac-
 cepturum suisse. Conuentu igitur sicut decretum
 fuerat habito, rex ad transferēdam arcam ac-
 cedit: quam sacerdotes ex adib⁹ Aminadabi
 elatām, in plaustrumq; nouum impositam, sub-
 iunctis bubis fratribus eius & liberis ducendā
 permisirunt. Præcedebat rex, & cum eo multi-
 tudo, sacros hymnos canētes, & omne genus pa-
 triorum carinū, & ad uariorū instrumentorū
 musicorum pulsam saltantes, accendentibus &
 subis & cymbalis, atq; ita arcam Hierosolyma
 deducētes. Postquam autē uēcum est ad locū cui
 nomen Chilonis area, manifesta numinis ira
 Oza quidam exanimatus est: bubus enim exor-
 bitantibus planstrū & arca inclinata, Oza cū
 non esset sacerdos ausus manū sustendandi can-
 sa admoliri, in ueligo exspirauit, & loca no-
 men reliquit, qui inde usq; hodiernum Oz & per-
 cusso

eusio vocatur. Tum David territus & cogi-
 tans se fortè idem passurū quod Ozias ad se in
 urbem arcam reciperet, quandoquidem ille ma-
 nū tantū in eam extensa morte multatus sit, su-
 persedit illam Hierosolyma inducere: diuertensq;
 paulum in villam hominis cuiusdam iusti no-
 mine Obadami, genere Leuita, apud hunc eam
 depositus, que per tres integros mēses hoc hospi-
 tio usarem Obadami familiarem auxit, eiusq;
 domū mulieris felicitatibus cumulanit. Rex autem
 cognito quod Leuita is ex paupere & humili
 repente usq; ad inuidiam eorū qui incrementa
 eius uiderunt felix extitisset, nihil amplius malis
 ueritus arcā in urbem suam trāstulit hac pom-
 pa, ut à sacerdotibus deportaretur, deducere-
 turq; à septē choris à se in hoc institutis & or-
 dinatis, & rege ipso interim cimyram pulsante
 ac plaudente, ita ut Michole uxor eius, Sauli
 prioris regis filia, factū hoc improbaret: quae ubi
 intra urbē illata est, reposuerunt eam in taber-
 naculum à Danide in hunc usum creditū. In ea
 festinitate sumptuosè ac splendide sacrificatum
 est, & eorus populus exceptus coniunctio, ut tam
 mulieribus quam uiris ac pueris in singulos di-
 stribueretur libum panis subcinericij, & laganū
 frixum, & frustū de uictima: atq; his epulis po-
 pulo pasto, ipse domū reverenter. Euic occurrent
 Michole uxor, filia Sauli, omnia precata est il-
 li, quæcūq; Deus propitius largiri solet: repre-
 hendit

hēndit tamen quōd p̄r̄ter decorum tantus rex
 saltasset, ita ut in cōspectu seruorū suorū et an-
 cillarū partes quāsdā inter saltādum denuda-
 rit. At ille non pudere sē huius facti respondit,
 quōd sciret gratū esse Deo qui eū et pari ipsius
 mulieris & alijs omnibus p̄stulisset: cantatu-
 rumq; se ei s̄epiū ac saltaturū, nihil curantem,
 quām indecorum hoc aut ipsi aut ipsius ancillis
 uideatur. Hęc Michole ex Dāuidis cōīugio nul-
 los filios peperit, sed ex alio marito, cui pater à
 priore abstractā tradidit, quinq; liberos genuit, 1. R̄ig. 7.
 ut suo loco dicetur. Ceterū rex uidens res suas
 quotidianis successib⁹ per Dei fauorē profice-
 re, peccare sē putauit, q̄ cū ipse habitaret in
 alta regia cedrinis trabibus extructa, & omni
 exornata artificio, arcā pateretur in taberna-
 culo iacere: itaq; decreuit exēdificare Deo tem-
 plum, quemadmodū Moyses p̄dixerat: cōmu-
 nicatoq; super ea re cōſilio cum Nathane pro-
 pheta, cū is autor effet proposita exsequēdi, pol-
 liccreturq; Deū opē ad hoc laturū, audiōr etiā
 struendi tēpli factus est. sequēti uero nocte Deus
 Nathani per uisionē apparuit, iubēs ut Dāui-
 di nuntiaret, gratā quidē sibi esse eius uoluntā-
 tem, quōd primus omnium de ēdificādo templo
 cogitauerit: nō tamē sē permettere, ut is qui mul-
 tis bellis implicitus hostili sanguine manus pol-
 luerat, sacratissimū fanū cōſtrueret. Verūt amē
 postquā longā uitā rex ad ultimām senectutem

proecl^s felici sine clauserit, exstruendum esse
temp^lū à filio eius & successore, quē uocādus es-
set Solomon cūius nō aliter quā filij curā se ha-
biturū pollicebatur, regnumq; per posteros eius
continuaturū: q; si quid peccauerit, pœnā nō ul-
tra morbos & terra sterilitatē processurā. His
ex propheta cognitis David L^euis, q; iam sci-
ret posteris suis imperiū permanjurū, & familiā
suā fore illustrē ac celebrē, ad arcām se cōtulit:
procidensq; in faciem adorauit Deum, gratias
agens pro omnibus beneficijs acceptis, quōd se
ex humili paſtore ad tantū rerum fastigium
tantamq; gloriam eucogisset: proq; promissa po-
steris etiam suis felicitate, perpetuaq; prouiden-
tia, qua rcs Hebraeorum angere atq; ornare non
desinere: atq; ita gratijs actis, hymnoq; decan-
tato ē tabernaculo digressus est.

David subactis finitimiſ gentib⁹ tributa illis
imponit.

C A P. V.

v. **N**on multo deinde interiecl^to tempore ex-
peditionem in Palaſtinōs decreuit, able-
gato omni otio & segnitie, ut quemadmodum
Deus prædicterat, deuictis hoſtibus pacatiū re-
gnum successoribus relinqueret. Et indicta die
militiis ad conueniendum, iuſſisq; omnibus ut
quām instructissimi ad bellī essent, ubi satis o-
mnia parata exiſtimauit, proſectus Hierosoly-
mis in Palaſtinam peruenit: hoſtibusq; magno
prælio uictis, & bona agrorū parte mulctatis-
hisq;

hisq; agris Iudeorū terræ cōributis, in Moabitas bellū traduxit: eorum copias ita cōcidit, ut tercia tantū pars superasset, quā in deditio[n]em accepit. His quoq; annuo tributo imposito contra Adraz trū Arachi filium morit, Sophenorum regē: cum q[uo]d ad Euphratē congressus, uiginti peditum millia, equites quinques mille occidit: currus etiam mille cepit, ex quibus incensis reliquis, centum solos sibi reseruauit.

Damasceni à Davide uincuntur. CAP. VI.

Inierim Adadus Damasci & Syrorū rex audito quod David Adrazero belli intulisset, cùm esset eius amicus ac socius, cù ualido exercitu in auxiliū eius properat, sperans se bellū ab eo depulsiū: cūq; et ipse nō procul Euphrate cū Davide cōflixisset, prælio uictus magnā exercitus partem amisit. Desideratis enim ex eius acie uiginti millibus, reliqui fuga saluū suū consulerunt. Huius Adadi etiā Nicolaus in quarto historiarum suarū libro, in h[ec]c herba meminīt. Longo deinde post iepore indigenarum quidā nomine Adadus, ceteris potentior, Damasci & reliqua Syriae præter Phœnicē regnū obtinuit. Hic bello inter eum & Davidem Iudeorum regē exorto, crebris prælijs cum eo conflictatus, in postremo quo apud Euphratē uictus est, multis editis facinoribus regē se et uirū & animi robore præstatiſimum declarauit. Idē de posteris quoq; eius narrat, q[uod] quasi per manus

alius ab alio regnū simul & nomine acceperint.
 Illo, inquit, defuncto, posteri eius decimā usq; ge-
 nerationē regnum obtinuerunt, quisq; à suo pa-
 tre cum imperio nomen accipiens, quēadmodum
 apud Aegyptios Ptolemei. Ex his potentissi-
 mus ordine tertius instaurato bello, abolire uo-
 lens ignominiam cui ičporibus acceptā, expe-
 diitione cōtra Iudeos facta Samaria uastauit.
 Nec à uero aberrauit hac parte: hic est enim ille
 Adadus, qui Achabo apud Israēlitas regnā-
 te, Samariā inuasit. de quo suo loco dicturi su-
 mus. Porrò David peragratā cum uictore
 exercitu Damasco & reliqua Syria, totam sub
 imperium rededit, dispositisq; opportunis in lo-
 eis pr̄ssidijs, & tributo imposito, domum est re-
 uersus: & ceu trophæū aureas satellīū Adadi
 pharetrias reliquamq; eorū armaturā Deo Hie-
 rosolymis cōsecravit: has postea Sūfacus Aegy-
 ptiorum rex, uicto Roboam huius nepte, spolia-
 ta urbe cum multis alijs divitijs exportauit. Sed
 hac postquā ad ea ičpora uenit suerit discen-
 tur. Hebreorum autē rex fauore numinis utens,
 & fortunā belli sequēs, praecipuas Adrazari
 urbes aggressus est, Bettaea & Machonē: easq;
 si expugnatas diripiuit: in his magna uis aurē
 & argenti reperta est, & prater hac aris genus,
 quod auro pretiosius est habitum, ex quo poste
 Solomon fecit magnū illud uas mare appellatū,
 & pulcherrima polubra, cū tēplum adornaret.

Smath

Amalhenorum autem rex audita Adrazari
 clade quodq; exercitu amisisset, timēs sibi decre-
 uit in fidem & amicitiam Davidis ultrò ueni-
 re: misitq; ad eum Adoramū filium, qui uicto-
 riam de cōmuni inimico ei suo nomine gratula-
 retur, & in societate atq; amicitiam recipi pe-
 teret, & munera offerret, antiqui operis uasa au-
 rea & argentea & ærea. David uero inita ami-
 citia cum Theno (sic Amathenus uocabatur)
 & acceptis numeribus, filiuū eius pro utriusq; di-
 gnitate tractatū dimisit: munera uero illa cum
 alio auro ex manubys captarū urbium redacto
 auctori uictorie Deo dedicauit: qui nō solū quo-
 ties ipse rex bellū administrare rē prosperabat,
 ueruetiam misso in Idumæā Abisae Ioabi sum-
 mi copiarum ducis fraore, illius duclu Idumeos
 perdomari cōcessit. Decē enim & octo ex illorū
 exercitu mīlia in acie ceciderunt: & occupata
 præsidij recessus capta regione, rex nō ex agris tan-
 tum, sed uiritim etiā tributa exegit. Erat autem
 natura iustus, & in reddēdo iure uerū rāntū &
 equū resp:ciebat: exercitus uero uniuerso Ioabū
 præfecerat: à commentarijs habuit Iosaphatum
 Achili filium. Designauit etiā ex Phineesi fa-
 milia sadocum pontificem cū Abiabaro. ami-
 cus enim ei erat. Scribam uero Sisam constituit.
 Baniaā Ioiada filiuū satellito suo præposuit: oīs
 regis seniores filii inter patris satellites uersaban-
 tur. His ita ordinatis uenit illi in memorem amici 1. Reg. 9.

B 3 quond

quondam Ionathae, fœderisq; mutui quod inter eos intercesserat: nam inter ceteras omnes uirtutes hanc quoq; habuit, quod egregie meminimat beneficiorum que unquam accepisset. Igitur scitatus est, num quis superesset ex amici genere, cui gratia referre posset pro incundissima olim cum Ionatha abla consuetudine: cumq; adductus esset ad eum quidam ex libertate Sauli, qui poterat superficies noscere, percutitus est, num posset aliquem indicare ex Ionathae genere uiuu, cui pro beneficijs a ueteri amico perceptis gratia reponere quiret: quo respondente superesse filium eius Azemphibosthum, pedibus claudum: eo quod nux audita clade in qua pater eius et annus eccliderant, dum rapto puero trepidè fugit, prolapsum ex humeris leserat: diligenter peruestigavit, ubinā et apud quos educaretur: quo cōpertio misit in Labatham oppidum ad Azachium (id altoris nomine fuit) qui eum adducerent. Azemphibosthus uero postquam ad regē peruenit, procidens in facie adorauit illum: moxq; iussus est bono animo esse, et omnia que cuperet de benignissimo rege sibi polliceri: et auita domum cum predijs ad illā perimētibus accepit: iussusq; est ad eandem cum rege mensam accumbere, et nulla die coniuio nō interesse. Cumq; adolescens latu[m] promissionibus et munericibus regis gratias agens adorauisset, rex accito Siba, ait se adolescenti paternam dominum cum omnibus auitis

equitis possessionibus donasse: iussitq; cū nullitate
eione agrorum suscepta, omnes redditus Hierosoly-
ma referre. Post hæc singulis diebus eū mensa ad-
hibuit: & sibam cū quindecim filiis & uiginti
scrulis Mēphibōsthō largitus est. His ita ordinat-
is, Siba adorato rege, omnia se facturum polli-
citus, discessit. Jonathā uero filius posthac Eie-
rosolymis habitauit, coniector regis, nec aliter
quam si ipius filius esset tractatus, filium etiam
ex se genium Michanum nominauit. Atque
hoc honore Jonathā posteri à rege fuere affecti.

Caterium cùm per idem tempus Ammanita-
rum rex Naasses, socius & amicus defunctus
esset, filiusq; in regnum paternum successisset, Da-
uid per legatos officiose eū consolatus est, hortau-
tus ut a quo animo patris obitū ferret, eandemq;
quā pater expertus fuerat, amicitiam à se expe-
ctaret. Priorē uero Ammanitarū, secus quam
de Dauidē suspicari par erat, malitiose hanc le-
gationē missam interpretati sunt, cōcitauerūtq;
regem, dicentes Dauidem speculatorēs regionis
& opum eius sub officiū praetextu misisse: proinde
cauendum ab illis, & uerbis eorum non creden-
dum, ne fortiè decepius in aliquam immedicabi-
lēm cladēm fese conyiciat. At rex Ammanita-
rum Naasses ab optimatibus contra rei uerita-
tem persuasus, cum iniuria legatos Dauidis re-
iecit. Rasis enim media ex parte eorum barbis,
præcisoq; dimidio uestimentorū, factis non uerbis

v. I.

2. Reg. 10

animum suū declarauit. Quam rem David indignissimè tulit nihil dissimulans non neglectum se iniuriam cum cōtumelia coniunctam, sed bello vindicaturum in Ammanitas, & poenas uiolatae contra ius gentium legationis à rege eorum exacturum. Quod posteaquam perlatum est ad regis barbari necessarios, & copiarum eius praefectos, consūtū sibi uiolati fœderis, ac debitam poenam metuentes, & ipsi ad bellum se parabāt. & missis legatis ad Syrum Mesopotamenorū regem cū mille talentis societatem eius hac mercede impestrauerunt, adducto in suas partes & Saba. Hi reges habebant peditum uiginti milia. conduxerunt etiam regem Michæ regionis, & quarum nomine Ištobum, qui & ipsi uiginti-duo milia militum in armis hababant.

Quomodo David Mesopotamios deuicit. C A. VII.

Non terruit tamē Davidem Ammanitarum apparatus & initia cū regibus socios, Deo fratum, & scūtē quēd bonam causam haberet, iustisq; armis iniuriam sibi illata ulcisceretur. Itaq; Ioabo cōmissa belli administratio-ne, cum lebēsimo mulite cum contra hostem misit: qui mox ad primariam eius gēis urbem castra admouit. Hostibus uero urbem egressis, & duas seorsim acies explicatibus: alteram quæ ex auxilijs cōstabat. in patienti campo: alteram uero quæ Ammanitarum gentis erat, pro portis qua Hebraos spectabant: Ioabus hoc animadverso

uerso & ipse ad militares artes confugit: & as-
 sumptis fortissimis milium, ipse Syro alijsq; re-
 gibus se opposuit: reliquis Abisaeo fratri iradi-
 tis, iussit ut contra Ammanitas acie dirigeret:
 Admonito prius, ut si uideret Syros sibi præua-
 lere, adducto properè suo milite succurreret: idem
 se facturū si ipsum Ammanitas agrè sustinere
 contingenteret. Cum his mandatis dimisso fratre,
 horatusq; ut generose & alacriter rem gereret,
 daretq; operam ne quam ignominiam acciperet,
 ipse Syros aggreditur: qui cùm aliquanis per ma-
 gna ui restinissent, multis suorū cadentibus terga
 uertere sunt coacti: quo uiso Ammanita terri-
 ti, Abisaeum cum suo milite aduentarem non
 expectauerunt, sed moti sociorum exemplo intra
 mœnia refugerunt: atq; ita Ioabus male mulier-
 atis hostibus uictorem exercitū Hierosolyma re-
 duxit. Nec tamen ea clades Ammanitarū effe-
 cit, ut experti se impares in posterū quiescerent:
 sed misis nuncijs ad Chalamā Syrorum transeu-
 phratensium regē, eius auxilia mercede conduxe-
 runt. Huius uicem in exercitu gerebat Sabecus,
 qui constabat ex octuaginta peditum, equitum
 uero decem milibus. Tum Hebreorum rex intel-
 lecto quod denuo tam magnas copias Ammanita
 contra se parauissent, nolens amplius per legatos
 cū eis bellum gerere, ipse cū uniuerso exercitu Ior-
 danē transgressus illis occurrit: & cōmisso praelio
 uictor tuasit, casis peditū quadraginta, equitum

B S uero

uerò septē milibus. Sabecus quoq; hostium imperator in eo prælio nulnus accepit à rege , ex quo postea curam non admittere mori cum contigit. Mesopotamia deinde cognito iam tristis pugnae euentu , sine mora legatione ad Davidem cum munib; missa, deditio[n]em fecerūt: atq; ita app[ar]ente iam hycme Hierosolyma est reuersus. Vere autem incunite, Joabum ad bellum Ammaniticum misit. Is longe lateq; uastatis hostium agris, compulso[n]es eos in Rabatham gentis micro-

VII. polim obsidione cinctit : quo tempore David Reg. II. tametsi vir iustus ac pius, & patriarum legum obseruator diligēs, in graue tamen peccatum incidit. Cum enim uergente iam die in solario regia more solito deambularet, prospexit in uiciniis adibus mulierem frigida lauantem, insigni forma præcellente, cui nomen Bethsabe: uiclusq; eius pulchritudine, & à concupita sibi temperare non ualens, accitam ad se complexus est. Paulo post mulier grauidā se sentiens, nūciat regi ut dispiciat quomodo factū hoc latere posset, alioqui publicis legibus adulterij damnata supplicium daturam. Rex itaq; accessum ad se ex castris Ioabi armigerū maritū mulieris, Vriam nomiue, de exercitu, & quomodo oppugnatio procedat, percontatur: quo referre, omnia cedere ex sententia, partes ei de sua cœna obtulit, insitq; ut proficetus ad uxorem apud illam pernoctaret. At ille nō ita fecit, sed imbi in regia & inter

inter satellites regis noctem eam exegit: quo cognito rex, scitus est ex eo, quamobrem tanto post tempore domum reuersus, ad uxorem non iussit, idque prater communem omnium hominum mortem, quicunque peregrine ad suos redeunt. Respondit ille, non esse equum ut interim dum imperator suus et commilitones in hostili solo in castris humi cubitare, ipse in uxoris amplexibus se oblectet. Hac locum manere inibi et quoque die iussit, sequenti ad uicarium suum ducem dimissurus. Vocatus deinde ad coenam, et rege de industria crebrioribus propinationibus inuitante ad cibrietatem usque progressus, nihilominus tum quoque progressus, nullo uxoris desiderio tacitus. Hanc ob rem indignatus rex scripto loabo ut in Uriam poenam meritum animaduerteret: modumque puniendi indicauit, ne manifestum fieret suo iussu hoc factum: iussit enim, ut qua plurimum periculi esset hosti opponeretur, moxque a sociis, quo facilius opprimi posset, destitueretur. His iusta scriptis, et proprio sigillo obsignatis, epistolam Uriam comisit ad Ioabum perfirendam: qui receperis literis, et cognita regis uoluntate, quem locum maximè ab hostibus infestari sciebat, in eo collocaturus Uriam, adiunctis illi lectionis aliis quo militibus, pollicitus est se cum toto exercitu affore, si qua parte muri suffossa aditum intra urbem patefecissent: horiatus cum ut existimationi quam tum apud regem, tum apud commilitones

litones sibi parauerat respondens, libenter potius
quā grauatum iussa capesseret. Cumq; Vrias ma-
gna alacritate demanduum munus suscepisset,
manipulo illi adiungendo clam imperauit, ut
eiam primum occurrentibus hostibus urgeri ho-
minem uiderent, deserto illo in tuum se recipie-
rent. Iaq; cum Hebræi fecissent assultum ad mœ-
nia, ueriti Ammanitæ ne ab illa parte hostis
murum occuparet, fortissimus quisq; reclusa re-
pente porta magno impetu erumpunt. Quod ubi
uiderunt qui circa Vriam uerabantur, memores
Ioabi mandatorū, uno agmine fesse retrorsum re-
ceperunt. Solus Vrias quod puderet contra quām
promiserat assignatum locum nō ueri, in se ruen-
tes sustinuit, ferroq; exceptos intererunt non pau-
cos, donec circumuentus cum aliquot alijs, quos
ignaros consiliq; pudor idem in officio cōinuerat,
non inultus occubuit. His ita gestu Ioabus regi
per nuncium significat, quod non ferens obsidio-
nis moras, oppugnatione adortus mœnia, amissis
aliquammuliis infecta re in caltra redire sit com-
pulsus: mandarat autem nuncio, si regem hoc fa-
ctum egrè ferre sentiret, ut de Vrie quoq; morte
renunciaret: id quod etiam euenit. Rex enim his
cognitis male factum aiebat, quod aperta uia mœ-
nia tentassenti. oporeuissc enim machinis ac cu-
niculis adiutum moliri, maxime cum Abimele-
chus Gedeonis filius domesticum exemplum il-
lis esse debuerit, qui Thibis currim uic capere co-
natus

natus, saxo ab anicula missa ictus turpiter uitam amisisit, vir alioqui forefimus, quod inconsultè difficultissimum oppugnationis genus esset aggressus. Utilissimum autem in re militari quid alijs bene aut secus cesserit considerando, cū simile periculum incidit, hæc sequi, illa fugere. Postquam autem indignabudo de Virie quoq; morte relatum est: irasci desit: iussitq; Iobabo renunciari, vulgare esse id incommodum, nec à natura belli alienum, cuius hæ sint uicissitudines: debere tamen eum in posterum cautius rē administrare, & aggeribus ac machinis expugnatā urbem solo & square, & habitatores eius ad unum neci dedere. Cum his mandatis nuncius ad Iobabum properè se recepit: ceterum Bethsabe audita mariti morte per aliquot dies eū luxit: ubi uero à mœrore ac lacrymis deslituit, sine mora eā rex coniugem sibi ascivit: ex qua mox puer masculus ei natus est. Has nuptias Deus nequaquam & quis oculis inspexit, sed iratus Davidi, cū propheta Nathani per unum nocturnū se obtulisset, regē grauiter incusavit. Propheta uero quis esset vir festinus ac prudens, reputas reges quoties suis affectibus rapiuntur, non magnū inris respectū habere solere, combinatione numinis ad tēpus disimulata, maluie illum blanda oratione aggredi, in hanc modū sententiā eius exploraturus. Duo uiri, inquit, eandem urbē incolebāt: alter prædices, multorumq; arméiorum & gregū dominus: alter unius tandem

tum ouiculae possessoreā unā cum pueris suis do-
 mi quotidianis cibis alebat, nō alio affectu quā
 si esset filia: cū uero hospes diuiti superuenisset,
 ille parcens sua pecoribus, nullum in amici gra-
 tiā mactare uoluit, sed abstrecta per uim ouicu-
 la pauperis, iugulatā & apparatā hospiti appo-
 suit. His uerbis rex graniter cōmorū, scelestum
 hominē illum facinus hoc aūsum pronunciavit,
 iustumq; esse ut quadruplū pro adēptā ouicule
 restituatur. & ipse insuper capite plectatur. T.º
 Nathan incunclāter subiecit, ipsum esse qui hac
 poena dignus sit, saopte iudicio nefarij sceleris
 dānatus: ac tum demū illi exposuit in quantam
 indignationē numinis īcurrisset, cuius fanore unī
 uersæ gentis Ebreorū rex constitutus, circum-
 quaq; uicinariū etiam gēium earumq; multarū
 & magnarū dominii consecutus esset, non scelē
 antea liberatus ē sauli manibus: nunc cū eiusdē
 benignitatē aliquot legitimas uxores habeat, con-
 tēpito omni humano simul atq; diuino iure, alien-
 am cū duxisse uxorem, marito ipsius imperfecto
 & hosti prodito Igitur affore diuinā ultionem,
 & ipsius quoq; mulieres ab uno ē filijs per uim
 cōstuprandias, & ipsum insidijs ab eodē appeten-
 di, ut pro clā admisso peccato, in propatulo pœ-
 nas persoluat: quin & puerum ex ea natū sine
 mora esse interituru. Territo autē per hanc de-
 nunciationem rege, uchementrijs perturbato, &
 cū lacrymis fatente se peccassi in Dcū; erat enim

miv

uir pius, & qui, hoc uno excepto, in tota uita nihil admiserat: placatus Deus recepto in gratiā promisit, & regnum & uitam ei seruaturum se esse, post pœnitiam enim non amplius se irasci. Aiq; ita Nathan postquam facura regi aperuisset, domum reuertitur. Porro infans ex uxore uiræ natus Dauidi, immittet Deo graui morbo corripieut, cuius hic mæstissimus pater dolenter ferens per septē dies à familiaribus inducis non potuit ne ullum cibum degustaret: sed atratus & sacco amictus, humili prostratus iacebat, & à Deo saluē pueri precabatur. Nimis enim eius matrem diligebat. Septima uero die mortuo pueru, familiares non audiebant hoc regi indicare, ueriti ne re cognita periinacius etiā à cibo reliquaq; cura corporis abstinet desiderio desunt eti infantis, cuius morbum tam impotenter tulisset, qui cū turbata familiam sentiret, & aliquid mali calari, facile intellexit exuinclū puerū: accitoq; uno è famulis postquā ueritatem cōperit, confessim surrexit: lotus deinde sumptaq; ueste cädida, ad Dei tabernaculū properauit. posthac iubis famulis ut cœnā sibi apponere preter omnem opinionē admirationi fuit omnibus cognatis & domesticis stupentibus, quod cū nihil horum egrotante puer fecisset, nūc post eius obitum omnia simul saceret: impetrataq; prius licentia, causam se scitabatur. Tu ille: Nō intelligitis, inquit, quod dū puer uiuere, de salute eius speras, nihil

nihil non faciebat quo Deum reflecterem? nunc postquam is obiit superuacaneū sit inaniter mærore cōfici. His auditis omnes sapientia eius laudauerunt: nec ita multo post Beihabe grauida exactus legitimis naturæ mēsibus filium ei peperit, quē Nathanis monitu Salomonē nominauit. Inter ea Iobus Ammanitas acris obsidione premebat, præcisiss aquæductibus, & cōmeatisbus interceptis, ita ut fame simul & siti laboraretur: ab unico enim puto spes eorū pēdebat, ac ne hoc quidem ad satietatē utebantur, parcè aquā dispensantes, ne forte in totū deficeret. Hæc Iobus per literas regi significauit, hortans ut ad excidium urbis ipse ueniret, & hūc quoq; titulū uictorijs suis apponere. Qui collaudato ducis officio fideiq; assumptio secū exercitu ad deuastandā Rabathā proficisciur, eaq; mox uī capti militi diripiendā permisit: ipse uero ex præda nactus est Ammanitarū regis aureā coronā talentū pendente, & precioso sardonyche insignē: quā postea capite gestare solitus est: necnō & alia multa ac magni præcū præda ī ea urbe potitus est: uiro uero eius excruciatos prius ad unū interemit: neq; mitius aliis Ammanitarū urbes traxeruit, pa-

VIII. rī modo expugnat. Post hanc uictoriā domū Reg. 13. reuerso graue quiddā accidit ex tali causa: Filia habebat adhuc uirginē formosissimas quasq; mulieres pulchritudine uincēti: Thamarā nomine, ex eadē qua Abesalomus genitrice natā.

Huius

Huius amore correptus Amnō filiorū Dāuidis
 natu maximus, cūm propter uirginitatē ipsius
 & asservationē potiri ea nō posset, adeo passioē
 hac cōflictabatur, ut nō aliter quā ex morbo lē-
 tā tabē ac pallorē sibi cōtraheret. Id malū depre-
 hēdit Ionathas quidā eius cognatus & amicus,
 uir prudēs & magni cōsiliū: uidēs enim Amno-
 nē a natiua corporis habitudine indies magis ac
 magis deficere, accessit illū, rogās ut causam sibi
 indicaret. Saspicari enim se amatoriam quandā
 esse hāc passionē: quo fatente sororē germanam
 sibi adamatā, cōsiliū dari quomodo optatis poti-
 ri ualeat: suāsit enim ut simulata agritudine, si-
 mulatq; pater uisendi causa illū accessisset, ro-
 get ut sororē ad se mittat, cuius ministerijs rele-
 uatus eo citius cōualescere posbit. Paruit Am-
 nō, & cū nihil cunctatus decubuissest, simulare
 morbi cœpit. Dein cūm pater officiose inuisens
 percōtaretur de ualeudine, petiūt sororem ad se
 mitti: ea postquam iussu patris accita uenit, po-
 stulauit ut suis manibus colyphia frixa affer-
 ret. Sic enim libentius se comedeturum, quae in cō-
 spectu fratris farina subacta, formatisq; coly-
 phys ac frixis, inneni obiulit. At ille non ea gu-
 stanit, sed famulis mādauit, ut quotquot pro fori-
 bus cubiculi obuerſarentur, submonirent, dicens
 se absq; strepitu quiescere cupere: quo factō, ius-
 sit sororē in intium cōclave paratā cōnā infera-
 re: quod cūm puella fecisset, apprehensa suadere

caput ut sui copiam faceret. At puella exclamat, Abstine uim frater, abstine, nefas est te rem tam turpe perpetrare. Desine etiam flagitiosa concupiscentia, quae nihil prister deducit. Et insatia toti familie nostrae afferre potest: aut si restitueret ei non ualesset a patre tibi hoc impetrandum est, non per uim extorquendam. At ille amore fruens non paruit, sed libidinis vestro percitus relinquitem per uim opprimit: atque post oblatum uitium, in contrarium mox affectus ueretur, et exosam ac fastiditatem coniugis aggressus, inbet ut euestigio se inde facessat. Quicquid enim hanc iniuriam priore graviorē diccret, quod constuprata amuel usque nocte illic manere non patiatur, sed confessum extrudat clara adhuc luce, ut turpitudinis sua testibus occurrit: mandauit famulo ut eam ciceret. Illa uero scissa talari tunica, qualibus tamen regiae puella ex more uelabatur, et cinere caput sparsa, per medium urbē discedebat, uim sibi illata quiritando. In qua sic afflictam cum Absalomus frater incidisset, sciscitatus est, quid mali haberet, quod ita se se afflixeret: cumque illa de stupro re tota ei donarrasset, solatus eam, horribiliter ut aequo animo factū hoc ferret, nec ad iniuriam suā pertinere putaret, cum a fratre sit iniata: quibus verbis placata puella uociferari ac quiritari desit: et deinde aliquām multo tempore in celibatu apud Absalomū fratre perseverauit. His cognitis David pater uelut in indoluit: sed quia diligebat Ammonē ut filiorū natu maximū, non su-

stimuit illi molestus esse. Porro Abesalomus gra-
ue odiū eius in pectore celabat, opportunitatem
uindictae expectās. Iaq; alter annus abierat, ex
quo pudicitia fororis eius illusum est: & cū esset
iterus in Eclscphon, quod est oppidum tribus
Ephremiticæ, ad tondendos suos greges, insita-
nū patrē ac fratres ad solēne cōmuniū: quo excu-
sante q̄ nollet cū granare, rogauit ut pace eius
liceret filijs proficisci: quo imperato suis iniun-
xit, ut quamprimum animaduertissent Amno-
nem eterno grauatum, neminem ueriti ad nu-
tam suam illam trucidarent.

Quomodo per intestinum familie dissidium Daul^d
à filio regno pulsus est. CAP. VIII.

Ver uero perpetratū est quod mādauerat, su-
por & trepidatio fratres occupar: & sibi
quisq; timēs, correptis equis cursu ad patrē fere-
batur, interim quidā praeuenīc̄s, omnes ab Abe-
salomo cæsos nūciat, qui nō alius quā par erat
amissis simul tot filijs, idq; fratris scelere, gra-
ui dolore ictus, ne causam quidē rogauit: neq;
expectato nūcio in re propter facinoris magni-
tudinem incredibili, totum se luclui tradens, cō-
sciensa ueste lumi prostratus iacebat, deplorans
non magis quos peremptos accepserat, quām
ipsum interfectorum. Jonathas uero summus fra-
tris eius filius hortabatur ut moderatius dale-
ret, negans sē de morte ceterorum credere: nec
enim causam facti inuenire posse: de solo Am-

none dicens diligentius perquirendum: nam de hoc probabile esse, quod memor iniurie sororis frater in eum tale aliquid ausus sit. Inter ea sonitus aduentum anatum equorum, & quorundam eos precurrentium, omnes in se cōuertit: hi fuere filii regis, qui relicto cōuinio profugerat. Ibi patet occurrerit flens flētibus, & ex insperato iudicēs quos paulo ante extinclos acceperat: denuoq; gemitus ac lacrymæ instaurantur, his fratrem, reponit filium fœde trucidatū deplorantibus. At Abe salomus in Gerasa ad maternum aum fugit, eius regionis dynastā, ibi q; toto tricennio permā-

2. Reg. 14. fit. Ciam autē Dauidi animus esset Abesalomū ad se reuocare, nō ad supplicium, sed ut eū apud se haberet, iā enim ira refederat: ultrò huc propensum Joabus imperator suis artibus impulit: multerculam enim quandam grandi natu subornat, quæ lugubri cultu ad regem accedēs, aiebat inter duos suos filios ruri agētes rixam exortā adeō incruduisse, ut cum soli essent, ac nemo adesset qui dirimeret, alter ab altero ielitus expirauerit: rogabatq; hāc gratiā, ut quoniā cognati eius qui imperfectus est alterū ad cādē expeterent, saluti eius cōfuleret, ne reliqua spe sue senectutis orbaretur: neq; enim aliud remediū superesse, si nullum apud regē iuueniret: nam nihil esse quod illos cōpescere queat, prater maiestatis regiae reverētiā. Cumq; rex postulatis eius annis, hāc herba subiecit: Tua quidem benignitati

gnitati rex gratias ago, q̄ seneclutē meam &
 tantū nō orbitatē miscraris: sed quò certior sim
 de tua clementia, tuū ipsius filiū prius in gratiā
 recipe, & in dignationē contra eū depone: alio-
 qui quomodo possem de cōcessa hac m̄hi gratiā
 nō dubitare, c̄im ipse adhuc ob simulm̄ iniuriaū
 filio infensus esse pergas. At cuius ist pruden-
 tiae, uno cōtra uoluntatē amissō, ultrō necē ale-
 riū addere? Telligit mox regis animū suspicio,
 personā à Ioabo esse subornatam: & cognito ex
 anicula rē ita se habere, accersit Ioabū, dices eū
 assentū quod cupiebat, licereq; ut Abesalomū
 reducat. Non enim amplius se in eum stomā-
 chari, sed totā indignationē præteriūsc. At ille
 adorato rege, & uerbis eius libēter acceptis, eue
 stigio Ḡsura properauit, & assumptum secum
 Abesalomū Eicrosolymā reduxit. Rex uero au-
 diens filiū aduentare, misit qui ei denūciaret, ne
 ad ipsum accederet: nōdum enim, ita se affectū,
 ut reuersum uidre statim sustineat. Ille ita ut
 iussus est deuitato patris cōspectu, intra dome-
 sticos parietes cū suo famulitio se cōtinibat: nec
 tamē aliquid eius pulchritudini decepit, uel pro-
 pter mœrorē, uel q̄ nō ea tractatione ueretur,
 qua uti regium iuuenem par erat: sed tā forma
 qua statuta quo suis in maximis delicijs agentes
 superabat. Tanta autē fuit eius casaries, ut in-
 tra octauum quinq; mensē ad ducētos siclos,
 hoc est ad quinq; pondō accrescerit. Ad hunc

modum priuato culen per biénium Hierosolymis
habitauit: natiq; sunt ei filij tres, & una filia
formosissima, quæ Solomonis filio Rabo amo
postea nupsit, & filium ei nomine Abiam pe-
perit. Deinde misit ad Ioabum rogans, ut se pen-
nitus in paternam gratiam reducat, & impetraret
ut sibi liceat patrem inuisere & alloqui: quod
quam Joabus facere cunctaretur, agrum eius ni-
cini per quosdam è suis incendio uastari iussit.
Is quum re cognita ad Absalomum uenisset,
expostulanti quo suo merito dannum ab eo acce-
pisset: respondit, se hoc stratagemate illum ad se
elicere uoluisse, quandoquid mandata de cōci-
liando sibi paire negligebat: quā ob rem, inquit,
nunc te præsentem obsecro, ut placatum mihi red-
das genitorem, quādoquidem meleſtior est mihi
reditus in patriam, quā exilium suerat. Si ille in
indignatione sit perimax. Tum Joabus his uer-
bis inductus, & uicem eius miseratus, deprecatus
est regē pro illo, & tam accuratè & felici-
ter eius causam egit, ut flexus ad pietatem con-
fessim eū acciri inberet. Qui cū supplex illi ad
genua ueniam peccati petēs procidisset, sua ma-
nu erecto obliuionem omnium anteaclorum est
pollicitus. Porro Absalomus in integrum
gratiam patris receptus, breui magnum equi-
tarum & multos currus sibi comparauit, & sa-
tellitum armatorum quinquaginta: & per sin-
gulos dies mane regiam frequentans, eos qui ius
illuc

I X. Reg. 5.

illuc petentes causa & cædebant, comiter appellabantur: dicitur ansq; malos adesse patri consiliarios, aut etiam ipsum in ferenda sententia lapsum, popularem auram ita captabat. His artibus cœiliatis sibi populi studijs, certus iam de eius favore, quarto post recōciliationē anno orāuit paterem, ut cum bona eius gratia Hebronem ad uita quæ in exilio conceperat persoluenda abire sibi licet: permissoq; eius proscitus, mox undiq; plurimos ad se acciuit, ita ut ceteruatim illò cœfluerent. Inter ekklosias affuit etiam Davidis consiliarius Achrophel Gelmonæus, & ducenti Hierosolymite, non quidem consciū conspirationis, sed quasi ad sacrificium euocati, nec mora stratagemate succedēte, rex ab uniuersis consultatur. Ceterum David audita ex insperato filij tyrannide, impia hominis audacia percussus, qui immemor condonatæ prioris noxae, multo sceleratora consilii cepisset, primum usurpatione regni quod patri diuinatus datum sciret, deinde ipsius genitoris tollendi, decrevit ultra Jordani in loca tuiora se recipere: cœnocatisq; amicorum intimis, & collocutus cum eis de insolentia filij, totum negotium iudici Deo committi, reliquit regie custodiā decem pellicibus, & Hierosolymis excessit, cum alia multitudine magna alacritate prosequente, tum præcipue sexcentorum cohorti, quæ etiam regnante Saule à latere fugitatis nusquam discesserat.

Abiatharū uero & Sadocū pōtifices & quicquid Levitici generis aderat simul abire cupientes, arcamq; asportare, bonis rationibus manere persuasit, dicens sine arce praesidio diuina ope ē periculis se seruandum: simulq; mādauit ut de omnibus quae inciderēt per clācularios nūrios se ceriorem facerent: fidelē cūm operā in talibus negotijs præstiterūt filii pōtificū, s. idoci Achimās & Abiathari Ionaihas. Ethao quoque Guttæus nullis regis monitis adduci potuit, ut maneret, quō magis illustris fuit eius erga regē fides ac benevolētia. Ascendēti autē per cliuū Oliueri mōris, omnibus circa eum lacrymātibus, renuntiatū est, etiā Achitophelē mutatis studijs in partes Abesalomē concessisse: quo nix aliud tristius ei in hac calamitate accidit: quā obrē precatus est Deū, ne Abesalomē animum ab Achitophele alienaret: urebatur enim ne eius cōsilijs contra se uiceretur, uiri prudētissimi & occulatissimi in dispiciendo quid factio opus esset. Quumq; in uerticem mōris peruenisset, respiciebat ciuitatē, & cum muluis lacrymis non alius quam regno eiectus Deū precalabatur: ibi offendit uitrum in amicitia constanter, nomine Chusim: hunc conspicatus scisso amictu & capite cineribus oppletum, & mutabilitatem rerū deplorātem, solatus est pro tempore iussum a quo animo præsentem statum ferre: ac postremō obnoxie precatus est, ut simulato Abesalomē partium

riū studio, diligēter secrēta eius perscrutaretur,
 & Achitophelis consilijs simper se opponeret:
 sic enim cum magis partibus profuturum, quā si
 unā manret: atq; ita persuasus à Dauid, eo
 relicto Hierosolyma sc̄ contulit, quo paulo pōst
 etiam Abesalomus peruenit. Interim Dauid
 pauli progressus obvia habuit Silam Azéphi-
 bosthī scrum, quē ipse ad curā prædiorū amici
 filio donatorū miserrat, agenīe præse duos asinos
 necessarij ad uictū onustos. Is obiulie ei ut quic-
 quid uellet sibi ac suis acciperet, simulq; roga-
 tus ubinā Memphis bosthī reliquissat, Hierosolymis
 relictū respōdit: sperare enim cū rebus tur-
 batis, fore ut ob Sauli meritorū memoria ipse suf-
 fragȳs populi rex crearetur: quā obrē indigna-
 tus, omnia quae prius domino eius cōcesserat, si-
 bā est largius: dicēs hunc digniore quā illi ut
 talibus possessionibus fruatur. Hac liberalitate
 Siba gauius est. Dauidi uero iuxta locū Ba-
 choram superuenit cognatus Sauli nomine Se-
 meus, filius Gera, saxis cū simul & cōiūtūs im-
 petens: cumq; amici cum protegeret, magis etiā
 exasperatus ad cōnitia, sanguinariū & multo-
 rum malorū causam appellabat, iubens ut im-
 purius ac execrabilis regiōc excederet: gratiasq;
 agebat Deo, & per propriū filiū pœnā peccatorū
 ab illo exigeret, & eorū quae olim in dominum
 suum commiserat. Hac tam fæua petulantia
 concitans omnibus ad indignationem, Abi-

F 5 sae

s̄eo uero etiā interficere semelim uolente, David
 eos cohibuit, negat̄ addendā ad pr̄sentia mala
 noui alicuius motus occasionem. Nihil, inquit,
 moror h̄ic rabidus canē, & Deo cedo, qui cū in
 nos immisit. Mirū uero si h̄ec ab isto patimur,
 quādo etiā filius pieratis est oblitus. Sed h̄ec mi-
 sericordi Deo curē crūt̄, cuius fauore tandem ini-
 mici nobis succubent. His dictis cōtinuab. ut iter,
 cōtempio semelis parte alia mōtis cursim cū cōuitijs
 afflētāte. Delatus deinde ad Jordānem, suos ex
 itinere fatigatos ibi recolligebat ac reficiebat.
 Interim Abesalomo cū Achitophele consilia-
 rio Hierosolymā ingresso, cōcursu populi salutā-
 ris ad eos factō, inter ceteros etiā Davidis ami-
 cus ad eos uenit, & adorato novo rege, precatus
 est illi perpetuū hoc imperiū. Rogatus deinde ab
 eo, quid ita cū haetenus inter pr̄cipuos ac fi-
 diissimos patris amicos esset habitus, nunc deser-
 to illo ad se transiret: cordatē respondit, Nō esse
 Dei uoluntati & populi consensui repugnandum.
 Hos, inquit, tibi studentes, ego quoque meriti-
 zō sequor: à Deo enim regnum hoc accepisti:
 quod si in tuorum numerum recipere dignatus
 fueris, quam fidem & benevolētiā patrī tuo
 me pr̄stissem noslī, eandem tibi pr̄stabo. Ne-
 mo enim pr̄sentem statum iniquè ferre debet,
 quando non in aliam familiā regnum trans-
 latum est, sed in eadem manet, filio succe-
 dente. His uerbis iuncti omnem suspicionem
 exemit.

exemit. Aduocato deinde Achitophele consultabatur quid' nā esset agendū. Is suasit ut cū paternis pellicibus cōgrederetur. Sic enim populū constantius in partib⁹ perseneraturū, sublata recōciliationis spe: & prōpt̄ē cōtra patrē militaturum. Nam hæc tenus nō libenter eos inimicos se illi profitcri, ueritos ne pax inter patrē & filium coecat. Paruit iuuenis, ius sitq; famulis, ut in regia tentorium sibi erigerent, inspectante populo, in quod ingressus cum pellicibus patris cōcubuit. Idq; totum iuxta Nathanis propheta naticinium cuenit, quod Dauidi futurum, ut ab uno è filijs oppugnaretur predixerat.

Abesalomus contra patrem profectus cum exercitu perit.

CAP. IX.

Hoc Achitophelis consilium exsecutus, 2. Reg. 17.
iterum postularat quid de belli ratione censem.
Respondit ille, oportere sibi attribui decem
millia lectorum militum. Cum his se profectum
interfecturū patrē, atq; ita partibus suis inco-
lumentatē, & ipsi securum imperium eadē opera
Dauid sublato pariturum. Hac sententia dele-
ctatus accessit Chusim Dauidis amicorū prin-
cipem, (sic enim cum ille uocabat) & exposito
Achitophelis consilio, quid ipsi uideretur qua-
rebat. At ille intelligens, quid hoc modo Da-
uid in potestatē redactus facile occidi posset,
contrariam sententiam attulit. Scis, inquit, rex
uirtutem patris & corum qui illum sequuntur
quod

quod in multis cōflictibus semper uictor erasit.
 Profecto veteranus bellior artibus contra nos
 uetur. & intellecto nostrorum aduentu, noſtrū
 ualem aliquā cum parte militum mſidebit, aut
 post rupē aliquā dñe refect. Deinde noſtris exer-
 citum eius inuadentibus paulatim illi pcdē re-
 ferent, expeſlantes occasiōē dum regi propio-
 res facti totis viribus in pugnā redeant: interim
 ille ex improuifo ſuperueniens, ſuiss animum ad-
 det, noſtris uero metum ac conſternationē affe-
 ret. Expēde igitur meum quoq; consilium, ſanè
 melius, & Achitophelis opinionē miſſam fac:
 ac potius edictō per totam tēbræorum regionē
 copias contra paarem collige: quac ubi in unum
 conuenerint, imperiū earum tu ipſe affume, nēc
 alterius fidei cōmittas. Facile enī illam deuin-
 ces, ſi in aperto campo affequaris, quod ille pa-
 eos circa ſe habeat, tu uero tam multa milia
 virorum, qui dari ſibi occasiōē cupiunt decla-
 randi quam ſint tui nominis ſtudioſi. Quod si pa-
 ter intra mœnia cuiuspiam oppidi ſe cōcluserit,
 machinis ac cuniculis id expugnabitus. In hu-
 ius ſententiā itum eſt. Abſalomō autore con-
 filio Achitophelis prælatam: ſed hoc iſum
 Deus effecit, ut Chusis conſultor magis place-
 ret: qui properè ad pōtifices ſadocū & Abia-
 tharum ueniens, ſuum & Achitophelis conſi-
 lium eis exposuit, quodq; iſius comprobatur ſit:
 per te deinde ut hac Danidi per nuntios signifi-
 carent,

carent, adhortarenturq; cum, ut sine mora Iordanem transiret, ne foric filius mutata sententia persequatur cum, & prius quam in tuum se recipiat, comprehendat. Pontifices autem iam antea curauerant, ut extra urbem lateret filij, renuntiatur Davidi quid in urbe agatur. Ad hos igitur fidam famulam miserunt, afferentem quid Absalom decretu sit mandaruntq; ut quantum possent properaret Davidi haec indicatur: qui cuestio cum patrum mandatis, ut piis ac fidos ministros decebat, nihil sibi ad summam celeritatem reliquum facientes, ad Davidem properabant. Vix duo stadia promouerant, quum a quibusdam equitibus conspecti, apud Absalom deferruntur, qui mox ad capicundum eos misit. Senserunt hoc mature pontificum filij, et diuertentes a via publica, in propinquum nicum agri Hierosolymitanum nomine Bocchuram se derunt, abiqt; mulierem quandam rogauerunt ut se absconderet: ea mox demissis per funem in puteum, os eius uellribus contexit: rogataq; a superuenientibus persecutoribus num eos uidisset, conspectos sibi non negauit, accepto enim a se posse statim abiisse dicebat: & si modo alacriter persequantur, fore ut eos comprehendant. Illi diu frustra persequuti, retro sunt reuersi. Mulier uero ubi hoc animaduertit, & non esse amplius periculum iuuenibus ne capiantur, per funem rursum extractos ceptu iter continuare iussit. Illi

quanta

quanta potuerunt festinatione ad Dauidem peruenient, & omnes Abesalomini conatus illi remuniauerunt: qui suos cōfessim Jordane transire edicit, quamvis nox esset nihil cunctari possit. Porro Achitophel ubi suum alterius consilio posthabitu uidit, conseco iamēto Gelmonē patriam petiūt. Ibi cōuocatis omnibus domētis, exposuit eis que Abesalomo consuluerat, addens quoniam non persuasisset, certò se breui perituru. Dauidem enim omnino superiorē hoc bello fore, et amissum regni recepturu esse. Præstat igitur inquit, magno animo, ut virū ingenium decet, cū uita exire, quam Dauidi ob filio nauarā cōtra cum operā, excarnificandū se præbere. His dictis in penitissimas ades digressus, seipse suspedit: atq; ita Achitophel, suopte iudicio tali mortis addictū, cognati eius laqueo demptum funerauerunt. Ceteram Dauid superato ui diximus Jordane, peruenit Castrū, pulcherrimā ac munitissimā eius tractus urbē. Ibi cum summa benevolentia ab omnibus eius regionis optimatibus exceptus est, partim præsentī hominis necessitate motis, parim reverētia pristinæ felicitatis. Fuerunt autē hi Berzellaus Galaditus, & Siphar Ammanitidis dynastes, & Machirus Galaditidis regionis primas. Hi quicquid ad uictū pertinebat, largiter regi cum suis præbebat, ut nec lecli strati eis decessent, nec panis ac uinū, quin et carni copia semper aderat, & quic

Et quicquid uel ad alimoniam, uel ad lauitudinis resellionem opus esset. Inturim Abesalomus coacto grandi contra patrem exercitu, et traiecto Jordane amne, constitutus non longe a Castro oppido Galaditidis, loco Ioabi præpositio exercitiui cognato eius Amasa: prognatus enim erat patre Iotharsa, et matre Abigæa: hec uero et Sarvia Ioabi mater sorores erant Davidis. Rex autem recensuitis qui circa se erant, comparatoque numero circiter quatuor millium, de- 2. Reg. 18.
 cœxit non expellere dum Abesalomus prior ipsum aggrediatur, sed creatis tribunis, dimissoque in tres partes exercitu, unam Ioabo imperatori attribuit, alteram fratri eius Abisæo: tertiam tradidit Ethæo, amico quidem et familiari, sed e Gittæ oriundo. Ipsum autem uolentem adesse in exercitu amici prohibuerunt, idque prudentissima ratione. Si enim eo praesente uincerentur, nihil spei reliqui fore: quod si una parte exercitus uicti, cum cetera ad ipsum refugissent, reparandarum uiri facilius uolentem non dñe: alioquin etiam hostem suspicatur, aliam exercitiū circa regem esse. Placebat hoc consilium: itaque persuasus apud Castrum mansit. Sed dum amicos ad pugnam dimitteret, obtestabantur ut memores omnium acceptiorum beneficiorum sibi operam sibi manarent: et ut post uictoriæ filio parcerent, ne occiso illo, aliquid mali in scipsum statueret: atque ita precatus illis uictoriæ, exercitum emisit. Ceteri cum Ioabus

Ioabus ex aduerso hostiū aciem suā explicuīſſet in planicie ſyluā à tergo habente, Abſalomus quoq; ſuos cōtrā eduxit: & cōgredi, acriterq; pugnātes multa uerinq; praeclara facinora edebant: his dummodo David regnum recipiat, quiduis periculi magno animo contemnitibus: illis cōtrā, ne Abſalomus & hoc priuatur, & patri insuper audaciæ pœnas det, nihil, nō uel ſa-
 care uel pati paratis. Idem cum numero lnge
 preſtare, ignominiosum ducebāt tanto pauciorib;
 Ioabi militibus ſuccumberet. Cōtrā regū ut
 sot millia proſigarēt omni ope cōnixi: tandem ut
 erat dignū ueteranis, & rei militaris peritiſſi-
 mis, hostē terga uertere coegerūt: fugientes dein-
 de per saltus & abrupta inſequendo, alios ca-
 ptinabant, alios trucidabant, ita ut malio plu-
 res in ſuga caderent quam in prælio. Interſecta
 ſunt enim ea die fermè uiginti millia. Plurimi
 autē in Abſalomī ſerebātur, inſignē tam pul-
 chritudine quam ſtatura corporis. Is ueritus ne
 uiuus caperetur, conſenſa mula regia effuso
 curſu fugiebat. Cumq; per agitationē uētilare-
 tur capillitum, aſpera arboris prominēti ramo
 inopinatē implicitū iuuenē ſuspendit. Iumentum
 enim uchemēti impetu ſerebatur, nō aliter quam
 ſefforē gerens. Et ille ſublimis in ramo retine-
 batur, ne hostē effugeret. Quod animaduerſum
 quidā è militibus Davidis indicauit Ioabo: eoq;
 quinquaginta ſiclos promittente ſi illum confo-
 deret,

deret, respondit. Nec si duo millia daturus esses, facerē hoc domini mei filio, maximē cū omnibus nobis audiētibus parcī iuueni sit precatus. At ille ius sit ut indicaret ubi nām pendente uiderit, moxq; defixo in cor telo cum interemite. Armigeri uero Iobā circumfistūles ab arbore eū destraxerunt, & proieclū in hiattū profundum ac obscurū congesūlī saxis obruerunt, ita ut tumuli forma extaret. Deinde quum receptui cecinisset Iobās, suos à persequendo cohibuit, parcendum ciuili sanguini ratus. Porrò Abesalomus exerat sibi in ualle regis columnā marmoreā cū inscriptione, duobus stadijs à Hierosolymis distam, quam uoluit uocari Manum Abesalomi, dicens quod etiam si liberos eius perire contingat, in hac tamen nomen ipsius effet mansurum. Habuit enim tres marces, et unā filiā Thamarā, quemadmodū iam ante diximus: que Dauidis nepoti Roboamo nupta. Abiam eius successorē peperit: sicut post loco suo copiosius dicetur.

Quomodo Dauid regno restitutus feliciter vixit.

CAP. X.

DEfuncto Abesalomo populus eius domū quisq; suam dilapsus est. Achimas uero sadoci pōtificis filius adito Iobō, rogauit ut sibi permitteret ad Dauidē ire, nuntiaturo leta omnia, quodq; divina ope ac prouidentia uictoriā sit consequutus. Negauit hoc imperator, dicens non cōuenire ut amīhac asserre leta solitus,

G

litus,

litus, nunc de morte filij regem certiorē faceret,
 iussitq; eū ibi manere: sed uocato Chusī illi man-
 dauit, ut omnia que seiret ad regem perferret.
 Achimā uero denuo rogante, ut ipse mittere-
 tur, uictoriā tantū nūtiaturus, nō etiā Abesal-
 lomi mortem, passus est cum hoc facere. Is uiam
 compendiosam ingressus soli sibi notā, Chusim
 anteuerit. Sedente autē rege in porta, & expe-
 stante aliquem de prælio nuntium, speculatorū
 unus conspecto Achimā currente, necdum ua-
 lens cum agnoscere, ait aū regē, uidcre se quem-
 piam accurrentem. Cumq; rex bonum esse nun-
 tium ominaretur, paulo post sequi illam alterum
 quendam indicauit. Respōdente rege, hunc quoq;
 bonum fore nuntium, speculator iam propiorem
 Achimā noscitans, Sadoci pontificis filium
 ait curriculo aduentare. Tum David, profecto
 hunc bonum & optatū nuntium afferre de præ-
 lio. Vix hæc herba finierat, dum Achimā regē
 adoratum salutat: & scitante de pugna, latam
 uictoriā annuntiat. Rogatus deinde quid filio
 factum sit, ait se hersis in fugam hostibus con-
 festim iter arripuisse, audisse tamen clamorem
 militum Abesalomum persequiū: nec præ-
 terea quicquam compertii habere, quod iubenę
 Iobō properè discedendum fuerit, ut uictoriā
 renūtiaret. Iamq; & Chusis aderat regem ado-
 rans, & uictoriā annuntians: qui similiter de
 filio rogatus: Inimicis, inquit, suis eniat idem
 quod

quod Absalom. Hac uerba in causa fuerunt, ut nulli ex ea uictoria uoluptate nec rex percepseret, nec milites. Ipse enim consensu editissima urbis parte deflebat filium, plangens peccus, et capillitum lacerans, et modis omnibus sese afflictans, ac uociferans: *Fili mi, utinam muhi tecum mortem oppetere contingret. Cum enim esset natura suoru amantissimus, praeter ceteris huc maiore affectione prosequitur. Exercitu autem et Iobum, audito quod rex filium ita lugeat, pnduit triumphabudos in oppidum ingredi: sed demissi capite lacrymantes, non aliter quam clade accepta ueniebant. Ciciram cum rex operio capite gemere desiderio filij persecueret, Iobus consolandi causa ad eum ingressus:* *Quid facis, inquit, o rex? an ne scis quod hoc patet tibi ipse calumniam struis, quasi amicos protua salute periculis se exponentes, atq; ad concipsum et familiam tuam oderis: ames uero tibi infestissimos, et inslissima pena absimptos desiderare non desinas?* Nam si Absalomus uisset, et regnum suum constabilisset, nihil ex nobis omnibus reliqui fecisset: sed a te ac tuis liberis initio facto, ad unum miserabilem in modum perdidisset, non deflentibus nos inimicis, sed gaudetibus, et graniter punientibus eos qui nostram uicem miserantur. Te uero non pudet hac facere propter hominem inimicissimum, qui quum esset tuus filius, tantopere in te fuit impius? De-

sine igitur ab iniusto luctu, & da te in conspectum tuorum militum, & gratias illis age, quod sua uiriente hanc uictoriā nobis pepererūt: alioqui si quā cōpīstī pergas, hodie regnum ac exercitum alteri tradam, efficiamq; ut iam grauius ac uerius quam ante lugeas. Talibus uerbis Ioabus regi mæstitudinem excusavit, eumq; ad curam reipub. adduxit. sumpto enim habitu alio, quo gratiōr esset militi eius conspectus, pro foribus portae confedit, ita ut hoc audito uniuersus populus ad salutandum cum cōcurreret. Dum hēc ita geruntur, qui ex Absalom exercitu cladi supersuerunt, domum reuersi nuntios oppidatim dimiserunt, admonētes quantū beneficiorum à Dauidē accepissent, & quomodo post multa ac magna bella in libertate ab eo uindicari suissent: & quam iniquè hoc electo alteri regnum cōmisissent. Itaq; debere eos, extincto quē elegerant, Dauidē rogare, ut omisso ira in gratiam populū suū recipiat, & quemadmodū ante curā reipublice suscipiat. De hac re crebri nuntij ueniebant ad regem: isq; mox Sadoco & Abiatharo pontificibus per literas mandauit, ut principes tribus Iuda cōpellent, turpe illis esse, alias tribus ante eos in regnum Dauidē reponere, maximè cū is tribulis sit ac cōsanguineus. Patri modo Amasam imperatorē eos alloquit iussit, qui fieret quod cūm esset ipsius ex sorore nepos, exercitui non persuaderet, ut Daidi regnum in manus

manus reddat. Sperandam autem illi non soliam
 ueniam, quae iam cōtigisset, uerū etiā uniuer-
 sarum copiarū praefecturā, quā Abesalomus ei
 cōcesserat. Pōtifices uero tū principes diētae tri-
 bus sunt alloquui, tum Amasam ostētata re-
 gis pollicitatione in partes ipsius traduxerunt.
 Ac primū cōribules Davidis incunctanter
 per legatos eum in regnū revocāt: quorū exem-
 plū simul & Amasæ autoritate moti ceteri
 Israēlitæ & ipsi idem faciunt: atq; hæ legatio-
 nes ad eū Hierosolymis excipiendū conflūbant.
 Sed singulare Iudeæ tribus officium extitit, quæ
 usq; Jordane amnem illi occurrit: eōdem præsto
 fuit Semeis filius Gera, sequentibus mille uiris è
 tribu Beniamitica: neconon siba libertus Sauli
 comitatus quindecim filiis & seruis uiginti. Hū
 uā cum tribu Iudeæ ponte ripas fluminis iunxe-
 runt, ut rex eū suis absq; negotio trāfīre posset.
 Vt uero ad Jordane peruenit, salutatus est à tri-
 bu Iudeæ: & Semeis in ponte progressus, acci-
 densq; ad regis pedes, rogabat uenia cōmissori.
 Atq; insensu sibi esse desineret, néue recepta po-
 testate in se primū animaduiceret: reputaretq;
 id quoq; quod erroris pœnitētia ductus, primus
 ipse resurrecti occurrisse. In hūc modi supplicati
 ac misericordiā implorāti Abiseus Ioabi frā-
 ter: Satin' hoc, inquit, putas ad effugiendum
 supplicium, quod maledico in regem diuinitus
 electum ore es commeritus? Tum rex ad eum

uerteret: Definito Saruia filij, n̄eue nonas turbas ac
 seditiones excitate. Sic enim uos existimare uolo,
 hāc esse mihi adiualem regni diem: quamobrem
 iuro me omnibus omnem pœnam remittere, qui
 quocunq; modo in maiestatum meam peccau-
 ruit, neq; in quenquā ea de causa animaduersa-
 rum esse: tu quoq; semel bono animo esto ambil de
 supplicio sollicitus. Si ille adorato rige, cœpit
 eum præcedere. Post hāc Memphis. Iulius Sauli
 ne posse ei uenire obuiam, sordidatus & promissa
 ac negligito capillatio: ex quo enim rex profuge-
 rat, neq; comam totundit, neq; uestem purgauit,
 calamitatem eius non secus quam propriam se-
 rens: ad hāc à suo procuratore apud regem falso
 declaratus fuit. Is post salutatum & adoratum
 regē interrogatus ab eo, qua de causa non simul
 exiisse, socius fugae fuitrus: respondit sibam esse
 in culpa. Iuncti iussim parare ad profectionē ne-
 cessaria, uerba sua nō aluer quam alicuius man-
 cipiū contēpsisse: alioquin, inquit, si pedibus inte-
 gris fuissim, & ad profectionum his uti posuissi-
 sem, nūquam abs te relinqui fassus fuissim. Nec
 contentus mēa erga te domine pieatē impedisse,
 insuper maliciose ac mendaciter me detulit. Sed
 bene noni quod tua prudentia tales calumnias
 non admittat: quum sis iustus, & Dicūt ac ue-
 ritatem, cui tam opere fludes, diligas. Cūm enim
 in grauiſſimis periculis aui mei temporibus uer-
 satus sis, licet etq; tibi de tota familia nostra eo
 non inne

nomine pœnas sumere: quæ tua bonitas est ac modestia, omnes acceptas iniurias obliuioni tradidisti, recenti etiā tum carū memoria summā potestatē asseditus, præterea in amicorū ordinem alleclū, & mente tua quotidianiū conuiuam adhibitum, nihil deteriore conditioне quam unum quicquidis è maximè necessarijs apud te esse nouisti. His auditis neq; Nemphibosthum punire libuit, neq; an Siba caluniator fuerit cognoscere sed praesatus cūclā se cius bona s.b. largitum, ueniam eamen illi & dimidiæ partis restituitionem promisit. Tum Nephibosthus: Habeat sibi totū Siba, mihi satis est te in tuum regnum restitutum esse. Berzellæum deinde Galaditā uirum magnū ac bonum, cuius benignitate belli tempore adiutus fuerat, deducitatem se Iordanem usq; rex rogauit ut simul Hierosolyma proficiere tur, pollicitus cum parentis loco se habiturū, nihilq; illi defore, quo extremae cius etati resonenda sit opus. At ille excusauit, rem domesticam coniūlī regio præserens: dicens, se iam ocluage narium nō posse regie uoluptatibus perfrui, iam de absoluendo extremo uiue auctu & sepulchra sollicitum: rogāsq; ut sibi cum bona regis gratia liceat suo more domi uiuere: quandoquidem iam per etatiē non amplius ullam ē potu aut cibo uoluptatem capiat, & aures obturatas habeat ad sonos sibiuarum ceterorumq; instrumentorum, quibus aulici regij se oblectare solent. Quo ita in-

stanter rogante : Te, inquit, dimitto : hunc uero
 & chimanum filium mecum abire finito. Omnia
 enim bonorum meorum particeps erit. Tum Bar
 zilleus reliquo filio, & adorato rege, omnia que
 fausta illi precatus, domum est reversus. David
 autem Galgala peruenit, iam dimidium totius po
 puli circa se habens, & Iudea tribum integrum.
 Eo uenerunt ad illum primores eius regionis, se
 quente magna hominum multitudine: incusab. miq;
 Iudea tribum, quod in se ceteris ad regem se con
 ciliasset, cui omnes simul unanimiter occurrere
 debuerint. Principes uero tribus Iudea rogabant
 ut aequo animo ferrent quod praeuenti essent. Ex
 hibitu enim hoc officium propter cognationem,
 qua deuinctum sibi seruentioribus studiis prose
 querentur: neq; enim se hac de causa ulla mume
 ra accepisse, ut merito agrè ferre debeant, scripsi
 se ad illum peruenisse. Non tolerunt hoc dictum
 ceterarum tribuum principes: Demirantur, in
 quiunt, fratres, quod regem uobis propriè cognos
 sum uindicatis, ac si non omnium nostrum cognos
 sum sit habendus, quem omnibus nobis ex aequo
 Deus praesesse uoluit: ergo cum totus populus un
 decim partes habeat, nos unicum, tantoq; potio
 res simus, prater aequum fecisti, quod nobis ne
 a. Reg. 20 scientibus ad regem uenisti. In hac principum
 altercatione exortus est uir quidam malus ac se
 ditiosus, Sabaeus filius Bochorie, tribus Benia
 mutidis: qui sublata noce in medio multitudinis
 exclam

exclamauit, Non est nobis pars apud Dauidem, nec hereditas apud Iesse filium: simulque cornicinem iusso canere bellum, omnes relicto Dauide ille sunt secuti sola Iudea tribu circa eum manente, a qua mox in regiam Hierosolymorum est deductus: ubi concubinis, cum quibus filius Absalomus congressus fuerat, in alias aedes tradutus, omnia benigne ut ante administrari iubuit: ipse vero posthac non amplius eis est usus. Amasam deinde exercitui proposuit, dignitate in huc collata, quem prius Iobab fuerat: insitique ut collectis quantis posset e tribu Iudea copys post triduum ad se ueniret, ut cum tradito exercitu cum imperio contra Bochoria filium mutaret. Quo ad colligendum militem profecto, quum in ea re occupatior maturè non rediret: tertia die rex Iobabo dixit, non esse in rem publicam dilationem sabbato cōcedi: ne forte instruclior faetus plus damnet, plusque exhibeat nego: iij, quam modò Absalomus exhibuisset. Non est, inquit, ulterius expetandum, sed cum his que nunc ad manum sunt copys, & sexcentoru cohorte, cum Abisaeo fratre hostem persequere: & ubi cunq; illum adeptus fueris, da operam ut prælio decernatur: & caue ne occupatis munitis urbibus mulcoru nobis certaminu & laborum materiam præbeat. Iobabus nihil cunctatus paruit, & assumpto fratre ac cohorte, reliquisque qui tum Hierosolymis aderant mililibus, contra Sabaeum rapim exercitum du-

G 5 cit

cit. Cumq; Gabdonē, qui uicus quadraginta stādys à Hierosolymis abest, peruenisset, obuiam ei factus est Amasa magnū exercitum adducens. Ibi Ioabus thorace munitus, accinctusq; gladio, accedente ad complectendum Amasa, de industria gladium sibi è uagina elabi passus est: eoq; mox à terra sublato, & altera manu barba Amasa ceu deosculandi prehensa, improuiso ielū uenirem ei perfodit, hominemq; conficit: facinus sanè impium, quòd bonum & cognatum iuuensem immerētem propriei emulationem summa pfectura & regia gratia sustulit. Hac enim de causa iam ante Abencri quoq; cedem perpetraverat. Sed illud facinus propter honestū pretextum fraternali ultiōnis dignius uenia uidebatur: in Amasa uero cede nihil tale habuit quod pretenderet. Cæso autem imperatore pergebat ad Sabaeum debellandum, uno reliquo apud cadaver: hunc iussit proclaimare ad exercitum, Amasam iure cæsum merit as pœnas dedisse: qui uero partes regis souerent, Ioabum & fratrem Abisæū enim duces sequi debere. Iaccēte uero in uia corpore, & tota multitudine ad id consenserunt, & ut fieri solit cū admiratione circumstante, custos translatiū illud in uillam quandam longe à uia remotam depositus, & uesle contexit: quo facto omnes Ioabum sunt secuti. Is quum per rotam Israëli iicā regionē sabaeum esset persecutus indicio cuiusdā cognouit cū esse in munitione quādam

dam urbe nomine Abel machea: qua obsessa &
 circumuallata, iubet m. l. tē muros eius suffodere
 & euertere, nälde enim irascebatur quod portas
 ei clausissent. Mulier autem quedam honesta &
 prudens, uidens patriam in extremo periculo, con-
 secessis mœnibus Iobum per milites ad colloquio
 euocat. qui postquam processit: Deus, inquit, reges
 & imperatores creat, ut deletis Hebraeorū hosti-
 bus in pace Israélitas comineat: tu uero nulla in
 re Iesus, primariam Israélitarū urbē expugna-
 tum uenisti. Tum ille abominatus eius uerba, &
 meliorē sibi mente precatus, negauit se uel unum
 è plebe occisum cupere, tantum abiisse ut urbem
 tam egregiam excisam uult: & si ad supplicium
 dedatur sabas Bochorie filius, regi rebellis, o-
 missa oppugnatione confestim se inde exercitum
 abduclurum. His auditis mulier Iobum rogat
 ut paulisper suslineat, pollicita illi caput hostis
 statim e mœnibus deuiceādum: moxq; ad ciues re-
 uersa: Vulnis, inquit, mali male perire cū liberis
 ac contingibus propter hominē malum & igno-
 rum, eumq; pro Davide, cuius tanta in uos ex-
 tant beneficia, regnare: & unam hanc urbem
 tā ualido exercitui resistere? Quibus rebus per-
 suasi, præcisō capite Sabas, ad milites Iobū hoc
 deuicunt: confestimq; signo receptuī dato dux ob-
 fisionem soluit, & Eiusrosolyma reuersuō denuo
 uniuersis copijs imperator præficitur: Banias
 quoq; satellitibus & sexcentorum cohorti à rege
 præpon

præponitur: Adoramus quæstor tributis recipiendis constituitur: Sabathes & Achilaus Commentariensium sunt principes: Sisa scribis præpositus, p̄tificatus quoq; sadoco & Abia-

xil tharo mansit. Post hæc famæ regionē premen-

Reg. 21. te rex supplex à Deo petiūt, ut populum misera-
tus causam atq; remedium tanti mali ostendere
dignaretur. Responsum est per prophetas, postulare
Deum ut Gabaonite vindicetur, quos Sau-
lus rex deceptos præter ius & fas interfecerat,
& iusserandum quod illis olim Iesus imperator
& senatus iurauerat, uiolauerat. Quāobrem si
Gabaonitis pro casis ciniibus pœnas quas ipsi uo-
luerint exigere permittat rex, fore ut placatus
Deus populum è præsenti calamitate eximat.
Quòd posteaquam ex prophetarū relatione com-
perium est, accisis Gabaonitis percontatus est,
quid à se peterent: qui cim septem è S.uli proge-
nie deposcerent ad suppl ciū, rex perquisitos eis
tradidit, Mēphibōsthō tamen Jonathā filio par-
cens. Eiis acceptis Gabaonite, ut libitū est in eos
animaduerterūt: confestimq; pluente Deo terra
posito squalore ad pristinam felicitatem rediit,
populusq; copia rerum ut antè fruebatur. Ali-
quāio post rex bello Palæstinos adortus, & præ-
lio cū eis cōgressus, dum uictos audiens persequi-
tur, ultra ceteros solus est longius prouectus. Tunc
iam laffalum cōspicit Aemon filius Araphi,
nous è gigantum sobole, indutus loricam cū culis
consertam

consertam, & lanceā gerens trecentos scelos pen-
 dentem, accinctusq; gladio, & conuersus ē fugā
 haud dubiē concessisset regem, ni Abislaus Iobā
 frater repente superueniens eum protexisset iam
 prostratū, & hostēm trucidasset. Quo regis peri-
 culo grauiter cōmotus est exercitus, & duces iu-
 reiurando eum deuinxerunt, ne in posterum cum
 alijs interesset p̄ælio, ne si proper fortitudinē &
 audaciam humanū aliquid ei contingere, popu-
 lus ea felicitate quam ex ipsius administratione
 percipiebat orbaretur. Cumq; post hanc pugnam
 Palæstini ad Gazaram urbem conuenissent, rex
 quam primū hoc cognouit, exercitum contra eos
 confessim ire iussit: in hac expeditione egregiam
 laudem ob p̄æclarā facinora edita meruit So-
 bacchis Cheitaeus, unus ē fortissimis Davidis mi-
 litibus: cōplures enim qui se de gigantum genere
 iactabant, & uiribus eximis insolescebat, orco
 tradidit, p̄cipiens autem uictorie quā tunc He-
 breus de hostē reportauit. Redintegrati busq;
 bellum Palæstinis, & nouo exercitu in eos missō
 à rege, optimè se gesse Nephatus cognatus i-
 psius: singulari enim certamine cū fortissimo Pa-
 lastinorum cōgressus, occiso illo effecit ut reliqui
 terga uerterent: multiq; hostiū in ea pugna sunt
 desiderati. Nec ita multo post rursum castramo-
 tati sunt ad quoddā oppidū non procul Hebreo-
 rum finibus: fuitq; in eo exercitu uir statura cu-
 bitorū sex: cui seni digni erāt in manibus ac pe-
 dibus.

dibus. Huic ex regis exercitu Ionathas, summa filius solus se opposuit, stratoq; aduersario maximum momentū ad uictoriam attulit, & ipse fortissimi urbi Luidem retulit: nā & hic barbarus oriundum se à g̃atibus iactabat. Hoc pralium cum gente fuit ultimū, non ausa postea se cōtra

^{a. Reg. 22.} Israēlus mouere. Ceterū David perfunditus iam bellis ac periculis, & in altissima pace degens, uario genere carminum odas & hymnos in honorem Dei composit, parum trimetro uersu, partim pentametro: instrumentisq; musicis cōpā ratis docuit Zenithis ad pulsū eoru laudes Dei decantare tam sabbatis diebus, quam in ceteris festiuitatibus: species autē instrumentorum ha fuere: Cimyra dicim chordis intenditur, & ple ētro pulsatur: Nabla duodecim sonos continet, sed digitis carpitur: cumq; his aderant & cymbala. arca, bene magna atq; lata: quod sanè de predicatorum instrumentorum natura, ne prorsus

^{a. Reg. 23.} ignorantur, dixisse sufficit. Porro rex fortissimos viros circa se habuit, sed maximè insignes preclaris facinoribus XXXVIII, quorū quinq; tantum uirutē cōmemorabo faciliter ex his de reliquis cōculatura: tales enim erāt hi qui possent uel regiones subigere, uel magnas gentes debellare. Primus Iffamus filius Achemai, qui non semel in aeiē hostiis irruens nō prius a cede abstatit, quā nongentios occideret. Post hunc Eleazarus filius Dodeiae, qui fuit cū rege in Arasamo: hic in quodam

dum prælio Isrælitis multitudine hostiū territis,
 & in fugam uersis, solus locū suū nō deseruit, &
 congressus cū hostibus multos interfecit, adeo ut
 cruento gladius eius ad dexterā adglutinaretur:
 quo uiso reuersi in præliū Isrælite cedētem iam
 hostē urgendo admirandam ac celebratā uicto
 riam resulerunt, Eleazarō sternente, uulgo uero
 militū prostratos spoliare. Tertius erat Ili filius
 Sebas: hic quoq; cum bello Palestino in loco qui
 Maxilla dicitur, acies ex aduerso constitissent,
 Hebrei que rursum territi loco cederent, solus in
 acie uicem hostiū se opposuit: & nō paucis letho
 datis, reliquos impressionē eius non sustinentes,
 & in sugā effusos infectatus est. Hac fuerunt fa
 cinora quæ hi tres in prælijs edidérunt. Eo uero
 tempore, quo rege Hierosolymis agente Palesti
 norū exercitus usq; ad urbē accessit, & dum ille
 consul urus Deū de bello, arcē ascēdit, in ea ual
 le castra metatus est, quæ x x. stadiorum spacio
 usq; Beihlema pertinet: dicēte ad amicos: O quā
 bonam aquā habemus in patria mea, maximè
 in cisterna portæ uicina: ò si quis eā michi affe
 ret, id certè mallem, quā multū argenti accipere:
 tres isti his audiis euangelio excurserunt, & cū
 per media hostium castra Beihlema peruenis
 sent, hanc tā aquā per eadem uiam ad regē sunt
 reuersi, autonitis audacia rāta barbaris, nec au
 sis paucitatem corū contēnre. Eam aquam rex
 bibere noluit, dicens periculo sanguinis emptam.
 & ob

dbus. Hunc ex regis exercitu Jonathas sume filius solus se opposuit, stratoq; aduersario maximum momentū ad victoriam attulit, & ipse fortissimi viri laudem retulit: nā & hic barbarus oriundum se à gigantibus iactabat. Hoc pralium cum gente fuit ultimū, non ausa postea se cōtra

z. Reg. 22. Israëlitas mouere. Ceterum David perfunditus iam bellis ac periculis, & in altissima pace degens, vario genere carminum odas & hymnos in honorē Dei compositus, partim trimetro versu, partim pentametro: instrumentisq; musicis cōparatis docuit Zenithis ad pulsū eorū laudes Dei decantare tam sabbatis diebus, quām in ceteris festiūtariis: species autē instrumentorum ha-
fuere: Cinnyrā dicim chordis intenditur, & ple-
etro pulsatur: Nable duodecim sonos continet,
sed dīgitis carpitur: cumq; his aderant & cym-
bala arca, bene magna aīq; lata: quod sane de
prædictorum instrumentorum natura, ne prorsus

z. Reg. 23. ignorentur, dixisse sufficit. Porro rex fortissimos viros circa se habuit, sed maximē insignes præclaris sacroribus XXXVIII, quorū quinq; tan-
tum virutē cōmemorabo facilis ex his de reliquis
cōiectura: tales enim erat hi qui possent uel re-
giones subigere, uel magnas gētes debellare. Pri-
mus Iosephus filius Achimae, qui non semel in
aīcē hostiū irruens nō prius à cēde abstatit, quā
nongentos occideret. Post hunc Eleazarus filius
Dodeiae, qui fuit cū rege in Arafamo: hic in quo-
dām

ðam prælio Isrælitis multitudine hostiū territis,
 & in fugam uersis, solus locū suū nō deseruit, &
 congressus cū hostiis multis interfecit, adeò ut
 cruore gladius eius ad dexterā adglutinaretur:
 quo uiso reuersi in præliū Isrælite cedētem iam
 hostiē urgendo admirandam ac celebratā uicto
 riā reculerunt, Eleazaro sternente, uulgo uero
 militū prostratos spoliātē. Tertiū erat Ili filius
 Sebas: hic quoq; cum bello Palestino in loco qui
 Maxilla dicitur, acies ex aduerso constitissent.
 Hebrei que rursum territi loco cederent, solus in
 aciei uicem hosti se opposuit: & nō paucis letho
 datis, reliquos impressionē eius non sublinentes,
 & in fugā effusos inseclatus est. Hac fuerunt fa
 cinora quæ hi tres in prælijs ediderunt. Eo uero
 tempore, quo rege Hierosolymis agente Palesti
 norū exercitus usq; ad urbē accessit, & dum ille
 consulurus Dcū de bello, aree ascēdit, in ea ual
 le castra metatus est, quæ x. stadiorum spacio
 usq; Beihlema pertinet: dicēte ad amicos: O quā
 bonam aquā habemus in patria mea, maximè
 in cisterna portæ uicina: o si quis eā mīhi affer
 ret, id certè mallem, quā multū argenti accipere:
 tres isti his auditis euestigio excurrerūt, & cū
 per media hostium castra Beihlema peruenis
 sent, huiusla aqua per eadēm uiam ad regē sunt
 reuersi, autonitis audacia rata barbaris, nec au
 sis paucitatem eorū contēnre. Eam aquam rex
 bibere noluit, dicens periculo sanguinis emptam.
 & ob

¶ ob hoc sibi non conuenire: sed Deo inde liba-
uir, gratias agens pro uirorū inçolumitate. Post
hos erat Ioabi frater Abisauis, qui una die D C.
hostes interemit. Quintus Banaias, genere sacer-
dos, hic prouocatus à duobus fratribus uirilie
inter Moabitas illistribus, utriūq; confecit. Rur-
sum ex prouocatione cū mira statura Aegyptio
certans, inermis cū armato, hastā ex ipsius ma-
nibus extorta hominē cōfodit: quo insignior fuit
uictoria, quod adhuc uiuēti adēpeis armis, prius
cū spol. auit, mox proprijs armis occidit. Est &
alijud eius facinus, quod iam diclis, quantum ad
animositatē uel præferri potest, uel certè conser-
ri. Quum enim ningeret, leo in quendam puteum
illapsus est: cuius os quod angustū esset, uidebat
breui fore ut id nisiibus opplereetur: atq; ita despe-
rato exitu, & salute rugire occēpit. Banaias
autē fortē fortuna iter faciens, accurrvit ad rugi-
sum bestia: & cū descendisset in puteū, repugnan-
tem iētu baculi quem gerebat exanimauit: Nec
deteriores uirtute fuerunt reliqui triginta tres.

XIIII. Ceterū David uolens cognoscere quātus mil-
lium numerus recenseri posset in populo, obliuus
præceptorū Moysis, qui predixerat quosies cen-
seretur populus in singula eius capita pēdendum
Deo semisiculum, insit Ioabum imperatorem ut
iret ad censum per agēdium: quo excusante, nihil
opus esse: nihil motus, coēgit sine mora ad impe-
rata exequēda proficiisci. Ioabus autē assūptis
ad hoc

ad hoc negotiū principibus tribuum & scribis,
obita tota Israēlitarū regione. & cognito quā-
ta esset populi multitudo, post nouē mēses & uī-
ginti dies Hierosolyma reuersus ad regē numerū
ei populi reddidit, absq; tribu Beniamitica, quā
nōdū ad cōfūm uocauerat, sicut nec Leuiticam.
Rex enim interim pœnituit, agnoscēs in Deū se
peccasse. Erat autē reliquorū Israēlitarū nume-
rus nōgentā milia, dūtaxat eorū qui ad militiā
essent idonei. In Iude uero tribu quadringēta mi-
lia cērebārū. Prophetis deinde referētib⁹ ad
Danide q; Deū offendisser, supplex orare cœpit,
ut propitius redditus facti huius daret ueniam.
Qui exoratus Gadū prophetā ad eū misit, tres
optiones offerētē, ut ex his quā mallet eligeret,
aut famē per septēniū duraturā, aut bellum per
tres mēses iniquo marte cū hoste gerēdū, aut pe-
stilentia per triduū inter Hebræos f. euiturā. Illo
uerò herente ac turbato propter difficultem inter
h.ec mala electionem, & propheta urgente ad
celerem responcionem, ut Deo renunciare pos-
set: rex cogitans quōd si famem peteret, sui
magis quam aliorum rationem habuisse uideri
posset: quandoquidem ipsi nihil periculi esset
malum frumenti in horreis habenti, illis non
item: quōd si per tres menses ab hoste uinci ele-
gisset, sic quoque sibi consuluisse, qui arcis &
fortissimam circa se cohortem haberet: optauit
malum regnabitibus & quē ac regnatis commu-

H ne, in:

ne, in quo omnibus per metus immunit: præfatus
melius esse incidere in manus Dei, quæ in manus
hostiū. Hæc ita ut audiuit propheta Deo renun-
ciante, pestilenta in Hebreos ingruit, ita ut ha-
rūs modis absumeretur, nec facile esset morbum
cognoscere. Mors enim una erat, sed plurimis
et incomptis causis homines rapiebat: aliis
enim post aliū afferebatur, et clanculum obre-
pens malum celeriter exitium afferebat. Quidā
enim repente cum uehementi dolore, et amaro
cruciatu animā exhalabat: alijs paulo lētiore ue-
xari malo, ne curationē quidem ferre poterant,
sed inter officia mūlticorū expirabant: alijs su-
bitō tenebris ob oculos oboreis, cui præfocati
exanimabantur: nōnulli interim di aliquē do-
mesticorū funerare, sepulchra nondū absoluta
cōmoriebantur: quo factū est ut à matutina ho-
ra usq; ad prandium hac pīste septuaginta mō-
lia hominū sint absumpta. iamq; genius a Deo
missus Hierosolyma petebat, eam quoque urbē
simili malo afflitturus. Tum rex saccum indu-
sus et humili prostrans, supplex orabat Deum
ut pestem sedaret, et iam mortuis contensus de-
cetero qui sceret. Mece has preces sublati oculis,
cernens genitum per aerem stricto gladio Hiero-
solyma petentem, exclamat ad Deum, se esse
pastorem pœna digni, ceterū greges nihil cō-
meruisse: effunderet iram in se, ac suam fami-
liam, et innocentī populo parceret. Deus autem
admissa supplicatione pestem repulit: missaq;

ad eū Gado propheta, mādauit ut cōf. Stim ascē
deret in area Orōnæ Iebusæi, & exstruēlo alta
vi, inibi sacrificaret. Qui mādatū hoc nō negle
xit, sed mox ad destinatum locum se coniulit.
Oronna uero circa triuoram frugum occupatus,
ut regem unā cum omnibus filiis accedintem ui
dit, occurrēs adorauit eum. Erat autem genere
quidē Iebusæus, sed inter præcipuos amicus Da
uidis, quæ causa fuit, ut capita urbe nihili lilli
molestum acciderit, quemadmodū supercius di
ximus. Hoc percōtante, quāobrē herus ad seruū
accederet: ait, se uelle aream eius emere, ut in ea
domino altare construeret, & sacra faceret,
At ille & aream, & aratra, & boves & ho
locautomata gratis largiri se dixit, precariq;
ut Deus libens ac propitius hoc sacrificium ad
mittat. Rex uero gratā sibi eius simplicitatē ac
magnanimitatē professus, uoluit ut pretiū accē
peret, iniquū enim esse de gratutis offerre sacri
ficiū. Oronna uero dicēte facturum sc̄ quicquid
rex uellet, aream hāc de eo quinquaginta s̄cūlīs
emis, exstruēloq; ibi altari, sacrificia & ho
locautomata super eo perfecit, & hostias pa
cificas obiulit: quo festo Deus placatus, pro
pitius ut antē est redditus. Erat autem is l. cus,
in quem olim Abrahamus filium ut holocau
toma saceret adduxerat, & cum iamiam ingu
landus esset puer, trics repente astans altari ap
paruerat, qui pueri uice fuerat mactatus, ut iā

antè scripsimus. David autem cùm animaduer-
 tisset se exauditū, & gratū fuisse sacrificiū, de-
 crevit totum illum locum altare uniuersi populi
 xiiii appellare, & Deo templum ibi ex adificari: quā
 eius uocem Deus in futurum ratam esse uoluit:
 mox enim propheta ad cū misso, illuc templū ex-
 struendum predixit à filio, quem regni successo-
 rem esset relicturus. Post hanc propheetiā ins-
 ist rex numerari inquilinos, & inuenta sunt eo-
 rum centum octuaginta milia: ex his cōstituit
 lapicidarum octuaginta milia, reliquos ad cōue-
 hendos lapides deputauit, ex quibus tria mi-
 lia & quingentos operariis praefecit: magnam
 quoq; uim ferri ac aeris ad horū operū usum cō-
 gessit, materiemq; cedrinam multā & praegran-
 dem, Tyrus & Sidonius hanc suppeditantibus,
 quibus huius copiam impetraverat: dicebatq;
 suis amicis, hec ideo se apparare, ut filio succe-
 suro materiam ad adificandum relinqueret, &
 nō tum demum eam comportare necesse habeat,
 adhuc per etatem rudis talium negotiorum, sed
 omnibus in promptu suis facile opus persoluat.

David sc̄i uente Solomonem filium suum
 regnum ausplicari uoluit. CAP. XI.

Accio deinde solomonī filio mandauit, ut
 quamprimum regnum adeptus esset, tem-
 plum Deo construeret, dicens se id uoluisse qui-
 dem, sed oraculo prohibitum, quod propter cre-
 brabella cruentus haberetur: prædicatumq; sibi
 id

id edificium à fatis destinatum filiorum natu
minimo, qui Solomon esset appellandus: quem nō
aliter quam filium patri, ipsi Deo cura futu
rum: atq; etiam totam Hebræorum regionē hoc
principe felicem fore: & inter cetera bona, id
quod omniū est potissimum, pacem habituram,
ut pote alienam non tantum ab extensis bellis,
ueru metiam ab intes̄linis seditionibus. Ergo
inquit, quandoquidē à Deo designatus es rex,
antequam natus, da operā ut alioquin etiam di
gnus sis eius prouidentia, pietatem colens, & iu
stitiam, atq; fortitudinem, & præcepta eius le
gesq; per Moyscm traditas obseruans, & ab
alijs eas uiolari non permittens: & insuper tem
plum quod te regnare strui sibi uoluit, cura ut si
cuit debes ei reddas, nihil deterius operis mæ
gnitudine: omnia enim ante obitum parata tibi
relinquā. Scito sane auri quidē collecta decem
milia, argenti uero talentorū centū milia: aris
item ac ferri tantum concessi, quantum uix nu
mero comprehendendi posſit: & ad hæc Lapidum ac
lignorum materiam copiosissimam. Habes præ
terea multa milia fabrorum lignariorum &
camentariorum: & si quid his defuerit, tu sup
plebis. Quapropter hoc opere absoluto carus
eris Deo, euinq; perpetuum protectorē habebis.
Post hæc adhortatus est principes populi, ut in
ea structura filii adiutarent, & securi de omni
bus aduersariis, cultui tantum diuino uaca

reni:percepuros enim pro hoc pacem & bonum ac legitimum reipublicae statum,qua pramia pysis ac iustis Deus solet reddere. Postquam autem absoluimus fuerit templum,ius sui areae in eo reponi,ceteramque sacrarum supplicium,cuius receptaculo iam pridem templi debuerat exstruiri,misi patres madatu Dei negligenter:qui praeciperat,ut quicquidem hostilem terra occupassent,templum illi exadficarent. Haec fucrunt Davidis adhortationes,rata ad filium,

XV. quae ad principes. Pragauit autem iam senio, & corpore per aetatem frigescente, alsofus factus est, ut ne in electis quidem multis stragulis calliceret: cumque ex communis medicorum consilio decretum esset,ut lectionis formosissimis totius regionis virginibus cum rege cubaret:hoc enim fore contra frigus remedium, sicut eum puerilla: inuicta est in urbe una semina omnium eius etatis pulcherrima. Abiit nomine, que cum rege cubitans, nihil aliud quam recalscierat cum:iam enim presenio ad uenientis res eligerat: sed de hac uirginis paulo post inciderat mizio. Ceterum quartus filius Davidis inuenis pulcher & magnus, ex uxore Aegistha ei natus, nomine Adonias. Abesalomo quod ad ambitionem attinet similius, de occupando regno cogitare coepit, & cum amicis egit ut sibi principatum deferrent: parauitque sibi currus multos & equos, & quinquaginta viros stipatores: id quod pacem uidens, nec ab inorganis eum, nec cōpescuit.

go

ac ne scitatus quidē est, quid sibi uellet talis apparatus. Adiutores autē habebat Adonias Ioabum imperatore & pōtificē Abiatharū. Soli autē conatibus eius resistebāt, pōtifex Sacerdos & propheta Nathā, & Banaeus prefectus satelliti, & semelis Davidis amicus, & manus fortissimorū. Porro Adonias paratus in suburbano epulis, ad fontē qui est in horiis regijs, & in uitatis illuc omnibus fratribus excepto solomone, assumpsit scū & imperatore Ioabū & Abiatharū & principes tribus Iudee. Eos uero, qui pōtificis & Nathani prophetae, & Banaei satelliti prefecti partium erat, ad hoc coniunctū non uocauit. Hoc solomonis matris Bethsabe propheta Nathā indicauit, Adoniam regnare insciēte Davide: suā sitq; ut iam propriae salutis, quā filij regno cōsulceret: ingressaq; ad Davide sola diceret ei: q; ipse quidem intrasse post se regnaturum solomonem, & ingenerim Adonias regnū occupasset. Hac loquenti cū rege se quoq; superueritrum propheta pollicitus est, & uerbis eius iestē futurū. Paruit Bethsabe, & regē adiūt. Quo adorato, impetrataq; dīcēdi copia, omnia sicut propheta submonuerat indicauit, exposuitq; ordine quē idmodi Adonias epuli adornauerit, & Abiatharū pōtificē Ioabūq; principē exercitus uocauerit, & filios regios absq; solomone ac iis necessarijs amicis: addebat etiā, totū populū suspensum expectare.

H + quem

quemā esset successore declaratus: ut cogitet ro-
gas, quod se defuncto mori necesse esset tā ipsam
quā Solomonem filium. Adhuc ea loquēte cu-
bicularij nunciant Nathanē uenisse ut regē ui-
seret: statimq; admissus percontabatur, nū hodie
regem declarat Adoniam, & principatiū suum
in illum trāsferat. Parato enim splendido con-
uiuio, uocatos ab eo filios eius omnes excepto So-
lomone, & prāter hos Iacobum imperatorē: hos
omnes suauiter epulantes cū plausu & alacrita-
te faustis acclamationibus perpetuum imperium
nono regi ominari. Sed neq; me, inquit, uocauit,
neq; Sadocum pontificē aut Baniaam satellitiō
tuo prāpositum: quare &quū est ut ab omnibus
sciatur, num hæc gerantur ex tua sentētia. His
auditus rex iubet acciri Bethsaben, excesserat
enim cubiculo propheta ueniēte: qua introgres-
sa: Iuro, inquit, tibi maximū Deū, regnaturum
tuum filiu, ut iam antē iurauī, cumq; in folio
meo fessurum, idq; hæc ipsa die. Ad que uerbā
cū mulier adorato rege longā ei uitā esset pre-
cata, Sadocū accersit pontificē, & Baniaā prae-
fētūm satellitiū: quibus mox uenientibus iubet
ut assumpio Nathane propheta & cohorte re-
gia, impositoq; filio ipsius Solomone in mulam
regiam, extra urbem illum deducerēt ad fontem
qui uocatur Gion, unctumq; sacro olco regem
declararēt. hoc autē munus Sadoco pontifici &
Nathani propheta iniunxit: mādauitq; ut in-
neclo

uecto per mediā urbem præcidente rubicine pro-
sequentium multitudo acclamaret. In æternum
Solomon rex in solio regio sedeat: ut notum fiat
uniuerso populo, regem eum à patre declaratū.
Solomoni herò præcepta imperadi dedit, ut iustè
ac piè præsit tum Iude tribui, tum uniuerso He-
breorū populo. Post hæc Eanias Deū Solomo-
ni propitiū fieri precatus, cū ceteris sine mora eū
in regiā mulam imponit, & deducitū extra urbē
ad fontem, oleoq; unctum, rursum in eā cū fau-
stis acclamationibus introducit, ut multos an-
nos ī hoc principatu feliciter exigat: moxq; ad-
ducitū in regiam in solio paterno collocant. Quo
facto populus totus ad cōiuia festinitatemq;
animū aduertit, choris & tibys sese oblectans,
ut præ cōcentu instrumentorū terra simul ac aer
resonaret. Vt uerò has uoces Adonias & eius
cōiuie audiueret, uehementer sunt perturbati, &
Ioabius imperator negauit sibi placere uel soni-
tum illi uel tubā. Cumq; nemo frueretur apposi-
tis, sed omnes cogitabūdi accūberet, accurrit ad
eos pōtificis Abiathari filius Ionaihas: & cū
Adonias libenter uifum iuuenient bonum nun-
ciū ominatus esset, ordine illis rem totam de So-
lomone & regis uoluntate exposuit: quo audito
proripiunt se omnes è coniuio, & suam quisq;
domum diffungiunt. Adonias autem ueritus ne
rex factum eius iniquo animo ferret, supplex ad
altare cōfugit, & hoc apprehensu se tutabatur.

H 5

Quod

Quod ubi ad Salomonem est perlatum, quodque
rogaret fidem sibi dari de obliuione huius iniu-
via, et securitate impunitatis: clementer simul ac
prudenter praeteriti quidē errati ueniam ei cōces-
sū, sed premonito ut caueret in posterum: alio-
quis si amplius aliquid nouare deprehēderetur,
ipsum sibi causam exitij futurū: misit deinde qui
illū ex asylo educerēt: qui cum uenisset, nouumq;
regem adorasset, iussit eum domum suā abire nō
hīl sollicitum, ac in relinquim curare, ut uir bo-
nus sit, quandoquidē hoc ipsi maximē expeditat.
David autem uolens eū totius populi regem de-
clarare, conuocat principes Hierosolyma, una
cum sacerdotibus ac Levitis. quibus recensuit
inuenit eorū qui trigesimum annum excedent
XXXVIII milia: ex quibus designauit cura-
tores adificij templi termille supra uiginis mi-
lia: iudices uero populi et scribas eorū sex mi-
lia: ianitorum uero domus Dei quatuor millia,
sancti undiq; eorum qui hymnos Deo canirent
et instrumentis musicis a Davide ut diximus
in hoc preparatis uerentur. His dimisit in co-
gnationes, et separatis a reliqua tribu sacerdoti-
bus, uigintiquatuor eorū cognationes inuenit: ex
Eleazari familia sexdecim, ex Iacobari octo:
instauratq; ut una cognatio ministraret Deo per
dies octo, à sabbato usq; sabbatū: atq; ita foris-
cio facta est omnium cognitionum in presentia
Danidis, et sadoci, ac Abiaihari pontificū, et
omniū

omniū principiū: & cuius prima pars exiit, descri-
 pta est cognatio prima, & post hanc secunda, dein
 cepsq; usq; uigesimam quartam: quaequidem di-
 uisio durat usq; nō hodiernū die. Leuiticā quoq;
 tribum in partes uigintiquatuor diuisit: & sor-
 titione facta, & illis quemadmodum sacerdoti-
 bus oīloni ministeriū dies obuenerūt. Principius
 autē honoros Moysis posteris est habitus. Consti-
 tuit enim eos custodes thesaurorum Dei, & do-
 miniorū quae reges solent dedicare. instituiq; ne
 uniuersa Leuitarum tribus & sacerdotes per
 suas quisq; uices interdiu noctuq; circa cultū di-
 uini numinis uerarētur, sicut oīm à Moysi præ-
 scriptū fuerat. Post hāc tot. uscopias in dodecim
 paries digesit, eisq; tribunos, ceteruriores & præfe-
 ctos assignauit: cōmebat queq; pars milia ui-
 gintiquatuor: holuiq; ut singula singulis mem-
 fibus stationem agerent circa regiā Solomonis,
 una cū tribunis suis ac ceterionibus: cuiq; suum
 duce præfecit, harū iustū & spectatae bonitatis.
 quin & thesauris & uiciis & agris, eorumq; cul-
 toribus, & armētis cū suis pastoribus præfectos
 attribuit, quos nominatim recensere necesse non
 habeo. Postquam autem omnia sicut diximus or-
 dinauit, aduocatus in concionem magistraribus
 Hebræorum & tribuum principibus, & duci-
 bus quos singulis exercitus sui partibus præpo-
 suerat, adhuc omnibus qui negotijs & facul-
 tatijs regis præcrant, e sugestu celsiore in
 hinc

hunc modum multitudinē est allocutus: Fratres
 & populares, notum uobis esse uolo, quod cū
 uoluiſſem templum exſtruere, multi auri cum in
 uſum & argenti centū miliā talentorum cōpa-
 rauī: sed Deus ipſe per prophetā Nathanē me
 uetuit, eo quod bellis que pro libertate uēstra
 ges̄i, dextram hostili cnuore contaminauerim,
 & filium meum regniq; ſuccellorē templum ſibi
 iuſſit exſtruere. Nunc igitur quandoquidē ſcitis
 quod etiam maiores noſtri Iacobi filij cū duodecim
 eſſent, Iudas tamen conſenſu omnium prin-
 cipatū obtinuit, & mihi cū ſex fratres eſſent,
 poſthabitis illis Deum ad me regnū detuliffe,
 nec eoruū quenquam id factum iniquè tuliffe: ita
 ego quoq; poſtulo, ut Solomone imperium confe-
 cuto, ceteri mei filij nec cōtra illum, nec inter ſe
 inuicem ſeditiones agitent: ſed ſcientes hunc di-
 uinitus electum, libenter eius dominio ſint subie-
 eti. Cū enim aequū ſit ſi Deus ita uel ex-
 ternos ferre dominos, quāto magis gratulari &
 fauere decet fratri, non ſecus quam eiusdem ho-
 noris particeps. Ego ſanē nihil magis in uotis
 habeo, quam ut promiſſiones Dei deducātur ad
 effectum, & felicitas que hanc regionē ſub So-
 lomonis regno manet, quamprimum totam eam
 occupet, & in perpetuū in ea duret. Quod qui-
 dem dubio procul ita futurum eſt, & omnia re-
 gna euuenient, ſi tu fili mi pietatis & iuſtitiae, pa-
 triarumq; legum cuſtodem geras: alioquin ſi ha-
 non

non seruentur, nihil nisi triste est expectandum.
 Hoc sermone finito inspectantibus omnibus solomoni tēpli descriptionē ac formā dedit, in qua fundamēta & celle tam inferiores quam superiores, earumq; numerus & quātitas ac capacitas designabatur: tum quo pondere quæq; ussa tam aurea quam argentea fieri deberent præfinuit, hortatusq; est eum ut summā diligentia ad hoc opus adhiberet: simulq; principes & tribum Leuiticā, ut eum adiuuarent, tum propter etatē nondum sat maturā, tum quia diuinitus & ad regnū esset electus, & ad templum edificandū. Quām quidem fabricā nequaquam fore difficilem, preparata per se iam antē materia, multis auri talentis, plurimis item argenti, et trabibus fabrorumq; ac camentariorū multitudine, & smaragdis alijsq; omnis generis gēmis. Postremo nunc se in hunc usum ex proprio fisco erogare alia tria millia talentorū auri purissimi, ad exornandū adytum & currum Dei cherubinos, quos oporteret supra arcā stare, eamq; protegere. Postquā autē David finem loquendi fecit, sc̄cuta est magna alacritas principū & sacerdotum, & tribus Leuiticā, de suo quoq; conferentiā, & multa liberaliter ac magnificè pollicentiū: obtulerunt enim se contributuros talentorum auri quinq; millia, & stateres dicē mille: argenii uero centum millia, ferri quoq; talentorum multa millia: & si cui lapillus aliquis erat pretiosus

preciosus, afferebat & tradebat in thesauros
reponendis: quorum cura praepositus erat unus e
Moysis posteris nomine Ialut. Eares magna uo
lupitiae affecit totum populum, & maxime David
misericordia principum ac sacerdotum, reliquorūq; omnium
promptitudine, elata uoce Deum laudauit, pa
terem ac conditoris huius universitatis appellin
tans, fabricatoremq; rerum tam humanarū quam
diuinarū, & praesidem ac gubernatorem generis
Hebreorum, eorumq; felicitatis & regni ab ipso
sibi cōmisi. Post haec precatus omni populo bo
nae omnia, priuatimq; filio mentē bona & iusta,
omniq; uirtute præditā: iussit ut populus quoq;
Deo laudes persolueret. Illi uero prostrati humi
Deum adorauerunt: uerū deinde ad Dauidem
pro omnibus ei bonis, quae ipso regnante percepe
rant, gratias eggerunt. Sequenti uero die sacrificia
sunt instaurata, mille uiteulis, mille arietibus,
mille agnis in holocausta oblatis, ad pacifica
quoq; sacrificia multis millibus uictimarū ma
ritis: & tota ea die rex una cum omni populo
festivitati operam dedit: Solomonq; denuo est
inunctus & legitimus rex declaratus: simulq;
Iadocus pontifex totius multitudinis designa
tus. Deducto deinde in regiam Solomone, & in
solio paterno collocato, ex ea die in posterum
obedientes ei fuerunt.

Mors Davidis, & quantum filio ad structuram
templi reliquerit.

C A P. XII.

Paulo

PAULÒ autem post DAVID accedente ad x vii.
 sc̄nium morbo, uidens iam instare sibi mor⁹. Reg. ea
 tem, accito solomone sic illum est affatus: Ego,
 fili⁹, fato uocante ad patres meos abeo, & uiam
 omnibus qui nunc sunt, qui' ne pōst erunt cōmu-
 nem ingredior: quam remetiri nō licebit, ne quid
 in hac uita geratur reuiscere. Quapropter uiues
 adhuc & morti uicinus iterū atq; iterum te mo-
 neo que & antē consului, ut iustus sis erga sub-
 ditos, & pius erga Deum qui te hoc regno co-
 honestauit: utq; custodias praecepta eius & le-
 ges, quas nobis per Noysem demisit: & caue ne
 uel gratia, uel assentatione, aut cupiditate, a-
 lia' ne affectione ad neglectum earum dilectus.
 Nequaquam enim Dei fauorē poturis retinere,
 nisi seruatis eius legibus, alioqui sua prouiden-
 tam à te auerteret. Quòd si talē te erga cū ex-
 hibueris, qualem decet, & quale optamus, effi-
 cies ut regnū in familia nostra maneat, & nul-
 la unquam alia domus præter nostram in He-
 breos dominationem obtineat. Memento etiam
 iniquitatis Iobī, qui propter amulationē duos
 duces iustos ac bonos intermit, Abencrū Nerb⁹
 filium, & Amasam filiū Ichranis, in eum tuo
 arburatu animaduertes, quandoquidem haecle-
 nus pœnā euasū, quòd m̄ ipso esset potētior. Cō-
 mendo tibi etiā Berz illi Ḡladit & filios, quos
 mea causa omni honore ac studio prosequēris, nō
 conservens in eos beneficium, sed referēs, pro offi-
 cijs qua

cūs quæ pater illorum in me exulem liberaliter congescit, & per quæ nos sibi debitores efficit. Præterea Gere filiū sc̄ meim Beniamitā, qui me pulsū multis affecit cōnitūs quādo Castrū petebam, moxq; ad Jordānē occurrens fidē incolūtatis tūc à me impetravit, nunc occasionem rationabilē nacl̄us punito. His mādatis filio de Repub. & amicis, & eis quos punitos uolebat, exspiravit, exactis septuaginta uitæ annis, postquam regnasset apud Hebronē tribui Iude impe ritans annos sepiē, & mēses sex, Hierosolymis uero uniuersae regionis rex annos triginta tres, uir optimus, & omnibus uirtutibus præditus, quas regē tot gentiū incolūtati prospicentē habere oportebat. Nam fortis erat ut nemo aliis, & in certaminibus pro subiectorum tutela susceptis primus se periculis obijciebat, exemplo suo nūlītē ad præclarā facinora excitās, & nō tanquā dominus pro imperio ad officiū cogens. Idem in cōsilijs prudentissimus, & egregie cal lens quid in præsens, qui sic in futurū cōduceret: adhac sobrius, mitis, benignus erga calamitosos, iustus, humanus, que quidē præcipue sunt regū uirtutes. Nec in tanta potestate unquam ab æquitate deflexit, nisi quod ad Urie uxorem attinet. Tāt̄us præterea dimitias hæredi reliquit, quāt̄us nullus alius rex uel Hebraorū uel aliorum gentium. Sepelinuit autē cum filius Solomon Hierosolymis magnificè, præter solemnia illa in regnum.

regum funeribus, in latus etiam in monumentum eius maximis dimitijs, quarum magnitudinem facile sit conicetare ex hoc quod dicimus. Nam post annos M C C C. Hyrcanus pontifex oppugnatus ab Antiocho, cognomine Pio, Demetrii filio, uolens pecunia ei dare, ut abducto exercitu obsidionem solueret, nec ualeat aliunde sumere, aperta cella monumeti Davidis, et prolatis inde tribus talentorum millibus, eorumque; parte Antiocho numerata, oppugnationis periculo se exemit, sicut et alibi indicauimus. Ac rursum post multos annos elapsos Herodes rex alia cella aperta magnam pecuniam sustulit: ad loculos tamen qui regum cineres continent, neuer eorum peruenit: singulari enim arte ita erat sub terram conditi, ut ab ingredientibus monumentum inueniri nequirent. Sed de his hactenus dixisse sufficit.

F. L. I O S E P H I A N-
T I Q V I T A T V M I V D.
LIBER VIII.

Quo Solomon regnum adeptus inimicos expulit. C. I.

De Danide igitur et eius uirute, quatorumque; bonorum suae genti autor fuerit, et quantis bellis feliciter gestis senio cōfessus deceperit, in proximo holmiae docimur. Ceterum posteaquam Solomon

eius filius, atque etiam cum iuuenis, regnum adeptus
 ex semetia patris & decreto diuini numinis in
 solo cōscedit, populus quidē totus, ut nouis regi-
 bus solet, faustis acclamationibus precatus est
 ei perpetuam rerum felicitatem, & post regnum
 bene administratum diuina seneclutē. Adonias
 uero qui etiam uiuente paire occupare conatus est
 regnum, accessit ad regis matrē, tamq; blandè sa-
 luit. Quā quarētē nū quid uenisset quod ope-
 ra sua opus haberet, omniaq; benignè pollicēte,
 orsus est dicere, ipsam quoq; nosse, quod tā at-
 ris praerogativa, quam populi cōsensu regnum sibi
 deberetur: sed quoniā Deo uisum sit id trāsferre
 in filium eius solomonē, sc quoq; libēter ferre il-
 lius dominationē, & contentū esse præsenti con-
 ditione. Rogauit deinde ut apud fratrem pro se in-
 tercederet, eiq; persuaderet, ut bona eius pace li-
 ceat sibi ducere. Abiit accepit cū patre cubare so-
 litam. Esse enim adhuc uirginē, q pater præ-
 senio cōgredi cum ea non ualuerit. Bethsabe uero
 promisit operam suam in hoc negotio, & de hoc
 coniugio bene eū sperare uoluit, tum q rex ultro
 fratri gratificari cuperet, tum q eō preces ma-
 tris essent accessuræ: atq; ita plenū spe hominem
 dimisit: moxq; ipsa ad filium properauit, collo-
 quuntura de eo quod Adonias petenti promise-
 rat. Cui cū rex occurrisset, cōplexuq; eam ex-
 cepisset, deducta in cubiculum in quo iam erat
 regia sella, sedis, insitq; alterā matris à dextris
ponit

poni. Quae postquam cōf. dit, vñā, inquit, gratiam
 fili petenti mīhi amue, neq; tuo renutu tristiorē
 facias. Respondit ille, iuberet quicquid uellet,
 piū enim esse, mācri quidlibet cōcedere: nec o-
 portuissē eam sic p̄fari, ac si negaturū suspi-
 caretur, sed certā impetrandi sp̄cū habere. Tum
 illa rogat, ut uirginē Abisacē Adonie fra-
 tri nuptū tradat. Si rex iratus dimisit matrē,
 dicēs Adoniā maiora moliri, mirariq; se quod
 non eadē operā postulareret, ut regnū ei tanquā
 natu grandiori cederet, quādo Abisacē coniu-
 gium expetat, habens amicos potentes, Ioabum
 imperatore copiarū & Abiatharū sacerdo-
 tem. Moxq; accito Banaia p̄ficio fūellitū,
 mandauit ei ut Adoniam fratrē interficeret.
 Vocato deinde Abiathro sacerdote, Te, in-
 quire, supplicio eximuit tum alijs labores acti cū
 meo patre, tum illud pr̄cipue, quod una cum co-
 arcā translūisti. Hac autem pœna tibi erit
 Adoniē parcer sequi, ut neq; hic maneas,
 neq; in conspectū meū uenias: sed abi in patriā
 tuam, & illic ruri uiue, atq; ibi usq; ad mortem
 dege, quādoquidem talia cōmisisti propter quæ
 indignus es ut honoribus fruaris. Ob hanc itaq;
 causam abletus est sacerdotalis honor à domo
 Ithamari, sicut Deus Eli predixerat auo Abiathari, &
 translatus est in genus Phineesis
 ad Sadocū. Ceterū eo tempore quo p̄ficiatus
 in Ithamari domo fuit, post Elim, p̄imum ex ea

I 2 familia.

familia pontificē, ex Phineesē gēte priuatam uitā egerūt hi: filius Iosephi pontificis Boccias, & huius Joachamus, Joachami uero Marcohthus, & Marcohthi Arophas, Arophesi Achitobus, cuius fuit Sadocus, qui primus Dauidē regnāte pōtifex est creatus. Porrò Iobus imperator audit a nece Adonie, ualde extimuit: eius enim amicitia magis quam regis coluerat, et ideo nō immerito male suspicās ad alterare cōfugit, impunitatē se inde quæsiurū existimans, propter notā regis erga Deū pietatem. Qui posteaquā de Ioabu renuntiatum est, misit Bandiam qui ciaret eū ad suum tribunal causam dicteturū. Iobus autē negabat se famū relieturū, sed ibi potius quam alias moriturū. Hoc eius respōso per Bandiam accepto, rex ius sit, ut inibi caput eius ita ut uellet abscideretur, & hanc pœnam lueret pro duobus imperatoribus, quos cōtra omne fas ac nefas peremperat. Corpus uero sepeliri, ut peccata eius apud posteros maneret, ipse uero ac pater innocētes essent quod ad Ioab mortē attinet. Bandias uero exsequuntus mādat, ipse in imperiū copiarū ei successit. Post hæc abrogato Abiatharo pōtificatu, rex solū Sadocum id sacerdotium obtinere uoluit. Semei deinde imperauit, domo Iherosolymis exstructa inibi apud se manere, interdicto Cedronis torrentis transiū: aut si secus fecerit esse capite multandū: nec cōtemnis intermissione, iureinrado homin

hominē ad id mandatū seruandū adegit. Semper
 uero professus sibi gratissimū hoc regiū māda-
 tum, & iuratus facturū se imperata patria re-
 licta Hierosolymis domicilium habuit. Triennio
 deī ex actō, cū audisset duos fugitiuos suos apud
 Gittā agere, retracturus eos illuc proficiscitur.
 Rex autē posteaquā intellexit eū unā cū illis re-
 uersum, agrē tulit nō præscriptū modō suū con-
 temprim habitū, sed sacramentum etiā Dei ui-
 latum: accitoq; mox, Nonne tu, inquit, iurasti te
 nunquā me derelicturū, neq; ex hac urbe in alia
 cōmeaturū? non euades pœnā periurij, uir pessi-
 me, sed lues etiā illa quæ olim per petulantiam in
 patrē meū electū es dībacchatus: ut scias quod
 nihil lucrētur nocētes, etiā si nō statim post pec-
 catū puniantur, sed per omne tēpus quo propter
 impunitatē securi sibi uidetur, crescit illorū pœ-
 na quam iamdudū sunt promeriti: atq; ita se-
 meim iussu regis Banaias interfecit. Solomon 11.
 autē sublati iam inimicis, regnoq; cōstabilito, 3. Reg. 3.
 Pharaonis Aegyptiorū regis filiā duxit uxori-
 rem: instauratisq; Hierosolymorū mœmbus ma-
 ioribus multo et munitoribus, in trāquillissima
 pace Rēpublicā deinde administrauit, nihil im-
 peditus iuuenili aetate, quo minus uel iustitia co-
 leret, & leges custodiret, uel mādata, quæ à pa-
 tre morituro acceperat, exsequeretur: sed non se-
 cus ac si grādis natu esset, maturāq; iam prudē-
 tia, omnibus rebus diligentissimè prospiciebat.

De sapientia solomonis & prudentia & diuitiis,
quodq; primus Hierosolymis templum ædifi-
cavit.

CAP. 1L

Visum est autem ei Hebronem petere, & su-
per altare æreum à Moysè fabricatū sa-
crificare, mille victimarum holocaustatis cæ-
lestī numini oblatis : qui honor Dco fuit acce-
ptissimus: illa ipsa enim nocte cum in somnis ei
conspiciendū se præbuisset, iussit eum postulare
quicquid donorū pro hac pietate repedi sibi cu-
peret: Solomon uero pulcherrimum quiddam ac
maximum petiit, quod & Deus libētissime lar-
gitur, & homini est utilissimum. Non enim au-
rum, aut argentum, aut alias id genus diuitias,
ut homo iuuenis petiit: nam hæc sola uulgo ho-
minum uidentur expereda, hæc sola diuina mu-
nificentia digna. Sed da mihi, inquit, domine
mentem sanam, & intellectū bonum, ut his ac-
ceptis populum hunc uerè ac iustè iudicare na-
tum. Hæc postulatione delectatus Deus, polli-
citus est se etiam alia que non petierat, additu-
rum, diuitias & gloriā: sed ante omnia talē in-
tellectū ac sapientiā, qualē antehac nemo ha-
buerit, uel regū, uel priuatorū. Adhæc conser-
uaturū regnū in eius familia per multas atates,
modò iustus esse pergaat, Deoq; per omnia parere
et paternis uestigüs incedere, præcipuas eius uir-
utes imitando. His diuinitus auditis solomon è
stratis se proripit, et adorato Deo Hierosolyma
est reuer.

est reversus: & mactatis ante tabernaculum plus
viris uictimis, epulū omnibus suis exhibuit. Per
eosdem dies iudicium ad eum delatum est arduum,
cuius exitum inuenire fuit difficile. Rcm autē con-
troversam de qua lis erat, necessarium duxi in-
dicare, ut qui hæc legint difficultatem discernen-
di intelligant: & si quando tale quippiam inci-
derit ad exemplar solertia regiae difficultatem di-
squirendi sibi comparent. Due mulieres quæstus
meretricij uenerunt ad eum. quarū altera quæ in-
iuriam pati uidebatur, sic est exorsa: Ego, Rex,
& mulier hæc habitamus in eodem cubiculo: ac-
cidit autē ut ambae eadem die, eademq; hora in-
fantes masculos pareremus: post triduum ista in-
xià cubanum suum infantem per somnum oppres-
sus, & sublato è meo gremio infante meo, mor-
tuum illum dormienti mihi in sinum imposuit:
illucescente die mammam præbere uolens infan-
ti, meum non inueni, sed istius mortuum uidi iuxta
me iacentē, id quod certissimis indicijs deprehendi:
& quia repetens meum filium nihil profeci,
ad tuum auxilium domine consugi: nā quia pro-
pter solitudinem nemo est qui coarguat, pertinaci-
ter quod meum est abnegat. Tum rex interrogat
alteram, ecquid habeat quod accusationi huius
opponat. Illa negante se hoc fecisse, & assueran-
te suum esse superstite infantem, alterius uero mor-
tuum: nemineq; inueniente quid decerni posset, sed
omnibus ne in re obscurissima cunctis solue-

Rex tale quiddam excogitauit. Ius sis afferrī infantibus, tam viuo quam mortuo, vocat quēdam è satellitibus, imperatq; ut striō gladio puerū virumq; secet in duas partes, quō utraq; dimidium accipiat tam viui quam mortui. Hanc sententiam totus populus tacite dānabat ut puerilem: sed interim cū uera mater exclamasset, non ita faciendum, scd potius alteri addicendum infantē: sibi enim sat esse si viuum uideat, etiam si alienus existimetur: altera uero parata esset, ex alieno dolore crudelē uoluptatem capere: animadueriens rex has postremas uoces non fngi, ei que exclamauerat infantē adiudicauit, quod hēc re uera mater esset: alterius uero malitia damnauit, quod & suum perdidisset, & amicas infantem perdere conaretur. Vsum est hoc populo insigne argumentū regiae prudentiae simul & sapientiae, & ex illa die non securus quā diuina men

3. Reg. 4. te prædicto obtemperabant. In tota autem sua ditione præfatos & duces habuit hos: Toparchias Bethleemis, quæ forē Ephrāi complectebatur, præerat Vres. Ea uero in qua Dora sunt & regio maritima, parebat Aminadabo Solomonis genero. Magnus campus erat sub Banaia filio Achili, cuius præfectura cōtributā erat & ea regio quæ usq; Jordānem pertinet. Galaditicam & Gaulaniticam usq; montem Libanū, urbesq; in eis sexaginta magnas ac bene munitas Gabarīs administrabat. Achinadabus Galilee

toti Sidonem usq; praerat, habens & ipse in matrimonio Solomonis filiam nomine Basimā, & a ritimam uero quae est circa Arcen Banacates obtingebat: Saphates Iabyrium mōtem & Carmelum, totamq; inferiore Galileam. Sube & Beniaminica diutio fuit commissa. Tabares regionem trans Iordanem sitam sub se habuit. & rursum his omnibus unus praerat princeps. Mirandum autem in modum per id tempus auctae sunt res Hebreorum, & tribus Iuda, populo ad agrorum colendorum studium conuerso. Pace enim potissimum nullis bellicis tumultibus distracti, ad hanc optatisima libertate audiē perfruentes, in hoc potissimum erant intenti, ut suas quisq; facultates augeret, & maioris precij faceret. Erat præterea regi alijs praefecti, qui Syrorū ceterorumq; barbarorum Euphratē inter & Aegypti incolentium gubernabant regiones, tributa ex eis colligendo. Hi barbari conferebant in quotidianos regiae mensē sumptuosimile coros triginta, farina sexaginta, sagittarios boues decem, & pascuales uiginti, & sagittarios agnos centum. præter capturas uenationum, quae constabant cervis ac bubalis, præterq; aues & pisces. Tantam etiam currū mulierudinem habebat, ut quadraginta millia præsepium numerarentur, in quibus equi iugales alabantur: & absq; his equitatus ei fuit duodecim nullum, quorū media pars Hierosolymis circa regem uerabatur, reliqui uero sparsim

I s per

per nullas regias degebant: & qui regis impensis
praerat, idem etiam equis necessaria suppedita-
bat, eò conuehendo ubiq; rex habitaret. Tanta
autē fuit sapientia & prudētia, quam Solomon
diuinitus acceperat, ut omnes priscos superaret,
atq; etiam Aegyptios, qui omnium sapiētissimis
habentur, longè post se relinquere. praecelebat
etiam eos qui per idem tempus in maxima op-
nione sapientiae fuerunt apud Hebreos, quorum
nomina non tacebo. Fuerunt autem hi: Atha-
nios, Aemamus, Chalceus, Dodanus, filij He-
mazonis. Composuit etiam libros Odarū & Car-
minum quinq; supra mille, & parabolicarum ac
similitudinum Libros ter mille: cui libet enim spe-
cifici plantarū suam adhibuit parabolam, ab hy-
sopo usq; cedrum: idem fecit de pecoribus &
ceteris terrestribus animātibus, natatilibusq;, &
quaē per aērem feruntur: nullius enim horum na-
turam ignoravit, aut inscrutatam reliquit: sed
circa omnes philosophatus est, & sciētiām pro-
prietatum carum summā p̄fē tulit. Quin &
eam rem diuinitus consecutus est ad utilitatem
& medelam hominū, quaē aduersus demones est
efficax. Incantationes enim cōposuit, quibus mor-
bi pelluntur: & coniurationū modos scriptos rel-
quit, quibus cedentes demones ita fugātur, ut in
posterū nunquam reverti audeat: atq; hoc san-
ctionis genus nūc usq; plurimum apud nostrates
pollet. Vidi enim ex popularibus meis quendam
Eleaz

*Eleazarū, in presentia V. sp̄asiani & filiorum
& tribunorum reliquorumq; militū, multos ar-
reptiios percurātē. Modus uero curationis erat
hic: Admoto naribus dēmoni acī anulo, sub cu-
iū sigillo inclusa erat radicis species à Solomone
indicata, ad eius olfactū per nasum exiraheba-
tur dēmonium: & collapsō mox homine, adiurā-
bat id ne amplius rediret, Solomonis interim men-
tionē faciens, & incantationes ab illo inuentas
recitans. Volens deinceps Eleazarus his qui aderant
ostendere sue artis efficaciam, non longe inde pa-
nebat poculum aut polubrū aqua plenū, impera-
batq; dēmonio hominem exēti ut his subuersis
signū daret spectantibus quod reliquisset homi-
num: quo factō nemini dubiū erat quanta fuisse
Solomonis scientia & sapientia: quamobrem li-
buit hoc quoq; narrare, ut omnibus nota sit exi-
mia regis huius natura, quamq; charus deo fue-
rit, & in omni genere virtutum excellētissimus.*

*Porrò Tyriorū rex Iromus audit⁹ quod Solomon;
patrī in regnū successisset, uehemēter est gauisus:
nam Danidis amicus fuerat, & per legatos sa-
lutaio gratularus est præsentem felicitatem: per
quos Solomon scripsit ad eū in hūc ferē modum.*

*Solomon Iromo regi. Scito patrem meum cum
noluisset edificare tēplum Dio, bellis assiduis im-
pediebat: neq; enim prius à subiugandis hostib⁹
destituit, quā omnes sibi tributarios reddiret. Ego
uero gratias habeo pro pace quanunc fruimur,
& præf*

Et præsentii otio decreui uti ad exstruendum
 cœlesti numini domicilium, id enim à me fa-
 bricandum, iam antè pairi meo Deus prædi-
 xit: quamobrem rogo, ut aliquos unà cum meis
 mittas in montem Libavum ad materiem cæden-
 dam: quandoquidem hanc artem Sidonij melius
 callent quam nostrates: mercedis autem quanta
 huicmodi operarijs persoluenda sit, te arbitrum
 facio. Eam epistolam Iromus libenter legit, so-
 lo moniq; in hunc modum rescripsit. Rex Iromus
 regi Solomoni. *Gratia Deo quod tibi paternum*
principatum tradidit, uiro sapienti & omni uir-
tutu genere prædicto. Quare cum nib; l mihi gra-
tius accidere potuerit, uoluntati tuae libens obse-
quar. Excisis enim multis & magnis trabibus
cedrinis atq; cyparis inis, per meos ad mare dedu-
cendas curabo: eosdemq; in bebo ut compactis ra-
tibus ad quemcunq; uolueris tuae regionis locum
eas appellat, unde post per tuos Hierosolyma de-
poventur. Tu uero hanc nobis gratiam repones,
ut exportandi ad nos frumenti potestate facias,
quo utpote insulares maximè indigemus. Edi-
runt lucrarum exemplaria hodieq; durant, tam
in nostris quam Tyrriorum annalibus: & si cui
liburie hac certius cognoscere, imperata à pu-
blicorū cōmentariorum conservatoribus usendi
copia, comperiet eorum scripta consonari cū his
quaæ à nobis produntur. Quod ideo admonui, ut
qui hac legunt, sciant nos nihil ueris affingere.
neq;

neq; uerisimilia quedam & ad delectationē accommoda narrationi nostrae interferere, atq; deinde postulare ut lector nihil amplius disquirendo fidē nobis habeat: quandoquidem in hac commentatione à decoro discedere absq; nefario scelere non licet: qua propter non recusamus quin scripta nostra recipiantur, nisi talia sunt ut eorum ueritas ualidissimis argumentis approbari possit. Ceterum Solomō rex acceptis regis Tyriorum literis, & facilitatē eius & benevolentiam collaudauit, & insuper quibus ipsum cupere intellexit, præmīs cum est remuneratus, frumenti annuos bus mille coros muti ēdo, & totidem olei basdos: badus autem capit sextarios LXXI. parvum quoq; uini modū illi exhibuit. Et ab his iniūiis amicitia regum horum exorta, maioribusq; incremētis aucta, in tantū adoleuit, ut in perpetuum firmā durauerit. Solomon autem à populo suo millia XX. operariorum exigit, prudenter inter eos operas partiuit, quò minus labor sentiretur. Decem enim millia ius sit in Libano syluam per mensim integrum cædere, ac deinde per duos alios domē interquiescere, dum reliqua uiginti millia suum opus absoluum, ita ut quarto demum mense labor ad primos illos decies mille rediret. His omnibus Adoramus est præpositus. Præter hos erat in opere inquilini illi quos David eō deslinuerat, conuictores faxorum cæteraque materiae LXXM, & camētarū LXXXM.

magist

magistriq; horum ter mille &c c. ijs mādatum
fuerat ut saxa praegrandia exciderent in usum
fundamentorum templi, eaq; in monte prius in
quadrūm dedolata, ita demum in urbem conue-
herent: idq; non modò indigenis, sed & missis ab

I I I. Iromō opificibus erat iniunctum. Exorsusq;
y. Reg. 6. est Solomon fabricam hanc anno regni sui quar-
to, secundo mense, quem Macedones artemisium
noscāt, Iar uero Hebræi, annis D X C. duobus post-
quam Israēlita ex Aegypto excesserant: nulle
& x x. annis post Abramī ex Mesopotā-
mena regione in Chanaanam migrationem: post
diluvium uero annis M C C C C X L. quod si ab
Adamo creato usq; templi edificationem tēp-
rum ratio subducatur, cōperientur anni M M M
C I I. Initium uero fabricādi tēpli in annum un-
decimum regni Iromi incidit, apud Tyrū regnan-
sis, quæ condita est C C X L. annis ante quam tem-
plum exstrueretur. Iecit igitur rex in altissimam
serra profunditatem fundamenta templi ē saxis
malidisimis, quæ contra omnem temporum iniu-
riam resistere possent, ita ut cum coniuga terra
coalita solum ac firmamentum imponendis sub-
structionibus præberent, & propter inconcussam
soliditatem facile molem edificij cum paratu or-
namentorum sumptuosissimo perferrent, non mi-
norem admirationem habitura, quam quæ su-
pernè ad ampliitudinem, pulchritudinem & ma-
gnificentiam operis per artifices elaborata sunt:
ex dñis

exstruxeruntq; illud usq; lacunar ex albo lapi-
 de. Huius adiscij altitudo fuit cubitorum sexae-
 ginta, & totidem longitudo, latitudo uero uiginti.
 Super hoc autem erat aliud adiscium pars
 mensura, ita ut tota altitudo templi centum ui-
 ginti cubitis constaret. uersum autem erat ad
 Orientem. Et porticus in aditu eius erat uiginti
 cubitorum longitudinis, iuxta mensuram latitu-
 dinis templi, lata cubitos decem, surgens in altum
 cubitis centum uiginti. In circuitu deinde templi
 construxit triginta cellas, que inter se constipate
 & externe parietes templi fulciebant. eratq; in-
 ser se peruiae. & patetabant singulae in longum ui-
 gintiquinq; cubitos ac totidem in latum, & ui-
 ginti cubuis attollabantur. Super has alia series
 cellarum erat exstructa, super quarursum alię,
 omnes inter se numero & amplitudine pares, ita
 ut coniuncte inserius adiscium aequaliter altitu-
 dine. Nam superius non erat circumadiscatum.
 fuerunt autem omnia cedro-coniecta. Et celle
 quidem suum quaq; tectum habebant, non pro-
 ximo contiguum reliquum ex longissimis trabi-
 bus erat consertum, ad utrumq; latus pertingen-
 tibus, ita ut ipsi parietes hoc pacto consubstanti
 firmiores redderentur. His trabis subnexa erat
 laquearia politissima, cælaturis & bracis au-
 reis ornata. Parietes etiam eedrinis tabulis au-
 ro illatis erant incrustati, ita ut omnia renide-
 rent auro, & invanis oculos fulgor undique
 occurrerent

occurrens perstringeret. Tota uero structura ex lapidibus polinis mis constitutus, ita ad unguem inter se quadratis, & commissuris oculos fallentibus, ut intuentibus nullum usquam mallei aut cuiuslibet fabrilis instrumenti vestigium appareret, sed connata potius omnia quam arte congesta uiderentur. Porro ascensum in superiore templi pariem sic commentus est rex, ut cochleam in hunc usum crassitudini parietis includeret. Hac enim pars non habebat ab oriente magnam ianuam ut inferior, sed a lateribus intrat parua hostiola: nec parum ad firmitatem conferabant tabule cedrine se inuicem complectentes, & crassis catenis inter se constrictae. Diviso deinde in duas partes fano, penetrare eius uiginti cubitorum nulli fecit accessibile, reliquum quadraginta cubitorum spaciun in usum sacerdotum consecravit: & in pariete adytum a reliquo corpore separante fores apposuit cedrinas, has quoq; calatas & inauratas. eas prætexuit uelis picturatisimis, hyacintho, purpura, coco, byssog; splendidissimo ac mollissimo distinctis. Post hæc in adyto uiginti cubitos quaqua uersum patente dedicauit duos cherubinos ex auro solido, utrumq; quinque cubitorum altitudine. uterque duas alas habebat ad quinque cubitos protensas. quapropter non longo seiuectos inter nullo statuit, ut una ala australem parietem attingerent, altera septentrionalem: reliqua due se se conting

contingentes in medio si tam arcam protegeret.
 Haec cherubicae effigies quānam specie fuerint,
 nemo uel cōcere potest uel eloqui. Pavimentum
 etiā templi constrauit laminis auris. Ianua de-
 dum sores altitudini parieis pro poriōne cōue-
 nientes addidit, latas cubitos uiginti, & auro
 illatas. Atq; ut cōpēdīo dīcā, nihil rā intus quā
 foris omisi, quod non inauraret. Oppansum est
 præterea aulū & huic ianua, simile illi quod
 interior ianua habuit. Ceterum porticus nihil
 tale habebat. Post hac Solomon accersiuit Tyro 3. Reg. 7.
 ab Iromo artificem nomine Chiramum, filium
 mulieris Nephthalitidis, patre Tyro ab Israēli-
 zis oriundo, operarium insignem in quauis mate-
 ria, sed præcipue in auro & argento ac are. Hu-
 iss opera usus est in omnibus quae artificiose in
 templo fieri soluit. Fecit duas colūnas areas cras-
 studine quatuor dignorum, altas dece & octo
 cubitos, quarū circumferentia duodecim cubitos
 complebat: his impositæ erant capitella su-
 filia liliata proceritate quinq; cubitorū, quibus
 circundata erant retiacula area quæ operiebant
 lilia, dependebantq; inde dñe series malorum
 punicorum ducentorū numero. Eas columnas po-
 suit in adiuu uestibuli, alteram à dextris nomi-
 natam iachin, alteram à sinistris nominatam
 boz. Fecit etiam uas aheneum fusile semiorbis
 specie, quod propter capacitatem appellatum est
 mare. Erat enim labrum patens per dimen-

tem lineam in cubitos decem, crastitudine palmarum, eius meditulum sustinebat arspira decies replicata, cuius dimetiens linea fuit cubitalis. Id labrum circulus habuit duodecim iuueni ad iras quatuor uictorum obuersi terni, quorum postica subsidebant ut eis orbiculari illud uas incumberet, in medio sui depresso. Capiebat autem hoc mare congiore tria millia. Fecit preterea laborum decem bases areas quadrangulare: harumque longitudine fuit cubitorum quinq; latitudine quatuor, altitudine triu: huius operis paries seorsim fabricatae sic compingebantur. Quatuor erant columella per totidem angulos dispositae quadrangule, quibus latera basium mirumq; inscrebantur: erant autem in hac triperteita, et inter iuncturas calaturis distincta, alibi leonis effigie, tauri alibi aut aquila. Columelle quoq; eisdem calaturis erant ornatae. Torum uero opus quatuor rotis suspendebatur, que fusiles erant, habebantq; modiolos et radios, sesquicubitali inter mirumq; extremitatē intervallo: eratq; mirū uidere rotarū circumferētias, quomodo lateribus basiū coaptatae cantis suis inscrebant. Angulos autem supernè continebant fusiles humeruli manuum extensarum: his impo sita erat spirā, cui labrum inscrebatur, ita ut manus sublimeri uideretur: qua parte effigies leonum et aquilarum sic erant adaptatae, ut connatas pueras, interuenientibus inter eas palmarum

marum arbusculis. *Siq;* hæc fuit decem basiū
ſtructura. Deinde ex eodem are fecit decem la-
bra rotunda copchæ ſpecie, quorum quodq; ca-
piebat congijs quadraginta: erat enim altitudo
quatuor cubitorum, & tamundem ſpatij pate-
bat inter margines. Ea labra decem illis baſi-
bus imposuit, quas mechenois ſua lingua appelle
labant: horum quinque ad ſinistrum latius tem-
pli ſeptenrionale collocauit, totidem ad dextrum
auſtrale, ita ut orientem ſpectarent: quo loco
etiam mare illud dedicauit. Omnibus deinde aqua
repletis, mare quidem in eū uſum aſignauit, ut
inde ſacerdotes templum ingredientes manus ac
pedes abluerent, ad altare aſcensuri: libra au-
tem ut eorum aqua purgarentur intestina ac
pedes animantium ad holocausta deſlinatorū.
Fabricauit etiam altare areum uiginti cubito-
rum longitudine, totidem latitudine, altitudine
decē, in quo holocausta incenderetur. Fecit
iū ūafa ciuiſ ex are omnia, libetes & amulas,
renaculi & harpagones, & reliqua, aurī ful-
gorē referentia. Mensas quoq; multas dedicauit
rex, & in hiſ una magnā aurea, in qua propon-
ebantur ſacri panes: reliqua non multo dete-
riores diuerso modo ſacta ſuſtinebant phialas
& pateras, aureas uigesies mille, argentearum
quadraginta millia. Cand. labrorum iucm fecit
decem mellia iuxta præceptum Moysis: ex qui-
bus unum in templo dedicauit, ut interdiu luceret

K. a. iuxta

juxta legē: & mensam unā impositos panes hā
bemē, sitā ad septenā ratione tēpli latus ex ad-
uerso candelabri: id enim ad australē latus col-
locauerat: mediū autē inter utrumq; locū obtine-
bat altare illud aureum. Hac omnia continebat
anterior illa tēpli pars quadraginta cubitos lō-
ga, & uelo dissipata ab adyto: illō enim arca
erat inferenda. Cantharorū autem uinariorum
ocluaginta millia rex cōparauit, & phialarū
aurearū millia decem, argentearum uero alterū
tantum. Lanicum iūem aurearum, ad offerendā
in eis similam maceratam ad altare, ocluagin-
ta millia, duplum uero argentearum. Cratera-
rum quoq; in quibus similam oleo subipebant,
sexaginta millia aurearum, & alterum tantū
argentearum. Mensurarum uero quales Moysi
hīn uocantur, & assaron, aurearū erant uiginti
millia, & duplicatus numerus argentearum.
Accerrā quoq; aurea & quibus odoramenta in tē-
plum inferri solent, erant numero uiginti millia:
& aliae, quibus deserebatur ignis a magno al-
tari in paruum inter templū situm, quinquagin-
ta millia. Paratae erant & sacerdotales vestes
in usum pontificum, annumeratis talaribus &
epomidibus atq; logio cū suis gēmis in uniuer-
sum mille. Corona uero in qua Moyses Dei no-
men inscripsit, unica fuit, & usq; in hodiernū
permāsit. Stolas autē sacerdotales ē byssō fieri en-
travit, cū decies mille zonis purpureis, & tuba-
rū

rum quales Moyses prescripsit C C M. Ne alias
 stolas byssimas Leuitis hymnorū cantoribus, nu-
 mero ducēta millia. Instrumentorū præterea mu-
 sicorū, quæ naula & cimyra vocantur, in usum
 hymnodiarū ex electro confecit quadringentā
 millia. Que omnia Solomon ad honorē Dei ma-
 gnifice paravit, nullis parcens sumptibus: sed
 omni liberalitate usus hac in thesauris Dei cō-
 didit. Circumdedit deinde tēplo septum quoddā
 trium cubitorū altitudine, quod nostra lingua
 gison vocamus, exclusurū profanā multitudinē,
 & solos sacerdotes admissurum. Extra hoc se-
 ptum erat fānum, porticibus magnis ac latis
 cinctum, & portis altis patens, quarum singula
 singulos uentos spectabant, & foribus auratis
 cludebātur: in hoc fānū cuilibet ē populo, puro
 modo ac casto, & præscriptorum legis obseruā-
 ti, accessus patebat. Dici autē non potest, ac uix
 etiā oculis credi, quā mirandum fuerit illud ex-
 terius fānū: nullibus enim explevis, tam profun-
 dis, ut ad prospectum oculi caligarent & agge-
 sta ad quadringentos cubitos terra, eam uertici
 montis in quo templi exstructum est aquāuit:
 atq; hoc modo factum est ut area fani cum solo
 tēplo & quaretur hanc cinxit duplicitibus portici-
 bus, quas colūna ē nativo saxo sustentabā. &
 laquearia cedro expolita regebant. Fores uero
 habebant omnes ex argento fabricatas. His III I.
 ta magnis ac pulchris operibus & donarijs se- 3. Reg. 8.

ptennio perfectis, non ad opulentiae modo, sed et
 celeritatis ostentationem: que enim atatem inte-
 gram hominis poscere uidetur, tam brevi si
 ad magnitudinem conseratur tempore erant abso-
 luta: Solomon rex per literas iussit magistratus
 ac seniores Hebraeorum totum populum Hierosoly-
 ma congregare, ad spectandum templum, et ad
 transferendam illuc arcam Deo sacratam: de-
 nuntiataq; omnibus profectione Hierosolymita-
 na, septimo dictum mense conuenerunt, qui no-
 stratibus est ihuri, Macedonibus hyperberetibus:
 incidiq; in idem tempus scenopedia, scutum apud
 Hebreos sanctissimum et maximum. Tollentes igi-
 tur arcam, et tabernaculum quod Moyses con-
 struxerat, et omnia uasa ad ministerium sacri-
 ficiorum Dei parata, transportauerunt in tem-
 plum: accesseruntq; illo cum uictimis iam rex
 quam universus populus ac Leuita, lib. minibus
 et multo hostiaru sanguine ui. im perfundentes,
 et infinitam uim odoramentorum adolescentes, ut
 circumquaq; totus aer suavitate repletus etiam
 longe remotis sentiretur, constanti omnium opi-
 nione, aduentare Deum ad inhabitandum reces-
 exstructum ac dedicatum sibi locum: nam neque
 hymnos canentibus, niq; choreis ducentibus, laf-
 situdo est oborta, dum ad templum peruenirent:
 atq; in hunc modum arca est translata. Quum
 uero iam in adytum inferri deberet, reliqua quidem
 multitudo abscessit, soli uero bainantes sacer-
 dotes

dotes inter duos cherubinos eam deposuerunt: que effigies coniunctis alarum excreverantibus (sic enim artifices eas fecerat) arcā uelut sub umbella aut cholo protegērunt: cōmībat hæc nihil aliud quam duas tabulas lapideas, quæ decem præcepit. Dei ore in mōte Sina produxerunt, insculpta eis conseruabantur. Candelabrum autem & mensam & altare aureū statuerunt in templo ante adyntum, eisdem locis in quibus in tabernaculo prius sita fuerant: ubi quotidianas hostias offerebant. Ceterum altare arcum pro foribus templi est possum, ut aperitis illis in conspectu esset sacrificiorum magnificèria, reliquum aerò uasorum instrumentum omne in unum congregatum, intra templum est repositum. Postquam autem omnibus quæ ad arcā attinabant ritè peralii sacerdotes sanctuarium exiuerunt, repente globus nebulae, non asper, nec qualis hiberno tempore granulos pluvia condensatur, sed diffusus ac tēperatus in tempore influxit: & primo sacerdotū uisum ut uix se hinc cernent obscurauit, deinde in omnibus eam cogitationem excitauit, quod Deus in tempore descendens, præsens ac libens hoc domicilium sibi optaret. His talia uolentiibus animo, rex qui tum forte sedebat, assurrexit: herbisque & se & Deo dignis calidæ numen est allocutus. Tu quidem, inquit, sempiternam domum habes domine, nec ignoramus te tibypsi hanc universi molam condidisse, quaæ caelo, aëre, terra

ex mari costat, quā totam implet, nec tamē ab
 ea caperis: hoc uero tēplū ideo tuo nomini ador-
 nauimus, ut in hoc sacrificijs ac precibus in cæ-
 lum missis tibi propitio litaremus, certò persuasi
 quod ex heic ades, et nusquam interim abes.
 Cū enim omnia uideas, audi. us omnia, nihil ob-
 stabit hæc ades quo mēius ubique te dignum
 est habites, à nemine alienus, et omnibus pro-
 ximus, præcipue his, qui te desiderat nocte dieq;
 præsens ac propius. His uocibus Deum, preca-
 turus, uocuit orationem ad populum, docens eos de
 potentia Dei simul et prouidentia. Hunc Da-
 uidi suo patri futura, quæq; sā euenerint, quæq;
 euentur a fint prædictisse: hunc ipsi nondum na-
 to nomen imposuisse, quo uocandus esset: quodq;
 paterni regni successor templum ei adificatus
 esset prænuntiassē. Ergo cūm naticinium magna
 ex parte euentu sit comprobatum, debere eos Deo
 laudes offerre cum gratiarum actione, et de
 promissionibus futura felicitatis nihil dubita-
 re, quibus iam nunc fidem adstruci conspicerent.
 His affatus multitudinem rex, rursum ad tem-
 plum uertit oculos, et extensa ad multitudinem
 dextera: Operibus quidē, inquit, impossibile est
 hominibus gratiam Deo pro acceptis beneficijs
 reddere. Nullus enim rei diuinū numen indiget,
 nimirum maius quam cui tales retributio[n]es
 conueniant: sed hoc uno quo nos ceteris anima-
 bilibus præstantiores holmisti, laudare nos maie-
 sticem

statē tuā decet, & pro his quibus familiā mēā
 atq; Hebræorū populū dignatus es, necesse est
 gratias agere. Quia cūm rem agis uel parū pro-
 pitiū placandus, uel in favore es retinēdus, quā
 uocē? quam ex aere hauritus, & per hunc rur-
 sum ascendere nouimus. Quapropter gratias ei-
 bi ago, primum quod patrem meum ex obscurō
 loco ad tantam gloriam euexisti: deinde quod
 mihi ipsi in præseniem diem omnia quæcunque
 promiseras præstisisti: precorq; ut in posterum
 largiaris que Deus hominibus caris largiri po-
 test, & familiam nostram in sempiternum au-
 geas, quemadmodū patri meo & uiuo & mor-
 tuo es pollicitus, quod apud nos regnum sit per-
 mansurum, & per innumerās successiones pro-
 pagandum. Hæc igitur nobis concede, simulq;
 meis omnibus virtutēs qua potissimū delectaris.
 Adhuc supplex oro, ut aliquid de tuo spiritu
 ad hoc tēplum incolendū deducas, ut nobis appa-
 reat, in terris quoque te degere. Alioquin tibi
 parū est domiciliū uniuersum hoc cali cōnexū,
 nedium hoc qualemq; tēplum. Tu tamē hoc ut
 proprium integrum scruato à uī hostiū, oro, &
 tanquam possessionis tuae curam gerito. Et si
 quando populus in peccatum prolapsus, ob hoc
 te affligere aut sterilitate terræ, aut pestilētia,
 similiue malo mulieratuō fuerit, qualib[us] in pie-
 tatis præuaricatores soles animaduertere: ac
 deinde affluens ad i[n] tuū templū supplex consu-

K 5 gerit,

gerit, salutē notis expertens: exaudi tanquā pra-sens, & miseratus eos ē calamitaribus eripe. Nec solis Hebreis errātibus hāc opem a te pre-cor: sed etiā si ab extremis orbis finibus aliqui uenerint, aut undecūq; profecti in hoc loco boni quippiā impetrare a te uoluerint, exoratus illis largire. Sic enim omnibus erit cūdens, quod & tu hāc adē apud nos tibi exsūrui uoluisti, & nos nec inhumani sumus, nec alienigenis iniqui, sed libēter ferimus te cōmanter omnibus tū opitula-torem esse, tum bonarū rerum omnium largitor-rem. Hæc locutus & pronus humi stratus, cūm aliquandiu adorauisset, surrexit, hostiarūq; ad altare adhibuit: quinq; id solidis uicīmis reple-uisset, litatum Deo manifesto argumēto cognouit. Ignis enim ex aere emicans, omnibusq; inspectātibus in altare delapsus, correptas uicīmas absumpsi: ad quod prodigiū populus haud dubiam coniecluram fecit, in eo templo numen esse habitarum & prægaudio procidens in solū, unanimiter adorauit. Rex autē ad laudes Dei uersus, multitudinem ad idem hortabatur, quandoquidem signa uidissent eius beneuolēti: precandum admonens, ut perpetuō rāclm se ex-hibeat, & mentē eorū puram ab omni peccati labore custodiat in iustitia & religione, quo pos-simi præcepta per Moysēm diuinitus traditā cō-flanter obseruare. Sic enim fore genus Hebræo-rum felicissimum omnium, & ceteris morali-
bus

bus longè beatius. Simulq; iubebat eos memini-
 nisse, q; quibus artibus parauissent tanta bona,
 eisdem & hac recenturi essent, & alia maiora
 atque cumulationora quæsiri. Neq; enim aliud
 existimandum, quæm iustitia ac pietatis merito
 hac illis contigisse esse autē facilius parare que-
 desint, quam parta rueri, & cauere ne ulli de-
 trimentum admittatur. His affariis multitudine
 rex concionem dimisit, sacris primū factis tam
 pro se, quam pro populo: maestanitq; uulorum
 duodecim millia, agnorum cemētū & niginti mil-
 lia: nārum primum templum uictimaruī cruore
 imbuitum est. & omnes Hebrei cum liberis ac
 uxoribus epulo sunt excepti. Præterea scenope-
 gia festum ante templum splendide ac magni-
 ficè rex per quatuordecim dies celebravit cum
 uniuerso populo epulatus. Peractis autem his
 omnibus, & nullo pietatis officio prætermisso,
 dimisi sunt suam quisque domum, actis prius
 regi gratijs, pro bene curata republica, & pro
 santis operibus absolutis, precatijs ut eis omni-
 potens Deus in longū tēpus solomone rege frui
 cōcederet. Faciuit autē iter gaudētes ac gestiē-
 tes, hymnosq; sacros canētes, ita ut præ gaudio
 nullū uit. & tedium in reverendo sentiret. Ceterū il-
 lata in tēpli arca, & spectaculo tā elegatis &
 ampli adificij publicè exhibito, festisq; diebus in
 ter sacra & epulas exactis, cū iā singuli ad suas
 urbes essent reuersi, rex in somnis est admonitus,

gratium

gratū Deo suisse eius sacrificiū, & uota exaudita esse: quodq; seruaturus esset suum templum,
 & semper inhabitatus, donec ipsius posteri cū
 subiecto populo iustitiam tolerent: in primisq;
 ipsum si à paternis praeceptis nusquam discederet,
 ad summum felicitatis fastigium uehendum, &
 genus eius per continuas successiones ei regio-
 ni præfuturū, nec unquam ē Iudea tribu regē de-
 fore. Quod si prodito & obliuioni traduo pie-
 tatis studio, ad extermarum religionum ritus se
 trāsferret, radicitus eum excidendū: & neq; ge-
 neris ipsius reliquias mansuras, neq; Israëlitas
 calamitatē cauasuros: sed bellis & alijs innume-
 ris cladibus afflitos, & ē patrio solo extores,
 peregrè apud exteras gentes oberratiuros. Tem-
 plum uero quod tum recens exstructū esset, Dei
 permissione à barbaris direptum atq; incensum
 iri, urbe insuper hostili manu diruta: ita ut ubiq;
 sparso eāru calamitatū rumore, & multis ob-
 earum magnitudinē agre credentibus, fmitimi
 demiraturi sint, & interrogaturi, qua de causa
 Hebræi in tātam nunc indignationē incidissent,
 quum anteā eius ope ad maximas diuitias, ma-
 ximamq; gloriā essent euēlti. Quibus reliquias
 gentis responsuras, quod propter peccata sua &
 patriarcharum legum prævaricationem hæc omnia
 contigissent. Hæc illi per somniū denuntiat a sa-
 v. cræ literæ continent. Absoluta autem tem-
 pli fabrica, quæ septēmio, ut dictum est, durauit,
 regia

regiae strucluram est aggressus, quam uix ter-
tiodecimo anno consummavit: neq; enim tantam
curam huic operi, quantā adificando tēplō im-
pendit. Sed illud quidem amplius licet. & plus
quam credi posset celebre, cooperanti Deo intra-
iam diēlum tempus perfectum est: regia uero tam-
en si multum magnificētia templi cedret, quod
neq; materia eius tanto ante preparata fuisset.
& regi nō Deo strueretur domiciliū, eò tardius
ad finem est perducta. Et hæc tamen pro digni-
tate fortunarum regis ac gentis est ex adifica-
ta. Operæ pretium autem fuerit rotū eius ordinē
ac dispositionem indicasse, ut ex eius descriptio-
ne totam amplitudinem lector colligere ac con-
siderare posset. Basilica erat magna & pul-
chra, multis columnis suffulta, quā ad causas fo-
renses agitandas, & lites decernendas condidit,
capacē multitudinis qua eò ius peieret, longam
cubitos centum, latam quinquaginta, alia tri-
ginta: hanc sexdecim columnæ quadrāgula su-
stinebant, rectam opere Corinthiaco, additis pa-
rilibus postibus cum ualuis calatis ad ornamen-
tum loci simul & munimentū. In eius medio fuit
aedes alia, quadrata, lata triginta cubitos, co-
lumnis ualidis suffulta: & in ea tribunal ma-
gnificū, ubi Rex iuria solubat reddere. Huic adi-
ficio cōiuncta erat domus in usum reginæ saltarioris
& alia aula quō se negotijs peractis anima
causa conferebant, omnes cedrinis tabulis con-
stratae;

stratae: partim saxo quadrato decemcubitale
 constructae, partim ita ut solent regiae uel tem-
 plae, incrustatae pretioso marmore, quod è locis
 eo nomine celeribus apportatur. Et tribus
 quidem ordinibus auleis Babylonicas praetex-
 banier: quartus uero sculptrum admirabile ar-
 tificium ostentabat, in quo effigie erant uariae
 arborum ac plantarum species, frondibus &
 folijs tantæ subtilitate expressis, ut agitari quo-
 dàmodo uiderentur. Reliquum uero quod supererat
 usq; ad lacunar opere albario rectum, & discolo-
 ribus picturis erat uarietatum. Preter hæc erant
 & alia cubicula ad uoluptatem facta, & por-
 ticus ad ornatum regiae logissimæ, in quibus splen-
 didissima triclinia reserta auro, ut que aureas
 supellechis ad omne regij coniunctum ministerium erat
 instructissima. Difficile est enumerare amplitu-
 dinem ac uarietatem aularum, tam maiorum quam
 mediocriū, tum que sub terra latebant, que ue in
 aërem elegantissem attollebantur. In summa to-
 sum adficiuntur è marmore caddo & cedro, &
 auro atq; argento constabat: dispositis per parie-
 tes & laquearia uariis lapillis auro inclusis,
 qui admodum & in ornatus templi factum fuerat.
 Quin & ex ebore factum erat prægrande solium
 exaltatum, specie iusbinalis, quod sex gradibus a-
 scendebatur, in quorum singulis in extremitatibus
 leonum effigies erant impositæ, totidē alijs superne
 immunitibus: qua uero parte rex insidiabat, ma-
 nuum effi

num effigies eū excipiēbat: & quā reclinabatur, dimidiatus erat iuēcū tergū suū respiciēt: rotumq; tribunal auro coagmentatū erat. Hac opera Solomon uiginti annis perfecit, conferente magna auri uim, maiore argēti Iromō Tyriorū rege, & præter hæc cedri atq; pinus materiem. Sed & ipse maximis donis Iromū est remuneratus, singulis annis frumentū ei mittēs & uinum atq; oīū, quibus maximè opus habebat, ut diximus, eo quod insula incoleret. Præterea Galilea oppida numero uiginti non procul à Tyro disiit ei donauit: quæ cū ille perlustrata satis considerasset, et nō ualde probasset, renuntiari iussit Solomoni, sibi nō esse opus eis oppidis: & ex ea terra Chaba on est appellata, uoce Phœnicū lingua id quod displacet significat. Quæstiones etia enigmaticas Tyrius rex ad Solomōnē trāmisit, rogans ut eas explicaret & dubitationē sibi omne eximeret. At illi calles huinsmodi rerum ac natura prudentissimus, nihil in explicatione rlinquebat: sed omnia ratione peruincent, & perscrutatus eorū intellectu, aperiissimè declarabat. Remunit horū duorū regū & Menander, qui è Phœnicū lingua annales Tyriorū in Græci sermonē est interpretatus, in hunc modum scribens: Defuncto Abibalo, successit in regno filius Iromus, qui uixit annos quinquaginta tres, et regnuit annos XXXIIII. h/c agessit ad insulā agrā qui dicitur amplius, & auream

auream columnā in Ionis delubro dedicauit: idē
 materiē multā in monte Libano excidū ad con-
 tegēda templā, & demolitus antiqua uestigia.
 Herculi et Astartae noua instaurauit: primusq;
 Herculiflatuā crexit mēse peritio. Deinde ex-
 peditione cōtra Eryeos suscepīa, quod debuit tri-
 buta nō persolveret, sub aëlis illis uictor eſt domū
 reuerſus. Huius cōporibus erat Abdemonus a-
 dolescēs, qui problemata à Solomone Hierosoly-
 morum rege in iumenta dissoluebat. Meminit &
 Deus sic scribens. Abibalo defuncto filius eius
 Iromus regnū exceptit. Is orientalē urbis partem
 aggeribus auxit, et eo pacto pomœriæ protulit:
 templū quoq; Iouis Olympij, quod antē separatiū
 erat, medio spatio replete aggeribus cū urbe con-
 iunxit, et aureis donarijs ornauit: cōſecrō deinde
 Libano materiē ad ſtructurā templorū cōcidit.
 Additq; Solomonē Hierosolymorū rige ad hūc
 Iromū enigmata misisse, ſolutionē eorū poſtu-
 lantē: quod cū ille non ualueret, magna pecunia
 mulctatū eſſe. Deinde per Abdemonē quendā
 uirū Tyriū proposita explicuiffe, & ipſum alia
 proposuiffe: in quibus ſoluendis cum Solomon
 hereret, maiorem etiam pecuniam cum illi re-
 misſe. Et Deus quidē ita ſcribit. Ceterū rex
 cū uideret moenia Hierosolymorū turribus &
 propugnaculis ad ſecuritatē egere, nec ea digni-
 tati urbis facis respondere, & muros inſtaura-
 vī. uit, & turres magnas in eis crexit. Condidit
 etiam

etiam urbes uel præcipuis annumeradus. Asforum & Magedonem. & tertiam Gazara Palæstine urbem, quā Pharaor ex Aegypti bello aggressus expugnauerat, occisisq; ad unū habitatoribus diruerat, ac deinde filia sue solomoni nuptiæ dono dederat: quamobrē denuo rex eā ex ædificauit, q; effet natura munera, & ad bellā rerumq; nonitatis opportunitā. Nec procul inde alias duas urbes cōdidit, quarū altera Betachora, altera Baleith uocabatur: neenō & alias ad secessus uoluptarios aptas ob aëris temperie fructuumq; ubertatē, & perennibus aquis irriguas. Ingressus deinde in descriū quod est super Syriam, eiusq; regionis potitus, urbe ibi maximam condidit, duorū dierum itinere à superiore Syria distante, ab Euphrate uero unius: ad magnam autem Babylonē inde sex dierū uia pro tendebatur. Quare autē à reliquis cultæ Syria partibus hæc urbs tam procul habitetur, causa est hæc, quod mediterranea per descriū petentibus, ibi demum fontes ac putei reperiuntur. Hæc igitur urbe exstructa, & mœnibus ualidissimis cincta, Thadamorā eam appellauit, quo nomine etiam nunc à Syris uocatur. Graci Palmiram nominant. Atq; hæc fuerūt per id tempus Solomonis opera. Nunc quoniam uideo multis querere, qui factum sit, ut omnes Aegyptiorum reges à Minso illo qui Mēphîn condidit, quiq; multis annis auctum nostrū Abramatum præcessit

cessit, usq; ad Solomonis tempora, per mille trecentos & amplius annos Pharaones dicti sunt, à quodam rege nomine desumpto: opere pretium existimo eorum ignorantiae mederi, & manifestam huius appellationis causam reddere. Pharaeo regem Aegyptiū sonat. Opinor autē ipsos à pueritia nominibus alijs discretos, quū primū reges creati fuerint, potestatis eius nomine patria lingue uernaculum assamere. Nam & Alexandrini reges alijs prius nominibus vocati, post assumptū regnū vocati sunt Ptolcmæi à primo eius urbis rege: & Romanorū imperatores alioquin gentilia nomina habentes, Cæsares appellatur, principatus et honoris vocabulo, posthabito illo priore quod à parentibus hereditarium in eos demanauit. Et hinc est, ni fallor, qd Herodotus Halicarnasseus cū cccxx. reges post Asinæum Memphis conditoris deinceps successisse dixerit, nomina eorum non recensuit, quia Pharaones vocati sunt omnes. Cū enim post hos mulier imperiū arripuisse, nomine eius ponit Nicanor: nimis ea de causa, quod soli mares huius appellationis essent capaces, & nō etiā sœminæ, oportuit peculiare ipsius nomine dicere. Ego uero in nostræ gentis cōmentarij reperi, qd post Solomonis sacerdoti Pharaonē, nemo Aegyptiorum regū amplius hoc nomine sit vocatus: & quod post illum uenerit ad Solomonē iam dicta mulier, quæ tunc Aegypti simul ac Aethiopia regnum

regnū obtinebat. Sed de hac paulo pōst dicemus: nunc uero ideo h̄ce memorāt, ut ostenderē nostros libros & Aegyptiorū in multis cōsentire. Solomon autē rex reliquias Chananaorum que Libanū montem usq; ad urbē Amathē colabant, & imperiū eius detraebant, sub ditionē suam redactas tributa pēdere coēgit, et per singulos annos certum numerū seruorū & colonorum, qui per agros distribuerentur, exegit. Hebraorum enim nemo ad similes operas adigebatur: nec erat aequū, ut cūm tam multas gentes Deus sub eorum imperium subdidisset, ex his potius quam deuictis eiusmodi conditionis homines censeretur: sed omnes arma, & currus, atq; equos, & rem militare tractare malabant. Chananeus uero quos ad seruitutē abduxit, sexaginos praefectos proposuit, qui procuratores essent regi. & sua cuiq; opera atq; negotia praescribērent. Quin et classēm rex in Aegyptio sūtu adificauit, in quodam loco ad mare rubrū, qui nominatur Aſſiongaber. Hic nūc Berenice uocatur, nō procul ab Elma urbe, qua regio cum in Hebraorū ditione cōſebatur. Et in hac quoq; classe munificentia Iromi regis amici fuit usui. Viros enim gubernatores & nautica rei peritos ei misit quotquot uobuit, qui nauigantes cum regi procuratoribus in regionem India, olim Sopiram, nūc Auream terram nominatā, aurum illi adferrent: hi collatis circiter quadrin-

gentis.

9. Reg. 10. gentis taleis retro ad regē sunt reuersi. Interim
 ad Aegypti & Ethiopiāq; reginam, mulierem
 sapientiae studiosam, & cetera quoq; egregiā,
 Salomonis uirtutum ac sapientiae fama delata,
 cupiditas eam incessit corām hominē uisendi:
 sic enim fore ut experimento, non rumoribus cre-
 deret, qui se penumero falsi eo quod totū à fide
 renuntiantiū pendeant, paulo post cuā scūt: de-
 creuitq; suscepia longinqua peregrinatione il-
 lius sapientia perfaci, & de rebus arduis cū eo
 differere. Vnit igitur Hierosolyma splēdido &
 opulento paratu, adducebat enim s. cū came-
 los onustos auro & uarijs aromatibus lapillisq;
 pretiosis. Rex uero honorifcentissimè exceptam,
 & in ceteris comiter ac liberaliter habuit. &
 propositiones illius pro sua prudentia facile ex-
 plicans, opinione ciuius dissoluebat. Si illa stu-
 pebat ad regis sapientiā, tanto maiore experia
 quam audicerat magisq; etiā admirabatur re-
 giam tam elegantem ac magnificā, & tam belle
 dispositum edificiorū ordinē, quod hic quoq; in-
 genium regis contemplaretur. Sed nihil magis
 mirata est quam aula, cui cognomē Saltus Li-
 bani, & quotidianos coniuiorū sumptus tam
 dampfiles, apparatumq; ministerij: nam & cultu
 erat decennissimo, & per quā scitè omnia mini-
 strabat. Nec minor fuit admiratio dū quotidiana
 sacrificia uideret, quam aq; cura et religione
 sacerdotes ac Leuita circa ea uersarentur. Et ac
 quod idie

quotidie contemplando uichementer admirabatur, id quod nec dissimulare potuit, sed apud regem ingenuè fassa est. quantum opere huinsmodi spe et aculis afficeretur. Omnia, inquit, rex, qua auditu percipiuntur cunctantius credere solemus: sed de tuis bonis, que uel intra te sunt repositae, sapientia uidelicet ac prudentia, uel tam amplum regnum tibi suppeditat, non uana fama ad nos perlat a est: sed quium esset uera, non respondeisse tamen eam tuae felicitati nunc presens uideo. Quamuis enim auribus persuadere conabatur, non potuit tamen res ita pro dignitate representare, sicut nūc oculis nostris subiiciuntur. De me quidem fatendum est, quod cum de fide eius hæsitasse, ne foriè aliquid assingeret, nunc longè maiora eis conspexi. Multi tanta felicitate Hebrei, multi amici ac familiares tui, quibus perpetuo sapientia tua frui datum est. Laudandus Deus qui regionem hanc & habituores eius adeò dilexit, ut te regem eis præficeret. Nec contenta herbis indicasse quam regem faceret, etiam muneribus suū erga illum obseruantiam testari uoluit. Virginitatem auri talenta ei donauit, & aromatum uim magnæ estimacionis, lapillorumq; preciosissimoru. Siue etiam quod balsami plantæ, cuius bōdieq; serax est nostra regio, illius regne munificētia ferri acceptā oporteat. Nec minor a fuere quæ ipsa à rege recepit, optione etiam illi permissa nihil enim rogāti.

negotiū est, sed libētius quā illi petere largiens,
 insignē p̄f se tulit liberalitatē. Atq; ita Ac-
 gyptiorū regina datis simul et acceptis ampli-
 VI 1. simis muneribus in patriū solū reuertitur. Per
 idē tēpus allatis ex Aurea (sicut uocat) terra
 gēmis & lignis pineis, ex hac materie rex ful-
 cre tēpli ac regia fecit, eiucq; parte usus est ad
 instrumēta musica, cimyras & nabla, quibus
 Leuita diuinos hymnos salent accinere: nunquā
 enim antehac tā elegans apportata fuerat. Sed
 nemo sic cogite, quae nūc pinea & ligna uocantur,
 quae ue ad alliciēdos emptores hac appellatione
 mangonizant negotiatores, illis esse similia: illa
 enim aspectu fculn. i materiē refrūt, nisi q̄ can-
 didiora sunt, & fulgentiora: id quod admonere
 officiū nostri duximus, ne quis per ignorantiā in
 his discernēdis fallatur, quādoquidē res solomo-
 nis in huius matcriet mentionē nos induxerit.
 Eadē classis attulit regi aurī talēta D.C.L x-
 v. 1. non annumerato quod priuatim negotiatio-
 res mercati sunt, ncc eo quod toparchae & reges
 Arabiae dono illi miserūt. Ex eo fecit ducenta
 scuta fusilia singula sexcētios scelos pēdētia, &
 treccētios clypeos, quorum singuli treccētas minas
 pēderēt: atq; hcc omnia in aula Saltus Libani
 uocata reposuit. Sed & pocula ex auro solidō
 parauit, & ē lapide pretiosa, in usum coniuij
 singulari arte fabrefacta, reliquaq; omnē sapel
 lectile regiā ex auro fieri curauit. Nullum enim
 tum

rum argento in commerciis erat precium. Multa
enim nauigia rex in mari quod vocatur Tarsicū
habuit, que ad remotas gentes merces varias de-
ferre iussit, pro quibus exportatis aurum & ar-
gentum regi referebāt, multumq; eboris, & man-
cipia Aethiopica & simias. Ea nauigatio in
itu ac reditu triennium integrū absumebat. Fa-
ma etiam celeberrima per omnes circū quaque re-
giones de Solomonis virtutibus ac sapientia di-
uagabatur: qua exciti pleriq; reges, quo certio-
res de iam dictis fieret, uisendi eius cupidine fla-
grabant, & exquisita munificētia studiosos eius
se declarabante. Mittebantur uasa tam aurea
quam argentea, & uestes purpureae, & omne ge-
nus aromata: equi præterea, currusq;, & muli
subuehēdis sarcinis, qui uel robore, uel pulchritu-
dine regi placituri uidebātur: ut ad eū equorū ac
currū numerū, quē iam antē habuerat, ex dona
ticis quadringentū currus accederet. Exabuit enim
prius currus mille, equorū uiginti millia: hi quū
pulcherrimi suere, tū ad cursū exercitatissimi, ue-
collati ad ceteros omnes post se relinqueret. His
decus addebāt equites, flos iuuentis, procerasta-
tura, promissōq; capillatio conspicui, & tunicas è
sarrana purpura induit: adhac ramctis auric
pillū quotidie spargebant, ut ad solariū radiorū
cō tactū fulgor à capitibus eorū reflecleretur. Hi
armati et pharetris succincti regi currū stipabāt,
quo sublimis inuestus, & amictus ueste can-

dida, mane solebat urbem egredi. Aberat ab Hierosolymis duorum schoenorum spacio praeedium nomine Esseta, horis et inductis fontibus amoenum simul ac opulentum. in eum locum uictori delectabatur. Diuina autem quadam diligentia ac prouidentia rebus in omnibus utebatur, et cum esset elegantiarum amator, ne uiarum quidem curam pretermisit, sed et harum quorundam Hierosolyma regie sedem ducibant, silice costrauit, tum ut ultro ciuiosque commensibus essent faciles, tum ad ostendandam hac quoque parte principatus sui magnificentiam. Distribuisque oppidatim curribus, et in singula certo numero ad alendum praefinito, circa se quidem paucos reservauit: loca uero ubi alebatur, currum oppida appellavit. Argenti etiam tantam copiam Hierosolymis esse fecit, quantia fuit saxonum: et cedros arbores antehac nunquam in Iudea uisus, in campis eius adeo multiplicauit, ut moros numero aquarent. Mandauit etiam negotiatoribus Aegyptiacis ut equos uenales ad se adducerent, in singulas bigas sexcentarum argenti drachmarum preceo constituto: quos deinde ad Syriae riges et trans-euphratenses mittere solebat. Cumque esset omnium regum glorioissimus et piissimus, et opibus ac prudentia omnes supererat qui ante illum rem Hebraeorum administraverant, deterior factus est ante obitum, et a patribus moribus descenderdo, indignu[m] ante gestis ribus uita exiit habuit.

Nam

Nam insaniens in mulieres, & in rebus ueneris 3. Reg. II. immodicus, non contentus sua regionis mulieribus, multas externe originis duxit, Sidonias, Tyrias, Ammanidas, Idumaeas: atque ita concepit semel Moysi insluitis, quae non nisi gentis eiusdem coniuges permiscebant, illarum deos colere cœpit, amori earum hoc tribuens. Atqui haec ipsam rem legislator præcauere uoluerat, ne per hanc occasionem peregrinis implicaretur ritibus, neue reliquo patrium numinis cultu, ad illarum religiones se transferrent. sed haec Solomon conceperat, uoluptate irrationali uictus: duclisq; uxoribus & principibus uirisq; illustribus prognatis septimogenitis numero, & concubinis trecentis, & in his Aegyptiorum regis filia, adiutorio consuetudine earum est capius, ut ritus earum imitaretur, quo magis illis hoc argumentio fidem amoris ac benevolentiae ficeret. At tate deinde prouectior. & mœte iam paulatim senescente, magis etiam patria religionis oblitus cultu Dei sui negligit, & mulierum exterarum ritibus assuevit: quamuis iam antea quoque à prescripto legum discesserat, quando aereis boum effigies basi maris illius addiderat, sicut solio suo leonum post apposuit: nam neque illa fas erat facere. Cumque domesticum haberet exemplum pulcherrimum parentis uirtutem, & gloriam quam propter pietatem ad posteros reliquerat, discedens ab eius imitatione, idque bis in somnis monitus sequi paterna uestigia, mortem

L 5 inglor

inglorius oppetit. Venit itaq; ad illum prophetæ missus à Deo, dicens neq; clam esse eius impietatem, neq; diutius impunitam fore: uero tamen regnum nō auferendum, quando pari eius dominicus sit promissum, non alium successorē futurum: sed post hunc desinat, filium pœnas daturum: ita tamen ut nō uniuersum regnum deficeret, sed decem sole tribus seruo ipsius cederent, reliquæ duæ penes nepotē Davidis remaneret, idq; ipsius cui respectu, & urbis Hierosolymorum in qua Deus tēplum sibi elegisset. His auditis Solomon nehemēter perturbatus indoluit, omni felicitate, qua haclenus suspiciebatur, in contrarium uergente. Nec multum temporis post hanc prophetæ denunciationem est elapsum, dum hostis ei, Deus uolente, exortus est, cui nomen Adversus, regi infensus ob causam hanc. Idumæus fuit genere, & è regio stemmate: cumq; Joabus copiarum Davidis imperator Idumæam subigeret, omnibus eius gentis, qui per atatē arma ferre possent, internectione intra semestre delectis, hic etiamnum adolescentulus ad Pharaonem Aegyptiorum regem euasit, ab eo comiter exceptus, & domum & agros, ex quorum redditibus uiueret, malficentia illius est consecutus: & postquam adoleuit tam carus ei factus est, ut rex coniugis suæ sororem nomine Taphinæ, nuprium ei traderet: ex qua filius natus, cum regis liberis est educatus. Porro accepio in Aegypto de Davidis & joabi

Et ab iure morte nuncio, adiuit rogans ut sibi in patriam reuerti permitteret. Rege autem percontante quid illi deesset, qua'ue sua iniuria pronocatus relinquere amicum bencmeritum cuperet, & si non semel id petitum, impetrare tamen euc nequaquam ualuit. Sed cum iam res Solomonis labare inciperent, Deo impietatem eius non amplius ferente, cuius nutu Pharaon difficilem se haeclenus prebuerat, Aderus impetrato à suo rege commecatu in Idumeam reuertitur: & cum non posset gentem suam ad defectionem à Solomone perpellere, eo quod ualidis presidijs impossitis in officio contineretur, nec licet impune res nouas ibi moliri, prosectorus inde in Syriam se contulit. Proi cum incidisset in quendam Razaru, qui descuierat à Sophene rege Adrazero, & eas terras cum latronū manu incursionibus populabat, societatem cū homine inyerciuus ope occupata et parte Syriae, rex declaratus, Israëlitarū ditionem cribro irrumperēdo, mihi adhuc Solomone rapinis omnia miscebat & cadibus. Et quasi parum esset Hebreis unius hostis externus, domo existit qui Solomonem infestaret Hieroboamus Nabatei filius, ueteri quodam oraculo adres nondas excitatus. Cūm enim patre orbatus adolescentis adhuc à matre educaretur, Solomon animaduersa generosa & eius indole, præfecit cum fabrica murorum, quando Hierosolyma mœniibus cingebat. Eius operis curam tanta solertia gesse.

gesit, ut rex cōprobata hominis industria. prae-
mio dignum ducens, cum Iosephi tribui p̄fice-
ret. Ad quam dum Hierosolymis egressus iter
faceret, obuiam ei sit prophet a nomine Achia,
Silunte oppido oriundus. Is salutariū cum de sua
paulum seduxit in rus quoddam diuertens, in
quo cum nemo aliis aderat: sciffoq; in duodecim
frusta pallio quo ipse amiciebatur, iusit Hiero-
boatum dccc inde sumere p̄fatus Deum hoc
iubere. Ille, inquit, sciffo imperio Solomonis, eius
filio propter promissionem Dauidi factam tri-
bum unam cum altera ei contigua daturus est:
tibi uero decem propter Solomonis peccatiū, qui
mulieribus & dīs earū totum se demonie. Qua-
re sciens causam propriei quam Deus ab illo est
alienatus, iustitiam colito, & legum perpetuus
cuſtos ac conservator esto, cum pieatis ac reli-
gionis p̄mium maximum tibi sit propositum,
nimirum ut tantus cuadas, quantum scis Da-
uidem prius fuisse. His prophetā uerbis rectius
ad spes magnas Hieroboatus, cūm esset alioqui
ambitioso & inquieto ingenio, quam primum in
suam prouinciam peruenit, non immemor p̄-
fragij prophetici, solicitere populum cœpit, ut à
Solomone desiceret, ipsiq; principium deferret.
Cuius conatus & insidijs cognitis Solomon,
uolebat eū cōprehensum occidere. At ille ad Sa-
jacū Aegypti regē profugus & p̄fens pericu-
lū evasit, & manendo illid usq; Solomonis obi-
eum

tum regno se Israëlitico incolorem seruauit.

Solomone defuncto populus à Roboamo eius
filio deficiens, Hieroboamū deceam tri-
buum regem fecit. C.A.P. III.

Solomon autem iam admodum senex mori-
tur, exactis regni annis octuaginta, ut & ue-
rò non aginta aquatuor, sepeliturq; Hierosolymis,
omnium regum felicissimus & opulentissimus
atque prudentissimus, exceptio peccato ad quod
iam senescēs à malicribus est pertractus, de quo,
& consecutus mox Hebraorum calamitatibus,
sans dictum est. Ceterum defuncto solomone, VIII.
& succedente in principatu eius filio Roboamo, 3. Reg. 11.
quem è Noma Ammaniti ci generis muliere
suscepit, mox quidam è proceribus in Aegy-
pium miserunt, qui Hieroboamū reuocarēt: qui
cum ad eos in urbem sicima uenisset, etiam Ro-
boamus eodem peruenit. Placuit enim conuentu
Israëlitarum illic habito, regnum de populi cō-
sensu accepere. Accedunt itaq; illum pr̄incipes
populi una cum Hieroboamo, rogātes ut aliquid
de seruitio remitteret, & patre suo uellet esse
mitior. Graui enim illius iugo se pressos fuisse.
Sed enim firmius ei fore imperiū si amari malle
quam metui. Ille post triduum ad postulata re-
sponsorum se polliciuit, statim in suspicionē ue-
nit, quod sine mora uotis eorum non annuisset.
Decere enim eius etatem putabant, procluem
esse ad benemerendū: nō nihil tamē spei suberat,
quod

q̄ nō statim essent repulsam passi. Interim ille cōvocatis paternis amicis, consult abat quale reponsum populo dari oporteat, qui quū bene ipsi cuperent, & vulgi naturam probe calleret, sauererunt ut comiter populum alloqueretur, & posito aliqua antis per fastu regio ad captandā multitudinis gratiam se accommodaret, hac enim arte captos facile illum amaturos, quod natura ita comparatum sit, ut subiecti delectetur regibus mansuetis, & de suo fastigio non nihil se demitterebus. Ibi Deus sine dubio mente admitt homini, cui tam utilis in omne tempus sententia, certe ad præsens ambient regnum necessaria nō probabatur: sed accitis equalibus suis iunctibus, & exposito seniorū cōsilio, quid ipsis uideretur, proferre iussit. Illi, quia nec per etatem poterat, nec Deus sinebat, meliora cernere, autores esfiant sic ad populum respondendi: minimum dignum ipsius crassiorem esse quam patris lumbi fuerint: & si ab illo duriter habitos se putaret, durius etiā in posterū tractados esse: & si ab illo scuticis cæsi fuissent, expectandum ut ab ipso scorpionibus flagellarentur. His delectatus rex, & ratus decere maiestatē principatus tale reponsum, postquam tertia die populus ad audiendum conuenit, omnibus expectatione suspēsis, & existimantibus benignū aliquid sibi proponendum, omisso amicorum cōsilio, ex iuuenia sententia respondit, non sine Dei uolūtate, ut ~~achia~~ natici

naticimū suus euētus sequeretur. Itē enim uelut
 ferro tā duris uerbis, nō secus ac si à minis ad rē
 iā esset pericū, per indignationē uno ore exclā-
 māt, nihil sibi futurū amplius cū Davidis pro-
 genie, haberet ipse tēplum quod pater exstruxi-
 set, manifeste desclionē prae se ferētes. Ad eoq;
 pertinax ira fuit, ut Adorātū quæstorum re-
 gium, missum ad excusandum iuuenilis lingue
 petulanciam, placandosq; concitati uulgi ani-
 mos, ne auditū quidē lapidibus obruerint. Quo
 facto Roboamis ratus, id quod erat, se in famu-
 lo saxis imperium, ueritusq; ne cōceptum scel-
 odium in ip̄is caput effunderetur, trepide con-
 scenso curru quamū potuit Hierosolyma propo-
 ranit. Et Iude quidem ac Beniamis tribus cō-
 munibus suffragüs regem eum eligunt: reliqua
 herò multitudo, ex illo die alienata à progenie
 Davidis, Hieroboamo imperii detulit: id Robo-
 amus agre serens, conuentu duarum tribuum sibi
 subditarum indiclo, & delectu C. L. x x x. mil-
 lium habito, conaturus erat reliquas decem ui-
 ad officium retrahere, nisi Deus per prophetā
 intercessisset, admonens nefas esse ciuile bellum
 mouere, praescritim cīm Deo uolentie populus ab
 eo defessisset. Nunc prius Hieroboamī Isræliter-
 rum regis gesta, ac tum dūtum res Roboamī
 duarum tribuum regis dicemus, scric narratio-
 nis ita postulanto. Ergo Hieroboamī regia Si-
 cimis constructa, inibi domiciliū optauit: ne
 eo com-

eo contentus, apud Phanuelam urbem aliud edificauit. Nec multo post instantie Scenopergia, cogitans secum, quod si permetteret populo Hierosolymitanam profectionem, & festi illuc celebrandi potestatē sacerdoti, populus capius religione tēpli & ceremoniis, facile mutata uoluntate, sc̄q; relieto ad priorē regem accedere posset, idq; non dominationi sue tunc, uerum etiam uite & periculoso foret, statuit hoc modo rebus suis cōsulere. Duas uitulas ex auro fecit, & construētis totidē delubris, altero apud Bethela, altero apud Damnam, quod oppidum situm est ad minoris Jordani fontem, effigies illas utrobiq; consecrauit: & conuētū indicō decem tribuum quibus ipse praeerat, pro cōcione in hunc modū eas est allocutus: Viri populares, notū uobis existimo, quod nullus locus Deo est uacuus, & quod is nullo certo loco includitur, sed ubiq; uota exaudit, ubiq; cultores suos respicit. Quare non placet mihi, hoc tempore uos Hierosolyma urbem infensam longo itinere profici sci religionis ergo. Homo illud templum statuit, quemadmodum & ego duas aureas uitulas consecraui, alteram in Bethelis, alteram in Dana, ut pro locorū opportunitate ex propinquioribus oppidis ad eas confluentes, illic Deum rite adoretis. Nec deerunt sacerdotes & Leuitæ ex uobis per me designati, ne quid Leuiticam tribum & Aaronis progeniem desideretis. Ergo quicunq; ex nobis sacerdotium amabit, nis

bit, uitulū & arictem Deo mactet, quo ritu se-
 runt etiam primū sacerdotem Aaronem crea-
 tum esse. His uerbis populum decepit, aut ei
 factus patriæ religionis deserēda: quæ causa fuit
 Hebreis omnium calamitatium, ut bello ab ex-
 teris gentibus deuiciō, postremò in captiuitatem
 abducerentur, sicut suo loco dicetur. Porrò appe-
 tente iam septimi mensis festinitate, uolens &
 ipse apud Bethela eam celebrare, sicut ad duas
 tribus tribubus Hierosolymis celebrabatur, ante ui-
 tulam altare posuit, moxq; assumpia pontificis
 persona cum suis sacerdotibus ad illud ascēdit.
 Cumq; iam holocausta in conspectu totius
 populi pararet incendere, Deo mutante super-
 uenit à Hierosolymis propheta, nomine Iadon: is.^{1. Reg. 13.}
 in medium malitudinem progressus, audiente
 rege ad altare sermonem ueritit: Altare, al-
 are, hæc dicit dominus, Exoritur quidam de ge-
 nere Dauidis, posuas nomine, is mactabit super
 te falsos sacerdotes illius temporis, & imposto-
 rum ad impietatem populum, seducentium ossa
 super te incendet. Et ut nemini dubium sit pre-
 dictiōnem hanc non esse uanam, prodigio confir-
 mabitur. Rumpetur altare hoc, & adipes uicili-
 marum in eo congesti in humum effundētur. His
 prophetæ uerbis irritatus rex, mēdit in eum ma-
 num, iubens hominem comprehendit: moxq; side-
 ratum brachium dirigit, ut reducere manum
 non possit, torpente membro hand secus quam si
 M effet:

esset ex anime. Aliare quoque diruptum impo-
situm uictimæ effudit, ita ut uates Dei prædixe-
rat. Ibi rex uidens hominem ueridicū esse ac diui-
num, rogauit eum, ut Deū exoraret, quò affectæ
dexteræ uigorē prislinū redderet: quod cum nō
factū esset, latus recepta sanitate, rogabat pro-
phetam ut cū eo prandere dignaretur. Excusa-
uit Iadon, negās sc̄ in ea urbe panem aut uinum
sumpturum. id enim sibi cōtra interdictum Dei
non licere: uictiuū etiam ne per candem uiam re-
ueratur qua uenerat. Rex autem miratus uiri
cōtinentia, eo magis de se cœpit esse sollicitus, ex
his qua uiderat & audierat, parum felicē reri
I X. suarū exitum augurans. Erat in ea urbe ma-
lus quidam pseudopropheta, quē Hieroboamus
in honore habebat, seductus ab illo omnia ad
gratiā loquente, hic tū decubebat, q̄ esset senio
lāguidus: cumq; audisset à filijs de aduentu pro-
pheta & Hierosolymis, & prodigijs per eum pa-
tratis, & q̄ Hieroboamus emortuam dextram
ad illius preces sanam receperisset: ueritus ne rex
de hospite melius quā de se opinaretur, mādauit
filijs ut euēstigio asinum stratū ad iter sibi ex-
pedirent: quibus impigrè iussa exsecutis, conse-
so iumento per uestigia prophetæ properabat:
quem asscutus interquiescentem sub queru pâ-
tula & umbrosa, primo salutauit: deinde expo-
stuluit cum eo quod non ad se diuertisset, hospi-
tialitate fruicurus. Quo referente ueritū se à Deo,
ne

ne apud quenquam in ea urbe cibum sumeret: Certe apud me, inquit, licuit sumere: nam ego quoque prophetam sum eiusdem cuius tu culor numenis, & nunc ipsis iussu uenio, te ad nos adducturus, & prandio hospitali excepturus, tum uates metienti credens reuertitur. Adhuc autem illis praudentibus, & familiari sermone se oblectatibus, Deus apparuit Iadoni, pœnam imobedientie, pœnæque modum denuncians: fore enim ut in itinere à leone discerpatur, nec in paternum monumentum inscratur. Hæc autem Deo uolente contingisse opinor, quo minus apud Hieroboamum Iadonis uerba fidem inuenirent, de mendacio suspecti. Nam redcunti Hierosolymam leo factus obuiam, detraictum de iumento necauit, nihil Ieso asino: immo & illum & prophetæ cadauer seruabat accubans, donec uiatores quidam rem uisam pseudopropheta renunciauerunt. Tum ille filius in hoc missis corpus eius in urbem reportauit, inibique magnificè sepelijt, monitis filiis ut se quoque post mortem in idem monumentum interficerent. Vera enim esse quæcumque ille prececcimisset, de urbe illa & altari, & sacerdotibus ac pseudoprophetis: ad se autem nullam post mortem iniuriam peruenturam, proprie communem cum illo sepulturam confuso ossium discrimine. Post iusta fanebris prophetæ redditæ, & iniunctæ filiis mandata, cum esset uir malus & impius, Hieroboamum adit: & quid ita, inquit, istius

M 2 satni

fatui turbatus es sermonibus? Illo uero de altari
 & sua ipsius manu referente, ac uerè hominem
 Dei, uatemq; optimū uocitante, cœpit hāc eius
 opinionem malitiosē labefactare, & probabiliter
 bus rationibus rei ueritatem offuscare. Liebat
 enim p̄e laſitudine manū eius obtorpuſſe, dū
 altari infere uielitas, ac deinde post quietem
 pristinum uigorem recepisse. Altare quoque
 recentis etiā tum structuræ, quod tot ac tantarū
 uielitarum molem nō ferret, disruptum conci-
 disse. Postremo uatis morte indicat, à leone eſſe
 necatum: adeò nihil dūmū nec in uita nec in uer-
 bis eius fuisse. His dictis regi persuasit, & men-
 tem eius à Deo & iustis ac p̄yis operibus in to-
 tum auersam in extremam impietatem præcipi-
 tauit. In tantum enim posthac contra omne ius
 ac fas debacchatus est, ut nihil aliud quereret.
 quam quomodo indies magis ac magis semet-
 x. ipse nouis sceleribus superaret. Sed hoc omisso
 de Solomonis filio Roboamo iam dicendum. Is-
 duarum tribuum regno potitus, urbes. munit. is
 & magnas condidit, quarum nomina hæc: Be-
 thleem, Ethame, Thecos, Beihsur, Socho, Odo-
 lam, Ipa, Maresa, Ziphia, Adoram, Zephis,
 Azeca, Sar'am, Elom, Hebron, omnes in tribu
 Iude sitæ. Alius deinde aque magnas in Benia
 mitica sorte munivit, singulisq; sua praesidia &
 praefectos imposuit, frumento, uino, olco, caterisq;
 cōmeatibus abunde instrutis. Scitorū etiā &
 lancea.

lancearū tantiū numerū fabricari curauit, quātus
 multis millibus sufficeret. Ad h̄ic Hiero-
 solymis degentē e tota Israēlitarū diuīone cōflu-
 erunt sacerdotes & Leuita & quotquot ē re-
 liqua plebe erant boni ac iusti pauperes suas re-
 linquebant, ut Hierosolymis Deū colere liceret,
 offensi Hieroboamī tyrannide qui eos ad suarū
 uitularū adorationem ui adigere uolebat : quo
 factū est ut Roboamī regnū integro triennio tā-
 libus accessionibus cresceret. Qui cū ex priore
 matrimonio cognatae cuiusdam mulieris ires li-
 beros suscepisset, superduxit postea cognatam
 aliam Azacham ē Thamare Abesalomī filia
 primogenitā, ex qua Abiā pater factus est: &
 quāvis etiam ex alijs uxoribus liberos haberet,
 prae omnibus tamē amauit Macham. eiā: cūm
 ei legitime uxores octodecim, cōcubinæ uero tri-
 ginta: & ex his uigintio octo filij filie uero sixa-
 ginta. Abiā uero Macha filium successorē sibi
 designauit, eiusq; fidei thesauros suos & muni-
 tūrū quasq; urbes credidit. Sed ut plerunque
 solent mortales fortuna blandiente corrūpi, Ro-
 boamo quoq; idem accidit. Vnde enim sui regni
 tanta incrementa, ad iniustas & impias actio-
 nes deflexit, factus contēpor uerae religionis, ut
 ut etiam populum in iniurationem sui perire che-
 ret: quandoquidem ea est rerū humanarum na-
 tura, ut cum principum ac magistratum mo-
 ribus etiam subditis deprauetur, quorū modestia

ceu norma corrigi debebant, & pro uirintibus
uitia eorum sequantur: alioquin nisi eadem que
reges faciant, improbare facta illorum uidetur:
sicut sub Robo amo contigit: populo leges ac pie-
tatem egregie contemnente, ne iustitiae studijs re-
gem suum offendere.

Susacus Aegyptiorū rex captis Hierosolymis diuitias
eius urbis in Aegyptum transportauit. CAP. IIII.

Hanc cōtumeliam dēus per Susacū Aegy-
ptiorum regem ulius est, cuius res gestas
Herodotus per errorem Scyphri adscribit: hic
enim Susacus quinto anno Roboamō regi nume-
rosissimum exercitum contra illum adduxit, in
quo fuisse ferunt currus M C C, equitū L X, M, pe-
ditum C C C, M, eius miles maxime ex Afris
constabat ac Aethiopibus. Irrumpens igitur
in Hebreorum regionem, munitissimas Roboamī
urbes sponte deditiōnem facientes in fidem suam
recepit, quibus præsidio firmatis postremo Hiero-
solyma est aggressus. Roboamus uero unā cum
suis à Susaci exercitu obfusus, hercū ad suppli-
cationes exorare Dēum non potuit, ut nictoriā
annueret. Samas quoq; propheta eos terruit, di-
cens Dēum minari desertorum se illos qui cul-
tum ipsius priores deseruerant: quamobrē con-
sternati, & uidentes nullam salutis spem reli-
quam, omnes confiteri coepérunt, iure se à Dēo
propter impietatem ac legum neglegētum destitu-
tos. Dēus autem uidens eos sic affectos, & pec-
cata

cata sua confuenies, per prophetam denūtiauit,
nolle se eos perdere: subduciturum tamen Aegy-
ptijs, ut experiantur, utrum commodius sit, Deo
scrivire an homini. Sasacus autē Roboamo pro-
pter metum dedente urbem, conditiones non ser-
uauit; sed depradatus templum, thesuros cum
Deo sacros cum regios expilauit. exportata in-
numera auri atque argenti multitudine, ac ne
scrupulo quidem relitto. Detraxit etiam aurea
scuta & clypeos, quos Solomon rex fecerat: ac
ne pharetras quidem aureas reliquit, quas Da-
uid dedicauerat à Sophene rege acceperas: utque
ita cum opima præda domum est renorsus. Me-
munit autem huius expeditionis etiam Halicar-
nassensis Herodotus, in nomine tantū errans, &
quod per uasis mulieris alijs genibus etiam Pa-
laestinam Syriam subiungarit, hominibus nō ex-
pectata ut ditionem facientibus. Apparet
autem satis, quod nostrum geniem dicere uult
ab Aegyptio subactam narrat enim hunc
columnas reliquisse apud eos, qui prius quam mar-
tem experientur ditionem fecissent, in quibus
pudenda mulierbia insculpta fuerint. Robo-
mus autem is fuit rex noster, qui urbem ante-
quā oppugnaretur dedidit. Idem ait Aethiopas
quoq; ab Aegyptijs circumcidionem viriliū di-
dicisse Phoenicas enim & Syros Palastinos fa-
teri se hanc ab Aegyptijs accepisse. Cōstat autē
& nulli alijs circumcidantur in Palaestina Syriae

præterquam nos. Sed de his quisq; suo arbitratus sentiat. Post suscipi d'cessum Roboamus pro scutis & clypeis aureis paré æreorū numerū refecit, eaq; scutarijs & excubitoribus suis assignauit: & sine ulla memorabili expeditiōe, aut præclero facinore, qui eius regni sui tempora elabi possus est, meum cohibete, eo q; perpetuū illi esset cū Hieroboamo dissidiū. V. xii annos L V I I , ex quib; bus decē & spicē in principatu exiguit, vir arrogans ac insipiens, ut qui propter spretū paternorum amicorū cōsiliū tātā ditionē amusit. Sepultus ist Hierosolymis in regis conditoris. In regnum paternum. Abias successit octauum iam supra decimum annum, Hieroboamo apud decim tribus regnū obtinente. Et quoniam huius regis exitum diximus, supereft ut quis Hieroboami finis fuerit consequenter subiectamus. Is nullum neq; modum neque finem impietatis faciens, singularis diebus aras in excelsis lucis ext̄ruebat, & sacrificios his ē uulgo assignabat. Hāc suam contumeliam, dignamq; tanta impietate pœnam, non multo post Deum in capite ipsius arq; familie uerit. Cumq; filius eius Obimes illo tempore agrotaret, insit uxorem suam mutato cultu sumptioq; priuato habitu ad Achiam proficiisci: esse enim hunc virum in predicēdus futuris mirificū, à quo ipse olim regnum sibi deberi cognouisset: mādauitq; ut quasi peregrina de filio percontaretur, esset ne praesumere

morb

morbum euasurus. Illa habitu mutato, ita ut à
 marito iussa fuerat, in Siluncem ubi iū Achias
 degebat, pervenit. Iamq; aduentante ad illius
 aedes muliere, cœcutienti p̄e senio Deus appa-
 ruit, indicans & q̄ Hieroboami uxor ad eū ue-
 niret, & quid ad interrogata respondendum sit.
 Et cūm iam pro soribus esset priuatam hospitē
 simulans, exclamat: Ingredere Hieroboami con-
 iux, quid teipſam cælas? Deum certe latere non
 potes, qui me de aduentu tuo pr̄monuit, man-
 dauitq; quid tecum loqui debeam. Vnde igitur
 ad maritū, & hec Dei uerbis ei renuncia: Quo-
 niam temagnum ē paruo & nihil reddidi, &
 abſciffo à Davidis familia regno, tibi illud de-
 di: tu contrā immemor horum beneficiorū fusiles
 deos quām me colere maluisti: ideo delebo te &
 tuum genus, & cadavera uestra à canibus at-
 que alutibus devorabitur: constituant enim re-
 gem super populum meum, qui neminem ē Hiero-
 boami genere superstitem est eleeturus. Nec po-
 pulus erit expers ultionis, sed excidet ē terra bo-
 na hac, & in transuephrateres regiones disper-
 getur, quia regis impietatē est imitatus, & deos
 ab illo factos adorat, relictis meis ceremonijs.
 Tu uero mulier ad maritum propera, haec illi re-
 nunciatura. Filium enim mortuum reperies: nā
 te urbem incunte, ille ē uita exiurus est: sepelie-
 turq; deflexus à toto populo, & publico luctu
 honoratus. Solus enim hic ē Hieroboami fami-

M 3 lia

*lia bonus existit. Hoc oraculo mulier territa se
proripit, & toto itinere futuram filij mortem
iam tum deplorans flagensq; misera, properat
propter maruum, eadem opera filio fatum ac-
celerans, quem non nisi mortuum uisura erat:
reuersaq; domum illum quidem ita ut prophetas
predixerat, exanimem reperit, regi uero cuncta
ordine renuntiavit.*

Hieroboami contra Abiā filiū Roboami expeditio
& clades, & quod Basanes Hieroboami generis ex-
stirpator, ipse regnum occupauerit. C A P. V.

AT Hieroboamus nihil his motus, magnis
delectibus habitis contra Abiam filium
Roboami, duarum tribuum regem, qui tum patri
successerat, duxit exercitum, propice et atque eius
non satis administrandis rebus matrum spe-
rans se facilem uictoriā reportaturum. Ille
uero audito aduentu Hieroboami haudquaquam
est perterritius: sed supra statem, & supra quam
hostis sperauerat, impigne collecto è duabus tri-
bubus exercitu, occurrit Hieroboamo in quodā
loco, qui appellatur mons Samaron, & prope
illum castra metatus ad prālum se & suos pae-
rabat. Habebat autem in castris quadringenta
millia milium: Hieroboamī copie duplo nu-
merosiores fuere. Ut uero pugnandi studio acies
instructæ ex aduerso constitutæ, Abias occu-
pato editiore quodam loco, manu mota silen-
tium ab hoste petiūt. Quo impetratio, sic or suo ist
dicerez

dicere: Quòd Dauidi atq; eius posteris regnum
 in multis aetates duraturū diuinitus sit conces-
 sum, ne ipsi quidem ignoratis: quò magis miror
 cur deserto meo patre, Hieroboamo eius seruo
 adhærere malueritis, et nūc ab illo cōtra nos ste-
 tis iusto Dei suffragio principatū obiinētes, im-
 pugnaturi nos, & reliquā regni parte depulsu-
 ri: maiore enim eius partem Hieroboamus iam
 nunc iniusta ui occupat. sed non diu fructur sua
 tyrānide, dabit Deo pænas perpetuatorum sce-
 lerum, qui finem imponet eius nefarijs facinori-
 bus, quandoquidē ipse nō ulte imponere, a q; etiā
 uos ad omnē iniquitatē incitare nō desinit. Hoc
 enim autore nulla iniuria provocari à meo pa-
 tre, tantū quia malis consilijs seduictus, parū co-
 micer uos allocutus est, irati deseruistis, non iam
 illum quā Deū optimū maximū, legesq; eius o-
 mmium quae unquā fuere sanctissimas. Atqui
 aquā erat ueniā dedisse, nō solum uerbi durioris
 homini iuueni & cōcionādi nō admodū perito,
 sed etiam si re aliquid per aetatem peccasset, uel
 propter Solomone patrē, & illius in hanc gentē
 beneficia. Par enim est parentū meritis posterio-
 rum errata condonari. Pos uero nullā eorū ra-
 tionē habuistis, ac ne nunc quidem habetis, sed
 tam numero ex exercitu contra nos uenitis: qua
 queso re fredi? num aureis illis uitulis, & armis
 ac lucis celsioribus? quae non religionis, sed im-
 pietatis nostra argumēta sunt. An foris mul-
 ti

titudo qua potiores estis, spem uobis facit uictoria? At nihil pollet quantumlibet innumera uis exercitus, pro iniustitia contra ius arma ferentis. In sola enim pietate ac iniustitia spes uictoria sita est, quae profecto penes nos est, qui constanter in seruandis legibus & ucri numinis cultu persueramus: quem non manus artificis est materia frater gili sculpserat, neque scelus rex commentus est ad imponendum uulgo ignobilis: sed qui conditor est omnium, et principiu[m] huius uniuersitatis simul & suis. Quamobrem nunc quoque suadeo ut resipiscatis, & secuti meliora consilia & desinatis contra iniustitiam patria bellum gerere, per quae ad tantam felicitatem peruenistis. Dum in hanc sententiam Abias uerba facit ad Israëliticum populum, inicrim a Hieroboamo pars copiarum occulere mussa a tergo Abianorum conspicitur, qui circumuentos scindentes non mediocriter sunt uirilis. Ibi Abias bono animo suos esse subet, omnemque fiduciam in Deo ponere, illum certe nullis hominum infidibus circumueniri. Ad hanc regis uocem redditus est militi animus, et invocata ope numinis, ad sacerdotum classica ingenti clamore sublato alacritatis indice in hostem irruunt. Nec defuit caliste auxiliu, quod hostium uigore resistit, Abianis loge præpollentibus. Tanta enim strage ediderunt, quata in nullis uel Graecorum uel Barbarorum inuenitur commentariis. Cesis enim quingeniis milibus memorabiliter apud omnes

omnes post eis uiatoriam retulerunt: & urbes
corū manūtibim̄. i. captas diripuerunt. Bethhe-
len cum sua ditione, itemq; Iordanā & huic con-
iunctam ditionē. Post eam cladem Hieroboamī
uires omnino fractae sacre, quandiu. Abia fuit
superstes. Defunctus enim est non multo post ui-
atoriam ex alto tertio principatus sui anno se-
pultusq; est Hierosolymis in maiorū suorum con-
ditorijs, relictis filiis uiginti duobus, filiabus
sexdecim: is liberorum numerus ē mulieribus
XIIII. ei susceptus est. In regnum successit fi-
lius Asanu, matre Machabā genitus, quo re-
gnante Israëlitarum regio decenni pace posita
est. Atque hec sunt que de rebus Abie sunt
prodita. Mortuus est deinde etiā Hieroboamus
rex decē tribū, cū regnasset annis uigintiduo-
bus, secundo iam anno regni Asanici ex alto.
Eius loco imperauit filius Nadabus, paternæ
malitiae ac impietatis emuluss, eoq; in principatu
bienniū exegit. Quo tempore duobus exercitu ad Ga-
bathō Palestinarū urbē, putabat se eā obsidione
posse capere: interim quidā ē domesticis eius a-
mīcis Basanes Macheli filius insidīs interceptū
occidit, et arreptō regno totā eius stirpē excidit,
euenitq; iuxta prophetā naticinum, ut qui ex
Hieroboamī cognatis in urbe trucidabatur a ca-
nibus laniati absumerentur: qui uero in agris, ab
alitibus. Atq; in hūc modū Hieroboamī fama
lia debitas impietatis et scelerū pœnas exsoluit.

Aethiop.

Aethiopum irruptio in Hierosolymitanum agrum
sub Asano, & exercitus eorum interitus. CAP.VI.

XII.

Asanus autem Hierosolymorū rex nūr erat
moribus honestissimis præditus, & cale-
stis numinis obseruatisimus: quiq; nihil uel co-
gitaret uel faceret, nisi pietati ac naturæ legi-
bus consonum: is correxit quicquid erat in suo
regno uitiosum, sublatis omnibus exoticis im-
munditijs: habuitq; in exercitu lectissimorū uir-
orum scutatorū ac hastatorum ex tribu iudea
trecenta millia: ex tribu item Beniaminica scu-
tatorum & sagittariorū ducenta quinquaginta
millia. Eius regni anno decimo Zaraus
Aethiopum rex cum maximo exercitu contra
eum uenit, ducens peditū nongenta millia, equi-
tum centum millia, adiunctis trecentis curribus.
Huius progresso usq; Marasam, que est urbs di-
tionis iudea, occurrit Assanus: & instruēta con-
tra eum aie non procul ab urbe in quadā ualle,
cui nomen Saphaïha, ut uidit ingentē Aca-
thiopum multitudinem, exclamauit, Deum in-
uocans, oransq; ut uictoriā sibi contra tam
multa hostium millia dignetur annuere. Veni-
ſe ſe ad dimicandum cum Zareo ſola illius ope-
fretum, qui paucos plurium, & imbecilles fortū
uictores poffet reddere. Hac precāti Deus ui-
ctoria sigillum obtulit: quo uiso rex alacris cum
hoste confixit, cœfisq; plurimis, vel quos terga
nerventes usq; in agrum Gerarenum persequiu-
tus eſt.

rius ist. Versi deinde à cædibus ad rapinas Ge-
 rara capiunt ac diripiunt: idem & in castris
 hostium factum est, unde multum auri egestū est,
 prædaq; ab acta camelorū, iumentorū, & gre-
 ges pecorū. Tanta uictoria diuinitus parta di-
 tati omnes reuereuntur Hierosolyma: iamq; non
 longe aberat, quum illis propheta Azarias sic
 obuiam: is posteaquam agmen consistere iussit,
 orsus est dicere, hanc uictoriā diuino fauore eis
 contigisse proprie scruatam iustitiam ac pietate-
 tem, & quia semper Dei uoluntati obtempera-
 uissent. Quod si ita ut cœperant pergerent, in po-
 sterum quoq; uictorias de hoste & uitam for-
 tunatam eiusdem fauore illis expectandam: sin
 uero à religione desciuerint, omnia contraria illos
 manere: sequiturumq; tale tempus, in quo neq;
 propheta uerax in populo reperiatur, neq; sa-
 credos iustitiæ culior. Tuncq; & urbes eoru sub-
 uerendas esse, & gentē per omnes terras disper-
 gendam, erronumq; more uitam aetoram nullis
 certis sedibus. Quapropter hortabatur ut dum
 tempus esset probitati studeret, & diuinū fauor-
 rem sibi ipsiis non inuiderent. His audiuis rex una
 cum populo gaufi sunt, dederuntq; operā & pu-
 blicè & priuati ut religio sarta testa mane-
 ret, dimissis à rege per totam regionē à quibus
 hoc negotium diligenter curaretur. Nunc reli-
 Elis in hoc statu & in duarum tribuum regis
 rebus, reuertor ad Easanem Israëlitarū regis,
 qui

qui Nadabo Hieroboami filio ceso regnū eius
occupauerat. Hic in Tharsē urbe electo domici-
lio iugintiquatuor annis regnauit, sceleratior,
magisq; impius quam uel Roboamus uel illius
filius, afflictor populi, & aduersus Deum con-
3. Reg. 16. tumax. Quapropter missō ad eum Gimone
propheta predixit se toium ipsius genus exci-
furum, & eisdem quibus prius Hieroboamum
cladibus profligaturum: eo quod rex a se consti-
tutus ingratus fuisset, nulla in administrando
regno pietatis aut iustitiae ratione habita, qui-
bus uirtutibus nulla uel uilior populo, uel Deo
gratior: sed sceleratissimi Hieroboami factus
smitior, omnibus eius uicijs se se contaminasset:
cui quum similes esse uoluerit, meritò etiā simile
exitum habiturū. At Basanes posteaquam co-
gnouit imminentes pro scelere sibi ac suo genetri
calamitates, non in hoc curauit ut correctior in po-
sterum & antealetorū paenitēs placatio nomine
uitaret exitiū: sed uelut proposito præmio si stre-
nuè pergeret, ac si per propheta ampla spes pro-
posita, non calamitas denuntiata esset, scipso fa-
ctus nequior, indies data opera scelus scelere cu-
mulabat. Postremo cū exercitu aggressus est ur-
bem non ignobilem Ramathonē, distante qua-
draginta statiis a Hierosolymis: quā capta mu-
nicbat, ut eam sedem belli faceret, unde sui mi-
litēs excursionibus regnū Asiani hastarēt. Ve-
ritas autem eius conatum Asjanus, & cogitās
quām

quām multa damna suae regioni relictus apud Ramathonē exercitus inferre posset: misit ad regem Damascenorū legatos cū pecunījs, ambiens eius societatē, & admonens quod paterna inter ipsos intercederet amicitia. At ille & pecuniam libenter accepit, & societatē cū eo inquit, relictas Bisaniis amicitia: moxq; suos duces iubet cum exercitu in illius ditionē proficisci, & urbes hostiliter infestare: qui sine mora alias incenderūt, alias diripuerūt, uidelicet Achionē, Danam, & Abelmaēn. His auditis Israëlitarum rex, omisso munitione Ramathonis, ad suas res tuendias reuersus est. Asanus autem cōnecta ab illo materia duū firma oppida in eo loco condidit, quorū alteri nomē Gaba, alteri Maspha. Nec postea Basane bellū instaurare uult, fatali morte praeceps sepultusq; est in Arsane oppido. In regnū successit filius Elanus: hic post alium regni anni periyt, per insidias casus à Zamare sui equitatus dimidiæ partis magistri: epulante enim apud Osam suum procuratorem, immissa equitum turma facile opprescit, per absentiam tam præfectorum quam militum, qui tum omnes in obsidione Gabathonis Palestiniorum urbis occupati fuere.

Basane stirpe sublata apud Israëlitas Zamaras, & post huc Amarin⁹ & Achab⁹ filius, regnū obtinēt. C.VII.

DEinde ex magistro equitum factus rex, totam Basanę stirpē iuxta Gimonis ha-

LIBROS
DEL D

N
ticinum

ticiuum extinxit. Eodem enim modo eius familiā radicitus interrūptus propter impietatem, quo Hieroboam progeniem internecione absumptā diximus. Interea qui Gabathonē obsidēbat exercitus, audito regis casu, et quod Zamāres occisiā se regnū inuasisset, & ipse Amārino imperatori suo regnum detulit: qui soluta Gabathonis obsidione ad Tharsen regiam properat, eāq[ue] expugnata uī potitur. Zamāres uidens urbem sine praesidio, in intimā regiam se recepit, subiectoq[ue] igne si mulcū ea se quoq[ue] concremauit, regni sui die septimo. Quo factō cōfessim populis in diuersa studia scissus est, alijs Thamanū, alijs Amarinum regnare uolentibus: cuius factō quum tandem uicisset, occiso Thamano solus totius populi regnū obtinet. Trigesimo anno regni Assani regnauit Amarinus annis duodecim, sex Tharsae, reliquos sex Marcone, quae à Gracis Samaria dicitur. Ipse Samaracum uenavit à Samaro, de quo montem emerat, in quo urbs sita est. Hic nihil à prioribus regibus differebat, nisi quod illis fuit sceleratior. Omnes enim hoc tantū agebant, ut populum quotidianijs impietatibus à Deo alienaret. Quapropter iratus Deus, effecit ut alius alii tolleret, & cum toto suo genere extirparentur. Hic Samaria diē suum obiit, succedente Achabo filio. Hinc certe uidere licet, quam curae sint Deo res hominum, & quomodo bonos diligat, malos contrā simdi-

tus erat

tus eradicet. Israëlitarū enim reges propter impietatem brevi tempore alias ab alio cum totis familijs sublati sunt. Asanus uero Hierosolymorum duarumq; tribuū rex ob pietatē ac iustitiam feliciter Dei fauore uiuens ad extremā peruenit senectam, & post unū & quadraginta regni annos bona morte decepit: cui mox Iosaphates successit filius, ex Aibida matre natus, omniū testimonio prouuita pietatis ac fortitudinis amulus, quibus Dauidem sanctissimū regem retulit, quemadmodū paulo post dicitur.

Ceterā Schabius Israëlitarum rex habuit Samaria, ubi uiginitudo bus annis regnum tenuit, nihil de priorum regū institutis mutans, nisi si quid forcè deterius commentus est. Omnia enim impietates representant ac sclera, sed Hieroboamī pricipue: nam & uaccas ab eo consecratas adorauit, & alias super hanc impietates addidit. Vxorem præterea duxit filiam Ahabali, Tyriorum ac Sidoniorū regis, cui nomen Izabela: moxq; ab ea domésticos illius deos colere didicit. Erat hac muliercula audax & temeraria, adeoq; impotensis infanice, ut non uerita sit templum Beli deo Tyriorum ex ædificare, & lucū omnis generis arborū planare, cui etiam sacerdotes & falsos nates instituit. Quin & ipse rex hoc genus hominum frequens circa se habere delectabatur, demēta & malitia omnes ante se reges superās. Hunc propheta 3. Reg. 17.

quidam Dei maximi è Thesbone Galaditica
urbe oriundus adiit, dicēs eū prænuntiare, quod
nec pluviā illis annis daturus sit, nec rorem, do-
nec ipse uates non cōpæreret. Additoq; iurein-
rando quo magis rem cōfirmaret, sc̄cessit, ad ira
etum australēm, ubi ad torrentē quendā dege-
bat, unde potum haberet, nam cibis ei quotidie
per coruos afferebatur: qui postquam ob inopiam
imbrium exaruit, iubēte Deo prosectoris est sa-
reptam, quod oppid Tyrū inter e& s. donē suū
est. Illic enim se mulierē uidaam inuenturū præ-
monitus fuerat, que alimenta suppeditaret.
Iamq; non longe à porta ab̄vat, qui uidit mu-
larem operari am ligna colligentem, & signi-
ficante Deo hanc fore eius altrecem, salutatam
prius rogavit ut aquā potabilē afferret: aben-
temq; iam reuocans, & panē portare iussit. In-
rauit illa nihil sibi domi esse præter unicū fari-
næ pugillum, & olei paululum: uenissq; se eo ut
collectis lignis sibi ac filio panē coqueret, quem
ubi c̄ medīssent fame absumeretur, quandoqui-
dem nihil superiss. et aliud. Tam propheta, Va-
de, inquit, bono animo latiora speratis, & primū
mihi paululum parati affer: pollicor enim ti-
bi, nunquā in uase illo farina defore, nec oleū in
fidelia, donec Deus det pluviā. Paruit mulier,
& quacunq; propheta petierat fecit: deincepsq;
& sibi & filio & hospiti sat almentorū ha-
buit: nenuim enim horum defecit, quandiu du-
ranit

rauit siccitas. Meminit autem huius inopie plu-
 uiarum etiam Menander in gestis Ithobali Tyriorum
 regis, sic scribens: Hoc regnante etiam pluuiarum de-
 fectus fuit ab Hyperberetaco mense usque ad me-
 quentis anni Hyperberetam continuo. qui c. i. sup-
 plicationes indixisset, sequuta est magna uis to-
 nitruum. Hic Botrym in Phoenice condidit, &
 Auzatē in Africa. His uerbis dubio procul
 siccitatē facta sub Achabo, cuius tempore
 Ithobalus apud Tyrā regnauit. Menander in suos
 cōmentarios retulit. Mulier autem illa prophetæ
 hospes cum filius eius morbo præhalite expirasse-
 set, ciuilas et uoces quas dolor exprimebat emit-
 tens, queribatur de aduentu hominis qui pecca-
 ta eius detexisset, ideo multatā fuit morte di-
 citurā. Ille cōsolabūdus iubet ea sibi tradere filium,
 breui recepturā uiuere: acceptūque; mox in propriū
 cubiculū detulit: quo deposito super suū lectulū,
 exclamauit ad Deū, nō bona hospitiū graua al-
 trici rūlatā extinctō ipsius puero: rogabātque; ut
 remisso spiritu uitā ei restituaret. Itaque Dco ge-
 nitricē miserāte, & prophetæ gratificare, ne ui-
 deretur infortuniū secū in hospitiū iniulisse, præ-
 ter omnē expectationē recepit puer spiritū. At
 illa gratias egit uati, dicens, nūc demū se agno-
 scere diuinā mētis interpretē. Paulo deinde post 1. Reg. 18.
 Dei iussu ad Achabū proficiscitur, indicatu-
 rus ei uenturā pluuiā. Erat tum famē per totā
 regionē, & magna rerū ad uictū necessariarum

penuria, ut non solim hominibus panis deesset, ne
 rim etiam equis ceterisq; iumentis terra negaret
 pabulum: tata erat ubiq; siccitas. Rex igitur uo-
 cato dispensatore Obedia, cui iumentoru curam
 mandauerat, iussit ubiq; fontes & torrentes per-
 quirere, sicubi inueniretur herba ad secadum in-
 metis pabulum. Cumq; multum quæ situs prophe-
 ta Elias nusquam comparceret, iussit Obediam
 quoq; se sequi. Parvitis deinde itineribus, aliam
 rex, aliam disp̄sator uiam ingreditur. Erat au-
 tem pius, & quo tempore Iezabel regina in pro-
 phetas sciebat cedibus, ceterum ex eis in cauer-
 nis subterraneis abdiderat, pane & aqua suspen-
 sandos. Huic à rege digresso Elias occurrit, &
 ex percōtatione agnitus à uenerabundo salutā-
 tur. Mox propheta mandante ut aduentū suum
 regi nūc cīt: quo, inquit, meo merito me mittis ad
 eum qui te ubique gentium ad necem perquirit?
 Quis enim locus est ad quem attrahuros te non
 miscrit? Nunc furī potest, ut dum ego regē adeo,
 te Dei spiritus quo agitaris aliò rapiat. & rex
 te non reperto frustratus in caput meum scūiat.
 Noli esse in meo periculo tam securus, quū scire
 possis quād sim studiosus tui similium, qui cen-
 tum Dei homines furori Hiezabelis eripui, &
 nunc eis in latebris alimenta suggero. Propheta
 contrā iubet, ut nihil meuens regem adeat, sa-
 cramento interposito se quoq; eadem die in eius
 conspectum uenirum. Quo indicio postquam
Achabus

Achabus H̄cliam adesse didicit, in occursum eius properat: & cum indignatione, Tun' ille es, inquit, t̄cbrorum turbator? tu'ne sterilitatis huius autor? At ille nihil blādior, ipsum & eius familiam cum suis externis sacris causam malorum omnium affuerat, in uictis peregrinis numeribus, & pro abrogatio ueri Dei cultu suppositis. Nrox iubet ut eat, & totū populū in Carmelum montem ad se conuocet, simulq; suos & uxoris uates, quorum numerū etiam non tacuit: prae cœla lucorum prophetas quadringentos plus minus. Vi uero omnes acciti à rege ad constitutum locū confluxerūt, H̄lias in medio consiſlit, & Quousq; inquit, inter utrumq; uacillabit? Si enim Dcūm nostrum uerū & solum creditis, hunc, & mandata eius sequimini: quod si non huic, sed externis diuinos honores deberi existimatis, illos igitur recipite. Populo uero nihil ad hac respōdente, H̄lias postulat, ut quo certiore argu mēto uel propriū uel alienorū probetur pot̄ūia, solus ipse Dei sui uates cōtra illorū trecentos contendat, accepto boue, & in lignorū struc imposito, sed nullo igne subditō: idē oportere & illos facere, atq; ita inhocare suos deos, ut ligna uelint accēdere: Hoc enim pāclo uerā Dei naturā dignosci posse. Quae scientia postquā placuit iubet H̄lias prophetas illos electo boue priores sacrā rem facere, & sua nominatiū inclamare numina. Cūq; suis precib⁹ & invocationib⁹ nihil proficerent.

carent, ludens Helias altius eos iubet uocem attollere, si forte aut peregrinè absint aut dormiant. illis uero à mane usq; meridiem fruſtra inclamantibus, & more patro culiris ac lanceolis sua corpora incidentibus, cùm iam sue uices sacrificandi uenissent, amoris sacrificiis illis sanatis iussit uulgū proprius obſeruare, ne forte clamignem admooueret: qui postquam accessit, acceptis duodecim lapidibus iuxta numerū tribum Israëliticarum altare ex eis instaurauit, foditq; circū illud fossam bene profundam: & coaptata super altare ſtrue lignorū, uelimaq; deſuper imposta, quatuor hydriæ fontana aqua plenaſ ſuper altare iuſſit effundi, ita ut fossa quoq; repleretur aquis ſuperfluentibus. Quibus peractis, cœpit invocare Deum, precariq; ut erranti iam diu populo ostendat ſuā potentiam: & ecce adhuc illo errante, ignis repente de calo in altare lapsus inſpectante populo, rum uelimā, tum aqua omnem circumfusam abſumit, ita ut locus fieret aridus. Quo uifo Israëlitæ proſtrati in terram unum Deum adorant, hūc maximum & ſolum uerū conſitendo: ceteros nihil aliud eſſe quam non mina uanis ſtultorū hominum opinionibus confita: moxq; comprehenſos eorum prophetas interficiunt, Helia ſic iubent: qui & regem abire ad prandium iuſſit, nec eſſe amplius ſolicitum, breui enim uifurū pluuiam. Quo abeunte Helias uerice Carmeli conſecndit, & cùm humi defefſet,

disset, caput gemibus applicuit, iussuq; famulum ascenso quodam scopulo ad mare prospicere, & indicare sicubi nubē excitari uiderit. Paruit ille non semel ascenso scopulo, sed nihil se uidere restulit. Tandem septimo reuersus ait se uidisse in aëre nescio quid nigricans, humano uestigio non amplius. Quo audito Elias mittit cum mox ad Achabum, iubens ut rex properè in urbem redeat, prius quam profusus imber occupet. Qui postquam ad Iesraēlam urbem cepit tendere, sine mora offuscato aere & innoluto nubibus procella maxius imber superuenit, & propheta correptus numine regium currū usq; Iesraēlā Azari urbem currens prosequuens est. Iezabela uero 3. Reg. 19. Achabi uxor auditio prodigo per Elias am patrato, quodq; prophetas ipsius omnes interficeret, misit ad eum nuncios minando se illum occisuram, quemadmodum ipse prophetas occiderat: & Elias territus, fugit in urbem Bersabe, que est in extremitate tribus Iudeanis, Idumea contermina: relicto que ibi famulo, ipse in desertum abiit. Cumq; precatus esset morti, quod non esset ceteris melior, ut illis absumentis ipse uite cupidus esse debeat, sub arbore quadam obdormiit: & excitatus à quodam, surgens inuenit aquā ac cibum appositum. & cùm comedisset collectis ex hoc cibo uiribus, ad Sinaū usq; monte peruenit, in quo Moyses à Deo legem accepisse proditur: ubi nactus amplius quendam specum, ingressus

N s habit

habitare illic decrevit. *Allapsa* deinde ad au-
 rem eius uoce incertā unde profecta, percontan-
 te quamobrem relicta urbe desertum coleret: ait
 se occisis externorum deorū natibus persuasisse
 populo, quod unicus sit Deus qui ab omnibus co-
 li debeat: & ob id factū ad supplicium se à re-
 gina expeti. Mox eadem uoce iussus in crastinum
 sub diuum prodire, auditurus quid opus fa-
 cto sit. Sequenti luce è spelunca prodit, ibi &
 terræmotus eius aures percudit, & oculis se can-
 dens ignis fulgor obiulit: sequiturq; mox silentio,
 diuina uoce, nihil terrori præsentibus, iussus est:
 neminem enim inimicorū fore illius compotem:
 mandatumq; mox, ut domum reuersus, declarat
 populi regem, Ieum Nemessi filium: apud Da-
 mascum uero Syrorū Azælem: & pro se pro-
 phetam Heliæum constituat, ex Abela urbe
 oriundum: impios enim pœnam daturos, alios
 aeu regi, alios Azæli. His auditis Heliæas in re-
 gionem Hebreorum reuertitur: & quum offen-
 disset Saphati filium Heliæū aratēm cum qui-
 busdā alijs impellētibus iugâ duodecim, accessit
 & ei pallium suū iniecit: qui enstigio prophe-
 tare occēpit, relictisq; bubus, scutator Heliæ fa-
 tulus est. Rogauit tamē ut prius sibi liceret paren-
 tibus male dicere, quo impetrato illi sequutus est,
 indiuiduus post hanc minister ac comes. Et pro-
 XI. 111. p̄hetæ quidē huius res ita se habuerūt. Ceterū
 3. Reg. 22. Nabuthus quida ciuis urbis Azari, quum pre-
 dium

diū haberet regijs fundis cōtinuum, sāpe rogatus
 ab Achabo ut ei quātolibet precio uēderet rus
 finitimus, adiungendum regio: aut si mallet unum
 aliquod ē regijs pro eo sibi eligeret: negauit sc̄ id
 facturum, gratius enim sibi esse, ē paternis agris
 fructus percipere. Rex non aliter quam si suam
 possessionem amississet, quia non licebat alienam
 occupare, contristatus, nec lauare uoluit, nec ci-
 bum sumere. Iezabela uero scitante quid accide-
 vit, ut nec balneum admittat, & caenam aquā
 ac prandium fastidiat, quam rusticus sit Nabu-
 thus ei denarrat. Vsum se apud eū comi sermo-
 ne, & infra regiam maiestatē demiso, pro qua
 humanitate nihil nisi repulsam retulisse. Mulier
 contrahortatur ut magno sit animo, & mōrōre
 misso ad cōsuetam corporis curam redeat, se da-
 turam operam, ne Nabuthus hanc cōtumeliam
 impunē auferat. Moxq; literas Achabi nomi-
 ne scriptas mittit ad Israēitarū prēcipios, hoc
 argumento: iubebantur indicio ieunio concio-
 nem aduocare, & in ea primum locū Nabutho
 propter illustre genus attribuere. Deinde subor-
 natis tribus uiris nihil non ausuris, horum testi-
 monio conuictum eum blasphemiae populo lapi-
 dandum obijcere, atq; hoc modo de medio tollere.
 Id quod ita ut regina scripserat factum est: &
 Nabuthus tali testimonio cōniclitus Deo ac re-
 gī fecisse conuictum, à populo est saxis obrutus.
 Quod ubi Iezabela relatū est, regem accedit,
 suadetq;

suaderetq; ut sine suo sumptu uincitorum Nabuhi
hæreditatem capessat: & ille exiliens præ gau-
dio, ad uisendum id prædium euestigio se cœfert.
Deus autem iratus Heliam misit, ut regi in eo
vure occurrat, rogatq;: Quid ita occiso uero do-
mino eius prædij hæreditatē iniuste sibi usurpet.
Quem ubi ad se uenientē uidit, turpe ratus ob-
iurgari, prior fassas erratum, ad satisfaciendum
ipſius arbitratuſe obiulit. Tum uires prædicit,
eo loco ubi Nabuhi cadaver à canibus absum-
pium: ſt. fundendum & regis & reginae sanguini-
nem, & totum eorū geniuſ delendum propter tam
crudele ſcelus, quo ciuitatē contraria per calumnia
oppreſſerat. Tum dem: Achabum eius facino-
riſ pœnitentia ſabit, & induit ſaccum, nudisq;
pedibus à cibo abſtinuit, peccatum confitens, &
Deū ita placare cupiens Deus uero per prophe-
tam denūciat, ſe quidem uſq; poſt eius obitū di-
laturū uidebitam, quando quidem ſceleris pœni-
teat: minas tamen uanitas non fore ſed Achabi
filium pro commisſis pœnas daturum.

Adadus Damasci & Syriæ rex bis contra Acha-
bum ducto exercitu proſligatur.

C A P V T VIII.

3. Reg. 10. **D**rum hæc circa Achabum geruntur, eo-
dem tēpore Adadi filius Syrorū & Da-
masci rex, contra clis è 1010 r.igno ſuo copijs, aſci-
tiſq; ultra Euphratē triginta duobus ſocijs re-
gibus, cōtra Achabum duxit, qui inuigens ſe
imparem

imparem eius copys, à congressu quidē abstinuit,
sed coactis ex agris in urbes munitissimas omni-
bus, ipse mansit intra Samariā: cincta enim erat
mēnibus firmissimis, & alioquin uidebatur ex-
pugnari difficultis. Syrus autem cum exercitu cō-
uenit, & obfessam urbem oppugnare cōpet: mis-
soq; caduceatore ad Achabum petiūt ut sibi li-
ceat legatos ad eū mittere, proposueros qui dñā
peteret. Quo imperato quum uenissent legati,
ita ut illis mandatum erat, auunt Achabi diui-
tias & liberos & uxores esse Adadi: quod si
ipse quoq; faciat, & permitat ei quicquid li-
buerit ex his sumere, abduclō exercitu regē ob-
sidionem soluturū. Achabus uero iubet legatos
regi suo renunciare, & ipsum & suos omnes, fa-
ciliatesq; uniuersas in potestate illius fore. Post
hanc legationē rursum aliam Syrus misit, postlu-
lans ut quandoquidem ipsius confissione omnia
sua essent, admittetur crastina luce mittendos in
hoc famulos, euq; liberū faceret regiam & ami-
corum ac cognatorū domos scrutari, & auferre
quicquid in eis inuentū fuerit pulcherrimū. Reli-
qua que illis nō placuerint, sibi haberet. Acha-
bus letus secunda legatione Syri, aduocata con-
cione, dicit se libenter pro pace & ciuium in-
columitate uxores ac liberos suos, omnesq; facul-
tates proprias suisse tradidurum. Hoc enim pri-
ma legatione Syrum petiūsse. Nunc uero misisse
cum famulos qui omnium ades scrutetur, & ni-
hil in

hil in eis quod sit pulcherrimum relinquant, nimirum belli ansam querētem: ut quandoquidem sciat propter amorem ciuium paratu rebus suis non parcere, occasionem belli ex illorū rebus arripiat: facturum sc̄ tamen, quicquid iſpis uisum fuerit. Reclamauit tota concio contēnendum esse cum suis mandatis insolentem barbarū, & bellum alacriter gerendum. Accit̄s igitur legatis hoc responsū referendum dedit, quod primis postulatis nunc quoq; consentiat securitatis ciuium gratia, posteriora non admittat: atq; ita eos dimisit. Hoc respōſo commotus ad iram Adadus tertio legatos mittit cū minis: ferocem eum esse fiducia mœnium, se uero parē illis aggerem excitaturum, si uel pugillum terra singuli milites conserat, uolens cum copiarum multitudine perterrefacere. Achabo uero respondentē, inter armatos non uerbis sed faciliſ decernendum, legatis reuersi coenanti ium forte cum triginta socijs regibus responſa referūt. Ille euēstigio mandat circumuallari urbem & aggerem erigi, & nullam oppugnādi rationē prætermitti. Interim Achabū cum omni populo minimum à desperatione aberat, sed hūc timorem ei propheta quidam superueniens exemit, dicens, Deū polliceri, daturū se uictoriā de tam multis hostiū milibus. Rogatus deinde per quos haec uictoria cōtinget: per filios, inquit, principum, sed te regente illorū imperiā. Accit̄s igitur principū filijs, qui triginta

ginta duo erant supra ducētos, cognito quod sy-
 rus ad epulas & luxum se dedisset, patefactis re-
 pente portis emittit iuuenes. Id postquam ei per spe-
 culatorem est significatum, mittit quosdam eis ob-
 ui. tm cum his mandatis, ut sine pacati uenire,
 siue pugnatum, uinculos ad se pertrahat. Interim
 Achabus etiam reliquum militem intra mania
 paratum cum armis habuit. Filii uero principum
 congresi cum excubijs, multis occisis reliquos
 usq; ad castra persequunti sunt. Quod ubi succe-
 dere Israëlitarum rex animaduertit, uniuersum
 reliquum exercitum emittit. At illi repentino im-
 petu in Syros delati, facile eos profligat, nihil ta-
 le expeſtates: quo factū est ut in ebrios & iner-
 mes impingerent, ita ut relicta in castris arma-
 tura fugeret, & rex ipse præceleri equo uix eu-
 serit. Achabus uero longo spacio Syros perse-
 quutus est, cædendo quoquot asséqui datū est. Di-
 reptis deinde opulentis castris, auro & argento
 resertis, capis etiā equis Adadi & curribus,
 domū in urbē reuersus est. Ceterū propheta mo-
 nente ut in sequentiā etiam annū paratus sit, &
 exercitū in promptu habeat, reuersurū enim sy-
 rū iterū rex omni ope bellī apparat. Porro Ada-
 dius seruatus ē clade cū reliquys exercitus, aduo-
 catis amicis cōsulnbat quomodo cum Israëlitis
 bellum gerere debeat. Illi suascrūt, nō esse posthac
 cū eis in montanis configendum, Deū enim eorū
 in talibus locis pollere, & ideo se nunc ab eis u-
 elos

etos: sed si in campestribus cōmittatur prālium,
 facile se superiores fore. Prætereat consuluerunt,
 ut dimissis regibus, quos siccum in expeditionem
 duxerat, copias eorum reiheret, & satrapas il-
 lis præficieret, supplementumq; in sua ditione tam
 equitum quam peditum cōsiceret. Plicuit regi
 consilium, deditq; operā ut talis apparatus fie-
 ret. Nam ubi primum ueris signū se proiulit, ex-
 ercitum in Hebraos duxit, & quum peruenisse
 prope oppidum Aphaca in magno capo castra
 posuit, Achabu uero cum suis copijs obuiam
 illi progressus castra cum castris cōtulit, quam-
 uis numero militum longe inferior, sperniente
 deinde propheta, uictoriā pollicente, ut hos-
 tis cōira quam opinabatur sentiret Deū Israē-
 litarum non minus potenter in campis quam in
 montibus, per sex dies à neutris castris quicquā
 motum est. Et prima uero quum hostis pro castris
 aciem explicuisse, Achabus quoq; suos ex ad-
 uerso instruxit, Nec morā collatis signis acriter
 utrinq; pugnatū est, donec Syri non scerentes He-
 braorum uim ierga uerteret: quibus impigre ui-
 ctoriam prosequentibus, cōfusum agmen trepidè
 fugientium equitum, pedium, curruum, à seip̄sis
 proculcatum obierebatur: non multis pro tanto
 numero in Aphacam amicam urbem euadenti-
 bus, qui et ipsi murorum ruina oppressi sunt cir-
 citer uiginti sepiē millia: in prælio uero centū mil-
 lia hostiū ceciderūt, Adadus aliquot fidissimis
 famulis

famulis comitatus in quandā subterraneā cellā
 se abdidit: quibus clementiā Israēlici regis pre-
 dicantibus, & spem ueniae facientibus, si cōsueto
 supplicū habitus ad eū mitterentur, permisit sunt
 hoc facere. Illi induit saccos, & restibus capita
 redimitti, qui tū priscus apud Syros supplicandi
 mos fuit. Achabū adeunt, & salutis tantū gra-
 tiā petere. Adadum signif: am, deditiū eius
 in perpetuum futurū. Tum ille gratulari se ei di-
 xit, q: è pugna euasisset, frārisq: loco eū se habi-
 turum pollicitus est. Famuli accepta sacramēti
 fide nihil mali passurū, producunt ē lucebris ho-
 minē, & adducunt ad Achabum, qui tū sub-
 limis curru uehebatur. Et quam adorasset,
 Achabus porrecta dextrā in curru eum sustin-
 lit, exceptumq: osculo iussit esse bono animo, &
 nihil se indignū timere. Adadus aēlis gratijs
 quā longa sibi uite daretur memorē se fore hu-
 ius beneficij professus est, redditurumq: Israēli-
 ci iuris urbes, quas maiores eius armis occupa-
 nerant: & factarum cī liberā potestate cōmcan-
 di Damascum, sicut pater ipsius idem ius Sa-
 mariae habuerat. Fœdere deinde iēlo, & iureiu-
 rando firmato, Adadus egregiè donatus in
 suum regnū remissus est. Post ralē Syrorū cōtra
 Israēlitā expeditionis exitū propheta quidā, no-
 mine Michæas, accessit ad quedā Israēlitā, ius-
 sitq: eū ut uulnus sibi in caput infligeret, addēs
 Deū ita uelle. Qui quū parere noller, daturū in-
 obedient

obedienti e poenā prædixit, & leonis incursu peri-
turū. Quod quā ita eueniſſet, alterum propheta
adixit, idē imperat̄. A quo incūclāter ielus, &
uertice ſaucius, obligato capite uenit ad regem,
dicēs ſe commilitonē eius eſſe, & à tribuno ca-
piuū quēdā aſſernandū accepifſſe: quo fuga elap-
ſo periclitari ſe nunc ne interficiatur ab eo qui
illi tradiderat, quādoquidē hoc interminatus ſit
ſi captiuus effugeret. Reſpōdente uero Achabo
merito id paſſurū, ſoluto capite agnoscēdum ſe
Micheas prabuit. Hac autem arte uſus eſt, quo
maiorē uim uerbi ſuis adderet. Ait enim Deū
in regē animaduercitur, q̄ Adadū hominē im-
piū & cōtra diuinitatē cōtumeliosis dillitis ſu-
rentē elabi permifſet. Futuri enim ut ipſe ab
eo cui pepercit interficiatur, & populus eius ab
exorcitu. Rex libertate prophetæ offensus, iubet
eum in carcerem coniūci, & uehementer ea pre-
diſtione contriſtarus domum ſe recepit.

De Iosaphato rege Hierosolymorum. C A P. IX.

Habentus de Achabi rebus nūc ad Iosā-
phatum Hierosolymorū regē reuertor: qui
aucto ſuo regno, & præſidijs per urbes ditionis
ſue diſpoſitiſ, ne illas quidem ſine præſidio relin-
quit, quas Achias auus in forte Ephremita de
Hieroboamo decē tribuū rege ceperat. Hic rex
perpetuo propitiū & auxiliato ē Deū habuit,
q̄ eſſet utr inuictus ac pius, & per ſingulos dies
dābat opera ut aliquid gratū Deo ſaceret. Quo-
factum

factū est, ut & ipsi à circumquaque vicinis regibus maleus honos haberetur, id quod missitādis ad eum muneribus declarauerunt, ut hinc quoque eam diuitiae regis quam fama non mediocre incrementum caperent. Anno autem regni sui tertio conuocatis principibus & sacerdotibus eius regionis, iussit eos obire uniuersam ditionem, & populum oppidatim leges Moysis, earumq; obseruantiam atque religionis cultum docere: quod adeò libenter ciues complexi sunt, ut certamen huius studij inter eos suscepimus nideri posset. Finitime quoque gentes constanter hunc regem amabant, pacem innuolatam cum eis seruantes. Palestini etiam ordinaria tributa persoluebant, & Arabes annuos sexcentos triginta agnos, paremq; hædorum numerum. Iunivit etiam magnas urbes ac ualidas, & exercitus armis bene instructos contra hostem aluit: ex tribu Iude scutatorum trecenta milia, quibus præerat Edraus, Ioannes uero ducentis milibus. Idē dux habebat ex tribu Beniamitica sagittariorum peditum ducenta milia: aliis præterea dux nomine Ochobatus ducebat centum octuaginta scutatorum milia, absque militibus qui per oppidorū presidia fuere dispositi. Duxit deinde filio suo Ioram Schabi d. cem tribuum regis filiam Gotholmam. Cumq; libuisset ei Samariam innire, benignissime ab Schabo exceptus est,

O 2 atque

atq; etiā militia quae suum regē constitabatur, publice exhibito frumento, uino & carnibus. rogatusq; est ab Achabo, ut cōtra Syrorum regē arma cū eo cōiungeret, ad recipienda urbē Ramathā in regione Galaditica, quā de ipsius Syri patre ceperat. Iosaphato uero auxiliū pollici-
zo, qd nō minorem haberet exercitum, & Samariam accitis à Hierosolymis copys progesi ex-
tra mœnia duo reges & sedēte in suo quisq; sa-
lio, stipendia militibus numerabantur. Iosaphatus
uero cōsebat si qui prophetæ essent accersendos,
& cōsulendos de expeditione que cōtra Syrum
parabatur, an & illis uideretur eo tempore su-
scipienda. Et enim Achabo amicitia cum Sy-
ro intercedebat triennio continuo, ex quo capiū
cum dimiserat usque in illam diem.

Achabis à Syris bello lacesitis in prælio ui-
sus occiditur. C. A. P. X.

Achabus uero accitis suis prophetis nume-
ro quadringēris iussit eos ex Deo scitari,
an daturus sit regi bellum contra Adadū mo-
uenti uictoriā, & urbis dominiū proprie quā bel-
lum instaurare placuit. Prophetis uero bellum
suadentibus, uincendū enim Syrū, & in potesta-
tem uenturum, quē admodum anteā: Iosaphato
subsoluit fucus ex eorum uerbis, & qd falsi uer-
tes essent: percontatusq; est Achabum, num
quē alium præterea prophetam habeat, ut cer-
niat etiam futura præscire haleat. Respōdit ille,
Esse

Esse quidem & alium, sed sibi inuisum, q̄ malū
 enemū prædicat, foreq; ut ipse à Syrorū rege oc-
 cisus pereat: & ob eā causam in carcere cū nūc
 esse inclusum: cū uocari Michæa temble& filiū.
 Iosaphato uero postulatae cū produci, missus en-
 bicularius prophetā adduxit: qui inter cundum
 ei indicauerat, ceteros omnes prophetas uicto-
 riā regi prædicere. Respōdit uates, sibi nō licere
 cōira quā Deus moneat mentiri, sed dicturum se
 quicquid ex eo de rege cognouerit. Voi uero ad
 regē peruenit, adiuratus ut uera loqueretur: ait
 sibi Deū ostēdisse Israélitas fugiētes. & inseque
 tibus Syris dispersos, nō alius quā greges subla-
 tis pastoribus. Hoc quoq; significare Deū dice-
 bat, q̄ ceteris incolūmibus redeuntibus. solus
 Achabus in prælio cadere dibeat. Hæc loquunto
 Michæa, uersus ad Iosaphatū Achabus: Nō-
 ne, inquit, modò tibi dixi quām male mihi uelit
 iste? Michæa uero cōstanter assuerante, se nihil
 nisi iussu Dei prædicere, illum uero spe uictoriae
 solicitari à pseudoprophetis ad bellū, in quo ipsi
 cadendū sit, rex attētus cogitare cœpit. Interea
 Sedecias quidā unus ē pseudoprophetis in mediū
 progreditur, negās curandi quid Michæas gar-
 riat: nihil enim ueri cum prædicere: arguento
 esse prædictionem Heliæ, qui sine dubio melius
 quam iste futura cerneret. illum enim prædictis-
 se, apud Iezraelā in Nabuthi suburbano lam-
 bendum à canibus regis sanguinē, quādmodum

lampissent cruorem Nabuhi opera ipsius lapidati à populo. Perspicuum igitur esse istū mentiri, qui longè præstantiori prophetae non uera erat contrarium dicere, quod periturus sit rex ab hinc die curia: sed mox fore euidentius etiam quā uerax sit, aut asflatus diuino spiritu. Percussum, inquit, à me in facie, aresciat mihi dexteram, sicut Iacob fecit Hieroboamo, cùm comprehendendi eum prophetam iussisset, puto enim te audiuisse, quod hoc ita factum sit, & cum dicto infixu ei lapam: cumq; ei nihil mali propter hoc accideret, securus iam Achabus non amplius dubitauit copias contra Syrum ducre: uincentibus enim, opinor, fati uis, plus fidei falsis quam ueris prophetis astruens, & causas ad futurum euentum præstenuens. Sedecias uero aptatis sibi ferris cornibus, dicit Achabo, Deum significare uentilandam cornibus uniuersam Syriam: Michæa contrà assuerante, breui fore, ut Sedecias è cella in cellam fugiat latreras queritās, ne luet penas uaniloquij: iratus rex, iubet cum apud Achamoneum magistratum urbis haberi in custodia, nec aliud quicquam præter panem
 x v. & aquā ei præberi. Atq; ita duo reges uersus Ramaiham cū copijs profecti sunt: quo auditio rex Syrie cum exercitu eis occurrente, non procul à Ramaiha castra posuit. Conuentū autem erat inter reges socios, ut Achabus priuato habuerit uersariar in prælio, Hierosolymitā

3. Reg. 22.

nus

nus herò sumpto Achabi cultu staret in acie,
quo facilius Michæe nemicum eluderent: sed
inuenit eū fatum etiā sine insignibus. Adadus
enim mandauit per tribunos militi, ut neminem
alium occiderent, sed solum regem Israëlicarū.
Syri uero primo cōgressis uidentes Josaphatum
stantem ante aciem, rati esse Achabum, impo-
tu facto eū circūuenerunt: sed postquam è propin-
quo cognoverunt esse aliū, omnes se retro recepe-
runt: & mane autē usq; ad uesperam pugnantes,
& uincentes occidibant neminem, sicut eis mi-
datum fuerat, solum Achabum ad necē que-
vendo, nec tamen inueniendo. Tandem unus ex
Adadi famulis Amanus nomine missa in in-
certum sagitta, regē per thoracē in pulmonē san-
ciat. Achabus autē noluit hoc scire suū militē,
ne terga uereceret: sed aurigam iussit currū ex-
tra prælium cūchere, quod graue ac lethale uul-
nus acceperit. Cumq; uehementer cruciaretur,
perstittit tamē in currū usq; ad solis oœubitum,
& tandem proflusio sanguinis viribus defi-
ciens inter̄it. Iamq; appetente nocte Syri se in
castrare recipiunt, & quamprimum per caducas
torem de Achabi morte cognitum est, solutis
castris domum quisq; reuerterunt. Cadaver regis
Samariā relatum, illuc sepulture traditur. & cū
currus regius cruore fœdatus ad Iez̄ traſonem
esset ablatus, ueritatem Heliæ prædictionis cuen-
tus comprobauit. Canes enim lambebant eius

O + sanguis

sanguinem, & mcretrices posthac ex eo fonte aquabatur. Mortuus autem est apud Ramathā, iuxta Bīschea uaticinii. Ergo quoniā utriusq; prophetæ prædictionē euentus cōsecutus est, uenit rādi sunt illorū oracula, eisq; semper plus oportet tribuere, quā eorū qui ad gratiam loquuntur sermonibus: nec aliter existimare, quām q̄ nihil sit illis utilius, quādoquidē per ea diuinitus monemur quid caueri debeat. Quin & ea reputatio hoc loco subit animū, q̄ insuperabilis fit fati necessitas, quæ etiā presciatur, præcaueri tamē nō potest: sed tā diu homines sibi uana spe blandiuntur, donec in illius casses incident: nam hoc quoq; Achabo fatale fuerat, ut prænūciatibus cladem non crederet, & à prophetantibus ad gratiam deceptus in mortem rueret: cui in principatum Ochozias filius succedit.

F L. I O S E P H I A N-
T I Q V I T A T U M I V-
D A I C A R V M L I B E R
N O N V S.

Ioramus Achabi filius Moabitæ bello petitos superat. CAP. I.

4. Reg. 3.

1. Par. 19.



OSAPHATO autem regi post suppeditas contra Adadū Achabo latas Hierosolyma reuerteti propheta Iesus occurres, reprehēdit eū, q̄ cum homine impio & scelerato arma cōinxisset:

xisset: Deū enim indignè tulisse hāc societatē, ser
 uasse tamē eū propter suā bonitatē, licet male,
 quod nō debuerat. fecerit. Post eā admonitionem
 rex supplicationibus & sacrificijs Deo cōcilia-
 to, uniuersam suā ditionē perlustrauit, populum
 leges diuinis per Asoyscm traditas, & cultum
 pietatis docēdo: cōstitutisq; oppidatim magistris
 tibus, hortatus est eos, ut solus iustitia respectu
 habito ius populis diceret, nec muneribus corru-
 pti, nec magnatū aut diuitū captates gratiam:
 omnibusq; quod æquū est redderet, scieies q̄ etiā
 occulta Deus inspiciat. Hæc cūm per singulas
 duarū tribuū urbes docuisset, Hierosolyma reuer-
 sus, hic quoq; indices ē sacerdotū ac Zeuitarum
 ordine, & ē primatibus optauit, & hos prius
 monitos, ut iustè & accuratè iura populo red-
 derent. Quòd si grauiores cōtroversia diffirre iur
 ad eos ex alijs cognatis urbibus, de horum nego-
 tijs maiore etiā diligentia decerni uoluit: q̄ eam
 urbē maxime & uitatis seruantē esse deceat, in
 qua & templum simul haberetur & regia: eis
 summos magistratus ex amicorū numero prae-
 posuit. Amasiam sacerdotem, & ex Iude, tri-
 bu Zabadiam. Per idem tempus Moabitæ &
 Ammanitæ cū Arabum auxilijs bellum infe-
 runt, & ad Engaddā urbem Asphaltite la-
 cui uicinam castra metantur, trecentis stadijs à
 Hierosolymis disiitam, cuius ager egregia pal-
 meta fert, & balsamum. Iosaphatus autem cūm

O S audif

audisset hostes superato Iacu in regnum suum
 iam irrupisse, territus concionem aduocat, &
 ad templum uersus Deum inuocat, ut tantum
 mirum & roboris ei surgerat, quantum satis sit
 ad sumendam de hoste pœnam audacia. In hoc
 enim templum id exstruclum a maioribus, ut
 quoties ab externo hostile immineat periculum,
 ibi populus coram numen presens inuocet, diui-
 naq; ope adiutus inuasores suos male multa-
 tos arceat, uolentes que simel diuina munifi-
 centia contigere, per uim ad se retrahere. Sic
 precarius est lacrymans, accedente eodem totius
 populi cum uxoribus & liberis supplcatione.
 Ibi Iaziel quidam propheta exortus a media con-
 cione exclamat, Deum preces exaudiisse, &
 ipsum pugnaturum se polliceri pro sua relig-
 gionis hominibus. Mox edicit ut in crastinum
 se parent, ituri obvia hostibus, & occursum eiis
 Engaddam inter & Hierosolyma, ad quendam
 elatum, cui nomine Sis, nocte iudebris significante
 eminentia. Ibi non fore opus ut cum hoste cōfigat,
 sed pugnare tam pro se Deum quieti ipsi spe
 Etatores cōsiderent. Post hoc oraculū rex &
 totus populus prostrati in faciem gratias agendo
 adorabat Deum, & Lenite organis suis hym-
 nos canebant. Diluculo uero progressus rex in
 solitudinem subiecta oppido Thebea, admonuit
 multitudo credendum esse predictioni propheti-
 ea, & non struendam quidem aciem, sed in primo
 agmine

agmine constituendo sacerdotes cum iubis, &
 Zenit. as cū canoribus, agendasq; Deo gratias,
 non aliter quā liberata ī ab hoste patria. Ple-
 cuit omnibus regis consilium, idq; mox etiam
 exsequenti sunt. Deus uero terorem & conser-
 vationem immisit. Ammanitu & eorū socijs,
 ita ut alij in alios ruentes hostiliter in se inuicē
 debaccharentur tanto furore, ut ne unus qui-
 dem ex tot milibus reliquies fieret. Iosaihas
 uero prospiciens in uallē in qua castra hostiū
 fuerant, cum rotam uidelicet referiam cadaueri-
 bus, latius tam in opinatio dei auxilio, quēd sibi
 citra sudorem & sanguinem uictoria contigis-
 set, permisit suo vulnī castra drepere. & spo-
 liare cadaueras: tantaq; fuit multitudine, ut agrē
 per integrum iridum omnia spolia legerent.
 Quarta uero die congregatus totus populus in
 quandam conuallem, potentiam & auxilium
 Dei debitissimē concelebrauit laudibus: à quo fa-
 esto postea locus nomen mucnit, ut in perpetuum
 Conuallis laudationis appellatus sit. Inde reuer-
 sus cum exercitu rex Hierosolyma, per aliquot
 dies in sacrificijs occupatus fuit, ac epulis. Quin
 & in exteras gentes tam mirificae uictorie fa-
 ma perlata, eam regi sanctitatis ac pietatis opī
 nionem cōciliavit, ut res eius sub diuini numinis
 tutela esse pro comperto credarent: mansitq; usq;
 extremū eius diē hęc persuasio. Erat autē ami-
 cus & Achabi filio, qui tū Israēlitis prærat:

CHM

cum quo inita societate paradarum nauium, quae
merces in Pontu peterent, ac emporia Thracie,
iactura fecit haud minimam. Nauigia enim ab-
sumpta sunt naufragis, quod non bene regeren-
tur pro magnitudine. Quo factu est ut hac cura
nacauerit in posteru.

Iaq; haclenus de Johesaphato. Achab uero filius Ochozias regna-

uit apud Israëlitus, & regiam Samariam, uir pef-
simus, & uiriq; pareti omnino similis, & Eze-
roboam primi Israëlitarum seductoris amulius.
Eius regni anno secundo Moabitarum rex defe-
cit, & tributa quae patri eius solitus erat, pen-
dere amplius directauit. Accidit autem O-
chozias de solario domus sua descens per gra-
dus prolabetur, morboq; ex hoc casu cōtracto
accaronem ad Myiodis (id Deo nomine erat)
oraculum scitaturus de incolumente mitteret.
Hebraorum uero Deus Elias propheta mādauit,
ut nuntijs ab eo missis occurres percōtaretur, an
Israëlite propriū Deū nō haberet, quandoqui-
dem rex ad alienum mitteret de salute interro-
gatueros: iubaretq; eos reuerti, & regi dicere, eū
non renualitur. Quod quū Elias fecisset, nuntiij
his audiis confessim ad regē reuersi sunt. Quo
demiratē celeritatē redditus & causam queren-
te, diuī sibi occurrisse uirū quendam, & uenisse
ulceriū progredivi: iussisseq; renuntiarēt suo regi
Israëlitarū Dei nomine, quod morbus in peius
proficiet. Rege uero inbente ut sibi figurā homi-
nis il-

nis illius designarēt, dicebat hominē esse hispi-
dum, & cingulo coriaceo præcinctum. Qui cū
intellexisset Heliā per hāc descriptū à nuntiis,
misit ad eum attrahendū centurionē cum quin-
quaginta militibus. Is repertū in montis uertice
descendere iussit, & ad regē uenire. In hoc enim
se missum, ut ni sponte sua faciat, ut coactum eō
pererahat. Ille præfatus se prodigium editurum,
quo uetus prophetā nosceretur, & igne ad suas
preces calitus misso, ipsum unā cū militibus con-
flagraturū, malū hoc eis imprecatus est: moxq;
candens turbo delatus centurionem & eius co-
mitatum perdidit. quorum clade ad regem per-
lata, iratus alium centurionē cum totidem mi-
litibus ad Heliā mittit: qui & ipse cū prophetā
minatus uim esset, ni uolens sequeretur,
& hunc ad preces eius ignis absumpsit quem-
admodum alecrū. Quo cognito rex misit tereū:
Is quod effet cardatus et māsueiis moribus, post-
quam peruenit ad locum ubi tum erat Elias, et
amicū eum salutauit: Non ignoras, inquit, quod
ut regis mādato parcam, innitus ad te uenio, si-
cū & illi qui ante me uenerunt. Misertus igi-
tur mei & horum milium uolens ac libens de-
scende, nosq; ad regem sequere. Tum Elias de-
lectatus uiri ciuitate & modestis moribus, de-
scendit ac secutus est. Perductus dēinde ad re-
gem, afflatus numine, Hæc, inquit, dicit domi-
nus: Quia me pro Deo nō habuisti, quē de mor-
bo tuo

bo tuo ueri nihil prædicere posse putasti, & ad eum qui Accaronitis colitur de ualeudine cōsulendū misere maluisti, scito te morieuru. Nec multum exinde tēpus elapsum, dum ita ut Helias prædictis deceperet, Ioram fratri succedenti locum fecit, homini patrē cum alijs uitij, tum maximē impietate referēti: Omissō enim sui Dei culu, touū se externis religionibus dedidit, sicut alioqui nō ignarus, & ad res gerendas satis industrius. Hoc regnāte Helias ex hominibus exēptus est, nec in hodiernum usq; mortalium quisquā scire potuit, quis'nam fuerit eius exitus. Discipulum reliquie Eliseum, sicut iam antē diximus. De hoc Helia et Enoch qui fuit ante uniuersale diluvium, in sacris libris legimus quidē exemplis esse cōsuetudine mortaliū, mortuos tamē esse nemini unquā fuit cognitum. Ceterum Ioramus accepto post frātrē

11. regno, Moabitā regi Misā bellī inferre statu. Reg. 3. tuū, tributū nolēti reddere, quod Achabo patrī amea soluebat intonsarū pecundū annua ducētā millia. Ergo postquā domi parauit exercitum, Iosaphatū quoq; per nuntios solicitauit, ut quādoquidem amicus esset paternus, auxilia mitteret parati belli cōtra Moabitas, qui tū recess à suo regno defecerāt. At ille nō se solūm uētrūm auxilio promisit, sed idam corū etiā regē, si bi obnoxius in eā expeditionē periracturū. Iordamus ubi renuntiarum est ei de talibus auxilijs, uenit

uenit Hierosolyma, et splendide ab eius loci rege exceptus, cum de cōmuni sentētia uisum esset per Idumæa deserta, quā minimè hostis expectaret, iter facere, cū alijs duobus regibus Hierosolymis profectus est, uidelicet cum hospite, et cum rege Idumæorū: et circuitu facto die septima ducibus itineris aberratibus, in tantā iumenta et milites aquarī penuria inciderunt, ut omnibus tantū nō desperatibus, Ioramus doloris inspatiens exclamaret ad Deū, quā nā sua culpa tres reges sine p̄alio in Moabitarū regis manus traderet? Iosaphatus cōtrā, ut uirū pium decibat, consolabatur eū: iussuq; perquiri, nū quis in exercitu propheta adesset, per quē quid faciendi Deus posset cōsuli: et indicāte quodā famulū, uidiſſe sc̄ ibi Heliæ discipulū Elifæū sap̄hati filii, suā Iosaphati tres reges ad illi uadūt: quāmīq; ad illius tabernaculum uenissent, quod sortē extra caſtra fixerat, rogalat̄ quid futurū esset de exercitu p̄cipue Ioramus. At ille iussit ut absisteret, nec molestus esse pergeret, sed potius patris ac matris prophetas cōſuleret, illorū enim esse ueridicos rex precibus urgebat, ut responsam daret, et periclitates scrūaret. Si ille tunc uirū se ei nō fuisse responsurum, nisi hoc saceret in gratiā Iosaphati uiri probi et p̄iū. Accito deinde psalme quodā, sic enim uates postularū, eo psall nre correptus dū no ſpiritu, iussit reges in alio torrentis multas fossas facere,

cere, nam absq; uento & pluia uisuros alueum
repletū aquis, ita ut militi & iumentis abunde
potu suppetere, nullum amplius à siti periculum
timeatur. Nec hoc solū, inquit, uobis à Dō con-
tinget, sed & copias hostium eius ope profliga-
biiis, & arbores excidetis, & regionē uastabi-
tis, & fontes ac riuos obturabitis. Hac loquuto
propheta, sequenti die prius quam sol oriretur
torrēs magno impetu ferri cœpit, auctus imbr-
bius qui in Idumcam triū dierū itinere inde di-
stantem demissi fuerant, ut & iumentis & mi-
liti largissima adesset potus copia. Rex autem
Moabitarū ut audiuit tres reges contra se ad-
uentare, à deserto inuasuros, excita omni sua
militia, iussit eos in foribus occurrere, ne clam in-
ditionē suā impetum facerent: qui uidentes exo-
rientे sole aquā in torrēte (nō procul enim à ter-
ra Moabitide aberat) colore sanguinem, & co-
tempore maximè aqua radīs illa ruulet, falso
opinati sunt hostes propter suim in semetipso
arma uertisse, et eorū sanguinem per torrentē de-
fluere: & cum hac persuasione regē suū adeun-
tes, rogabant ut eos ad diripienda hostilia ca-
stra ire permitteret: quo impetrato ructies uelut
ad paratā prædam, ad iubaeorū castra peruen-
tiū. Sed ualde eos sua spes frustrata est: Coori-
tibus enim in eos undiq; hostibus partim cisi
sunt, partim dispalati fugiendo agrē in terram
fiam euascent. Reges uero agros Moabitarum
ingressi-

ingressi, diruis oppidis totā regionē prædis abatibus exhaucrunt, & rura eorū glarea torrentis opericrūt, et optimas quasq; arbores exciderūt, fontesq; aquarum obturauerunt, mœnibus ubiq; solo aquatis. Rex ipse compulsius in quandā urbem, & obsecfus, uictus ne expugnata illa caperetur, erūpere cum septingentis equitibus tenet, qua parte negligentiores excubiae uise sunt: quod ubi præter spem nō successit, in urbem reuersus rem extremā necessitatī & desperationis aggreditur: seniorē enim filium, qui regni successor destinatus fuerat, produclum in mœnia, toto hostili exercitu inspectante holocausta Deo sacrificat. Reges uero hoc uiso tamā necessitatē miserati, & humanarum uicissitudinum memores, soluta obsidione domum quisq; suā reuersi sunt. Iosaphatus uero post hanc expeditiōnē pacatus quidē, sed nō diu Hierosolymis superuixit, exacto uitæ anno sexagesimo, regni uigesimoquinto: sepultusq; est in ea urbe magnifice, quemadmodum Davidis imitatorēm sepeliri decuit.

Ioramus Hierosolymorum rex principatum adeptus fratres & paternos amicos interfecit. CAP. II.

EFiliis quos cōplures reliquit superslites, Ioramus natu maximus pars uoluntate in regni successit, cum Israclitarū rege commune nomen habens, uxoris sue fratre, qui Achabī suū filius, & cum recess a Moabito bello sa-

mariam reuersus Heliſcum ſecum adduxerat: Eius prophetæ res memorabiles è ſacris libris
huc traſcriptas in ſerere noſtra narrationi ope-
re preſtium duximus. Obediens uxor, qui Achabi
diſpensator fuerat, tunc uidua Heliſcum adiijt,
dicens nec iſum ignorare quod ea perſecutione
qua Izabela in prophetas ſauiebat, maritus
eius centū ex eo numero ſcrudauerat: quos ut ale-
re clam poſſet, multū aris alieni coſtraxerat: nūc
illo deſuncto, creditores & iſam & liberos in
ſeruitutē uelle rapere: qua propter orabat ut ob
hoc mariti benefactū eius miſeritus opē aliquā
preſentē afferret. Quo ſcītāte, ecquid domi ha-
beret: nihil ſe habere ait, praeter olei paululū in
fidelia. Tum prophetā iubet illā ire, & accepis
coſmodato à uiciniſ uacuis uafis cōpleribus, fo-
ribusq; cubiculi clauſis, in omnia oleū id inderet.
Deum enim repleturum omnia. Peruit mulier,
& repleta ad unum omnibus, ad prophetā re-
uera ſa. rem totā illi retulit. Ille coſuluit ut diuen-
dito oleo, debitu creditoribus redderet. aliquan-
tum enim de olei preſio ſupereore, quod ad libe-
rorum alimēta ualeat: atq; in hunc modum mu-
lier à creditorum moleſtia liberata eſt. Id ē Io-
ramum per nuntioſ admonuit, ut locum quendā
caueret, in quo à Syris, occidere eum uolentibus,
inſidie poſita fuerint. Quo factū eſt, ut ille pre-
4. Reg. 6. monitus uenatum non iret. Adadus autē fra-
ſtratis inſidijs indignatus eſt, ratus à ſuis dete-
ctis: C

Et. 15: Et vocari domesticis per conuictum proditores appellauit, minatus etiam morte, eo quod rem solis creditam hostis per eos cognouerit. Quodam autem respondente, non recte eum facere, quod prodictionis amicos insimularet, et suspicaretur ab ipsis detectos qui ad hostem intercipiendum missi fuerat: sed scire debere, quod Helisaeus propheta nihil non indicet, prodaique; uel occultissima consilia: iubis eos pernicios explorare, in quaenam urbe Helisaeus habitat: renuntiatumque est ei apud Dothaim hominem degere. At mox illuc aliquot equitum turmis misit cum curribus, qui Helisaeum comprehendenderent, qui noctu urbem circumuentam circumquaquam custodiebant. Diluculo autem minister prophetare cognita, quod hostes uellent eum capere, trepidè accurreret hoc illi indicat. At ille famulum ponere metum, et bono animo esse hortatus est, et ipse interim securus et fides diuino auxilio, roganitque Deum, ut ad confirmatum famulum presentem se et auxiliatorum ostenderet. Tum Deus exoratus speciem magni equitatus et curruum circa Helisaeum famulo uidendam exhibuit, ita ut animatus his suspectis nec ipse quicquam timeret amplius. Post hac uates iterum Deum orauit, ut obscuraret oculos hostium, caligine immissa praequa agnosceret ipsum nequeant: et impetrato hoc quoque, dedit se in medium illorum, interrogans quem quarentur: quibus respondensibus, Helisaeum prophetare

se querire, pollicitus est hunc se traditurū eis, si
 ad urbē in qua esset ipsum sequerentur: atq; ita,
 ut qui ex oculis et mēte à Deo cæcati fuerāt,
 ducentē incunctanter fecuti sunt: quos ubi Sa-
 maria perduxit, Ioramū regē iussit portas clau-
 dere, et Syris suum militē circumdare: precibus
 deinde rursum ad Deum missis imperat, ut ho-
 stium oculis catilinē illā tollere: at illi recepta
 oculorū acie, cōclusos sc̄ animaduertunt in me-
 dijs hostib⁹: cumq; attoniti et inopes consiliij
 harerent in tam prodigioso negotio, rege qua-
 rcnte ex propheta, an iaculis eos deberet confi-
 gere, id quidem facere uetus: solos enim bello su-
 peratos hostes occidi fas esse: at hos ne laſa qui-
 dem ipsius ditione, Dei uoluntate et potentia
 ignaros omnium eō loci esse productos: consuluit
 igitur ut hospitali mēsa reſectos incolumes abi-
 re permitteret. Itaq; Ioramus propheta monitis
 obsequens, liberaliter ac splēdidè tractatos Sy-
 ros, ad regē eorū Adadū remisit. Illi renuerſi
 omnia que eis cōsigere suo regi renuntiant: qui
 in tanto prodigo manifestam Dei potentiam ad-
 miratus, simulq; uatis diuinitatē, nihil posthac
 contra Israēlitarū regē clam molitus est: sed de-
 creuit aperto marte rē gerere, potentiorē se ru-
 tuis, et numerosioris exercitus dominū: compa-
 ratisq; ingentibus copijs, uniuersas contra eum
 educit: qui putans se impare, si collatis signis res-
 ferro gerenda sit, intra Samariā se cōtinuit, fre-
 tus urbis

eus urbis munitionibus. Adadus uero cogitās,
 si nō machinis fame tamen eam se in potestate
 redacturā, oppugnationē aggreditur. Tanta au-
 tem Ioramus laborabat rerū inopia, ut propter
 nimiam indigentia intra Samariam ueniret o-
 fluaginta denarijs argenteis caput asini, &
 quinque denarijs Hebrai colubini stercoris scx-
 tarium uice cōdimenti emeret: nihilq; magis ue-
 rebatur rex quānc quis fame adactus, & non
 ferens inopiam, urbē hostibus proderet: quamobrē
 per singulos dies obibat ipse mœnia & excu-
 bias, dīspiciens, ne quis in urbē clam admittere-
 tur, & singulari diligētia huiusmodi occasiones
 adimēs. Cūq; mulier quedā exclamasset, Misere-
 vere domine, putans eā aliquid cibi petere, com-
 motus ira male precatus est ei, negās sibi esse uel
 areas nel torcularia, unde ipsi impartiri posset
 aliquid. Illa uero dicente nihil se eiusmodi pete-
 re, nec ob cibū molestā esse, sed ut litē inter se &
 aliam mulierē finiat: nubet quid rei sit expone-
 re. Mulier ait se cū amica quadā uicina pactā,
 ut quandoquidē nullū aliud adsit cōtra famem
 remediu, ingulatis infantibus (nam utriq; erat
 filiolus) unū atq; alterum diem hoc cibo se ale-
 rent. Se prius suū occidisse, quo hesternā die con-
 sumpto in cōmune alimoniam, alterā illam mulie-
 rem à pacto discedere, & suū abscōdisse filium.
 Perculsus uchemēti dolore Ioramus uictem sibi
 conscidit, & exclamans hoc demū difuisse ad

calamitatū summā, ira cōtra prophetā accen-
ditur, tollendū dicitas qui in tatis malis nullū
dignaretur à cōcliti numine impetrare subsidiū:
confestimq; mutat qui caput illi amputet. Et il-
le quidē ad eadē eius properabat, Heliſcū uero
regis ira nō latuit: sed domi sedens cū discipulis,
Ioramus, inquit, homicide filius misit qui ca-
put mihi adimat: nunc aduentū eius obscruate,
ut dum erit pro foribus opponatis nos, & obie-
ctis foribus illum remormini, mox enim rex ipse
aderit, mādati iam pœnitēs. Illi ita ut iussi sunt,
hominē uenientē excludunt: moxq; Ioramus ad
se reuersus, et ueritus ne cedes acceleretur, quā-
cum potuit, ad Heliſcū properat, interiectu suo
cohibitus missum à se hominē, & uare peri-
clitante seruaturus. Quo ut uentū est, incusare
eum coepit, quod in tatis calamitatibus se cū ci-
uibus despiceret, nec ulli à Deo peteret remediu-
m. Tum propheta promittit, in eastrum eadē ho-
ra, qua tum rex ad se uenerat, futurā magnam
rcrum ad uictum necessariarū abundantiam, ita
ut publicè in foro uno scilo ueniret satū similes,
& uno aequo scilo duo sata hordei. His dictis
rex cum suo comitatu supra modū exhilaratus
est, propter expertā toties prædictionū fidē, tam
quoniam nihil addubitas, & præsentē difficultate
spe futuri sublenas. Amicus autē quidam re-
gus urbi e copiarū eius parti præpositus, cui tu
rex forte familiariter inuocabat, Nō credibili-
ta, inquit,

inquit, polliceris mi uates, & sicut absurdum sit
 sperare simile ac hordei pluia, ita nec quod tu
 dicas mihi sit uerisimile. Tum propheta: V. debis 4. Reg. 7.
 ipse, ne dubita, sed uidib[us] modò, non fruēris etiā,
 Hac prædictio effectum talem habuit. Mos erat
 apud Samaritas, ut lepra impurati extra mœ-
 nia degerent: & tum quoq[ue] quatuor numero hac
 de causa extra portas habebant domicilium. Si
 cum propter sauitentē famem nihil ex urbe cibo-
 rum acciperent, & siue in urbē redditus darentur,
 siue domi se conicerent, fame sibi percutendū cer-
 tò intelligerent, decreuerunt se hostibus committ-
 ere: ut siue eis parceretur, uiherent: siue scuire
 hostis mallet, certè leuius mortis genus incurre-
 rent. Hæc sententia postquam comprobata est, no-
 tis eunt ad castra hostium. Ea nocte Deus Sy-
 ros exterruit, immisso in aures eorum sonitu quasi
 currum & armatorum aduentantium, adeò ut
 crescente magis ac magis suspicione constitutis
 è totis castris ad regem suum cōcurrerent, dicen-
 tes adesse reges à Ioramo conductos, regē Aigy-
 pti & regem insularum: iam enim exaudiri so-
 rum strepuum. Hæc nunciantibus Adadus cre-
 didit, quod & ipsi aures in ani sonitu pulsaretur
 ut cœcris & per summam trepidationem omnes
 sine ordine ad fugam se expediunt, reliquisq[ue] in-
 tra castra & equis, & iumentis, & duilijs
 maximis totam spem salutis in fugiendo collo-
 cant. Leprosi uero illi Samaritæ uenientes in

castra syrorū in ipso ualli aditu ingens silentiū
 & magnā rerum copiam deprehēdunt, progres-
 siq; ulterius, & ad unum quodpiam tentorium
 delati, postquam ne unum quidē adesse uiderunt,
 refecti primum cibo ac potu, ueste & multo au-
 ro se onerant, eā prædam extra uallum elata in
 quodam loco abdunt: mox alterū tentorium ag-
 gressi faciunt similiter ut prius: idq; quater fece-
 runt, nemine interim cōspecto. Vnde facile conie-
 ctantes de abitu hostium, damnabant suam ne-
 gligentiam, quod non hac foramo & ciuibus in-
 dicassent mox à principio: qua propter ad mœnia
 Samariae properant, & inclamatim custodibus
 discessum hostium eis significat: illi porrò excu-
 bitoribus regys idem renunciāt. Rex cognito ne-
 gotio amicorū & ducum consilium aduocat: ait
 rem sibi suspectam, ne asili simulato abitu syri
 sibi insidias struant, desperantes fame urbem ex-
 pugnari posse: ut si ad diripienda castra quasi
 fuga desertia procurrant, repente coorti ex his di-
 reptoribus urbem etiam facile occupent: quare
 suam sententiam esse, ut diligenter eā contra in-
 sidias maniant, & cauti sint, neq; temerè credi-
 za fuga hostiū procurrendo periculo se obijciāt.
 Hoc consilium quidam laudauit ut prudens, addi-
 ditq; sibi uideri mittendos duos equites qui omnia
 Jordancem usq; explorent: quib; si forte intercipian-
 tur, cautiores fore caeteros, ne & ipsi temerè pro-
 gressi circuueriantur: nec duorum equitū fore gra-
 hem

uem iacturā, quos fortassis alioquin famis absu-
 meret. Id regi placuit, & euestigio miseri qui o-
 mnia despicerent: illi renunciāt, nihil se per utram
 reperisse hostium, sed passim iacere arma iacta-
 ta, & frumentum reliquiasq; sarcinās, quo expe-
 ditiones fugerent. His auditis, rex multitudinem
 ad castrorum direptionē emittit: nec fuit uulgaris
 præda, sed auri & argenti plurimū, & na-
 ria iumentorum genera: præcerea tāum inuenie-
 runt frumenti ainq; hordei numerū, quantum nec
 in somnis sperare poterant, ut mox omnes præte-
 ritæ famis oblinio caperet: tanta enim fuit abun-
 dantia, ut duo sata hordei siclo emeretur. & co-
 dem precio satum simile, iuxta Helsai uatici-
 num: satum autē continet modium Italicum &
 dimidium. Solus autem hac copia nō est adiutus
 præfetus ille tertie partis militia. constituentus
 enim ad portā a rege, ut cohiberet proruētis mul-
 titudinis impetū, ne se inuicē conculecando obte-
 rent, ipse hoc passus est: atq; ita interīt, quē ad
 modū Heliæus prædixerat, cū prænunciati an-
 nonce abundantiam nollet credere. Rex autē Syro 4. Reg. 8.
 rum Damascū reuersus incolmis, ubi cognovit
 diuinitus immisso terrore, se unā cum exercitu in
 fugā coniectum, & uanū fuisse quod de aduentu
 hostium crediderant, ratu omnino aduersum se
 habere numen, per animi agritudinē in morbum
 etiam corporis incidit: cumq; per idē tempus He-
 liæus Damascum inuiceret, hoc cognito fidissi-

mum è familiariibus suis Azælem honoris cau-
 sa ei misu obuiam, non sine munieribus, scitaturū
 quis'nam futurus esset morbi exitus, & num ena-
 suries esset hoc periculū. Azæl assumptis x l.
 camelis quicquid optimum ager Damascenus
 fert, & quicquid in regia fuit eximiū, in eos im-
 posuit, & obuiam factus Heliſeo, reuerter eum
 salutat, dicens se ab Adado rege missam, ut of-
 ferret ei munera, & de morbo consulteret, num
 quod lenamen sperare debeat: propheta nūcio ni-
 hil mali renunciare iusso, tantū moriturum regē
 indicat: id famulus regius dolenter accepit. Heli-
 ſeus uero flebat, & mulie manabat lacrymis,
 prospiciens quanta mala passurus esset suus po-
 pulus post Adadi obitū. Azæle deinde rogan-
 te causam tristitia, Flco, inquit, quōd me Israē-
 litarū misereat, tam multis à te affidentur cla-
 dibus: nā optimos ex eis interficies, & munitiones
 corū urbes incendes, & infantes ad saxa al-
 lides, & difficabis prægnates mulieres. Azæ-
 le uero dicente, & unde mihi uires ut hæc faciat?
 ait sibi diuinitus significatū, quōd ipse regnati-
 uies sit in Syria. Itaq; Azæl reuersus ad suum
 dominum, melius cum habiturū nunciat: & se-
 quenti die reti unido in eū inieclo, præfocati à se
 regiā occupat, uir alioquin strenuus & graui-
 fuis apud Syrorū ac Damascenorum multitudi-
 nem: quo factū est ut usq; in præsens iam Ada-
 dus quā Azæleius successor diuinis apud Sy-
 rois

vos colantur honoribus, tum propter aliā beneficentiam, tum quia magnifice templis exstructis
 Damascenorū urbem ornatiōrē reddiderint; et oris
 enim effigies quotidianis pōpis honorant, & an-
 tiquitatem iactant, nescientes quod non admodum
 sint veteres, & nondum cētum supra mille anni
 ab eorum aetate intercesserint. Ceterū Ioramus
 Israēlitarū rex audit a morte Adadi, à coni-
 niis paucoribus respirauit, latus tandem aliquan-
 do licere sibi in pace uiuere. Alter uero Iora- v.
 mus qui Hierosolymis imperitans eodem ut dixi 4. Reg. 8.
 nomine censebatur, mox ut principatum iniit, à
 eadibus fratrum & paternorum amicorum po-
 testatē auspicatus, uidebatur cū Israēlitis re-
 gibus certamen suscepisse, ne inferior haberi pos-
 set, quātum ad impietatē attinet, naclus ad hoc
 magistram idoneam Gotholiam uxorem, qua
 fuit Achabi filia, à qua extenorū numinum
 cultū didicit. Et quāuis Deo certum esset serua-
 re que David promiserat, Ioramus tamē indies
 nouis superstitionibus irritare eū, & populi reli-
 gionem depravare nō desstitit. Accidit interim
 ut Idumaei ab eius imperio deficerent, & eo rege
 suo qui Iosaphato haec tenus paruerat, & no-
 nō in eius solium imposito: quam iniuriam uliu-
 rus Ioramus cum equitatū, qui tum ad manum
 erat, & curribus in Idumæam noctu irrupit:
 & exultis uicis finitimiis non est ausus ulterius
 progredi, nec tamen hac expeditione quicquam
 prosecit

profecit, nisi quod plures defectiones secutæ sunt, excutientibus eius iugum & illis qui Labinam regionem incolunt. Tantus autem fuit hominis furor, ut adigeret populum lucos in editis montibus suis descendere, & aliena numina colere. cui sic insanienti & prorsus oblio instituti patrij, affertur ab Helia prophetæ epistola, vindictam Dei minitans, quod contemptio patrum suorum exemplo, ad secessandam Israëliticoru regum impietatem se contulerit: nec hoc contentus etiam Iude tribum & Hierosolymoru ciues impulerit velicta patria religione ad externos ritus desciscere, & effigies hominum colere, quemadmodum & Achabus sibi subditos copulerat: ad haec quod fratres & alios viros bonos ac iustos interfecisset: pœna etiam qualis immineret in eisdem significabatur literis, hostilis manus que in populum regis & domesticam familiam deseniret, nec liberis parcens nec uxribus. Ifsum quoque lento uentri profluvio uexatum, intestinis simul paulatim effluentibus, sero per hoc peccatum agnoscentem, miseram efflaturum animam. atque hoc fuit argumentum epistole, qua illi Helia nomine est redditæ.

Exercitus Ioram deletur ab hostibus, & filii permuti, unico excepto, possemo ipse misera morte tollitur.

C A P. III.

Nec multo post exercitus Arabū qui uetus Aethiopiam incolit, cum alijs Barbaris Ior-

ris Ioramī regū inuadit: qui & regionem omnē,
 & ipsam regiam diripuit, ingulatis etiam uxo-
 ribus eius ac liberis: unicus tantū fuit superstes,
 ager elapsus ē manibus hostiū, Ochoz: as nomi-
 ne. Post hāc publicā calamitatē & ipse in mor-
 bum incidit, sicut ei iam antē prædictū fuerat: id
 malum in uentre eius ingruit, ut manifesto dini-
 ne ira indicio miscrabiliter periret, uide: dens quo-
 tidie per uentre intefina defluere. Quin & popu-
 lus insultauit eius cadaveri, facile inde conie-
 ctans, quām iniussus Deo fuisset homo nefarius,
 nec eū regio funere dignatus iste, nec paterno mo-
 numento intulit. Vixit annos quadraginta, re-
 gnauit octo: populus Hierosolymitanus Ocho-
 z: am in paternum solium imposuit.

Damascenorum rex Israelitarum regem bello
 impetit. CAP. IIII.

ISRAELITARUM autem rex Ioramus sperās post v. r.
 Adadi mortē Ramathā Galadūicā urbem
 se posse recipere, magno prius faēlo apparatu
 exercitum ei admoget. In ea oppugnatione sagie-
 ta ictus à quodam Syro non letaluer, in Aza-
 ram urbem se recepit curādi uulneris gratia, re-
 lieto in obsidione Ramathē toto exercitu, cui
 scum Amasias filium præfecerat, qui illam si
 expugnatam recepit: erat autē ei propositū per-
 curatio uulnere Syros bello aggredi. Interim He- 4. Reg. 9.
 liscaus dato uni ē discipulis suis sacro oleo, misit
 eum Ramatham, ut eo delibutū scum regem ap-
 pellaret,

pellaret, diceretq; se auctoritate diuina regē cum
 eligere, mādatis etiā quibusdā alijs, iussit eū fu-
 gientis more itor facere, nemine abitus eius con-
 scio. Ille ubi ad destinatā urbē peruenit, offendit
 eum fortiē sedentē mediū inter duces exercitus,
 ita ut Heliæus fore pradixerat: accedēsq; ad il-
 lum, ait se cum eo uelle colloqui: & cū surgens
 secutus ipsam esset in cōclauz, iuuenis deprōptum
 oleum in caput eius effudit: Deus, inquit, te regē
 elegit in perniciem Achabi generis, & ut uelcif-
 earis prophetarum viua sanguinc, qui à Iezabe-
 la contra omne fas occisi sunt: ut quē admodum
 prius Hieroboami & filij ipsius Nabadi, ac
 mox Basani familia propter impietate interje-
 re funditus, ita nunc nullā semē māneat reliquā
 ex Achabi genere. Atq; haec locutus ē cōclauz
 se proripuit, nolens à quoquā conspici: Ieus autē
 statim in cōfessum ducū rediit. Percontatibvs au-
 tem illis, qua de causa uenisset iuuenis, & insani
 uideri dicentibus: Ecclē, inquit, coniellurā faci-
 tis: nam insani uerba locutus est. illis uero magis
 etiā exponi sibi quid esset orātibus, regnū populi
 sibi à Deo declarā, ait illum dixisse. Haec ubi pro-
 lochius est, unusquisq; ducum detraxit sibi pal-
 lium, quibus cōgestis in speciem solij, & ipso sit-
 perimposito, tubis & cornibus iusserūt signa ca-
 nere, scum nouum regē consalutantes faustis ac-
 clamationibus. Ille decreuit cū exercitu Iezu dē-
 lam urbem petere, ubi tum, ut iam diximus, lo-
 remus

Ramus curabat uulnus quod in Ramateni oppugnatione accepere: neneratq; eò per officium cognationis etiam Hierosolymorū rex Ochozias, quod esset sororis eius filius, ut quomodo se habeat uulnus iniurieret. Quos ut Ieus repente accessu opprimere, editxit ut è suis militibus nemo Ioramō indicium ficeret: hoc enim eximium fore argumentū, quod bona fide regnū sibi detulerint.

Ioramus à Ieo magistro equitum cum tota stirpe occiditur, & cum eo Hierosolymitanus rex Ochozias.

CAPUT V.

Milites uero Leti imperata faciunt, & omnes vias obseruant, ne quis ad Ioramum illis instīs peruenire, & quid agatur renunciare ualeat. Ieus interim stipatus equitum lectissimis, ad Israēlam sublimis curru properè uenit: quo iam appropinquante, speculator à rege constitutus ut uenientes in urbem obseruet: ubi uidit Icum cum turmis aduchi, renunciavit Ioramō aduentare agmen equitū. Ille euangelio mittit quendam equitem qui occurrat & cognoscat quisnam ueniat. Ad quos ubi accessit eques, rogat quid agatur in exercitu, regē enim scire cupere. Ieus iubet illū nihil de hac re esse sol· citū, & ut sequatur se cū alijs: hoc speculator cum uidisset, renunciat Ioramō equitem illum admixtū agminī iter facere cū illis. Mox & alecrum à rege missum Ieus idē iubet facere: ut uero & hoc per speculatorum

torem Ioramus didicit, postremò ipse consenso
 curru cum Ochoz i Hierosolymorum rege, quem
 ut cognatū inuisendi gratia illò uenisse diximus,
 exiuit illi obuiam: nā lente & cōposito agmine
 Ieus incedebat. Hunc Ioramus in suburbano Nā
 buthi nactus, rogat sat in salua sint res in exer-
 citu: à quo amarulento conuicio exceptus, & ue
 nefice meretricis filius appellatus, facile cogitās
 nihil sani eū habere in animo flexis habenis cō
 pit fugere, dicens Ochoz, & circumuentos se dolo
 ac insidijs: Ieus uero sagitta per cor transfixum
 de curru eū praecepit, mox Badaco tertii & par-
 tis exercitus prefecto imperat, ut caddauer Jordani
 in Nabuthi agrū proyciat, propheticam He-
 lie in mentē ei reuocās, qua patri huius Achab-
 bo prædixerat, fore ut aliquando ipse & eius fa-
 milia in eo loco pereat: id enim se tam ex ore pro-
 pheta audisse, cū post tergum Achabi in eodem
 curru federet: id quod etiam ita ut prædictum
 fuerat euenit. Caso autem Ioram, Ochozias sua
 quoque salutis meuens, currum in aliam viam
 deflexit, latere se Ieum existimans. At ille af-
 fecitus eum ad quandam clivum, sagitta ictum
 suauit: qui relicto curru equum propere con-
 scendit, & continuato cursu delatus est in Ma-
 gedonem oppidum, ubi paulo post ex eo uulnere
 mortuus, relatus que Hierosolyma, illic sepultus
 est, cū regnasset anno uno, patre suo longe sce-
 lerior.

Iesus

Ieus inter Israëlitas regnat apud Samariam , &
post cum usque quartam generationem eius
progenies .

CAP. VI.

IEn uero ueniēte Israëla , Iezabela ornata
regio stans in turri , O seruum egregium , inquit ,
qui dominū suum occidit . Ille suspiciens rogauit
eam quae nā esset , iubens ad se descendere , tandem
eunuchis ipius imperat , ut ea de turri dent p̄a
cipitē : quae inter cadendū cruentatis mœnibus ,
ubi solū attigit ab equitibus cōculata & ob-
trita perīit . Post hæc Ieus ingressus regiam cum
amicis refecit se ab itinere , mandauitq; Iezabe-
le famulis ut ea sepelirent in honorē generis , q̄
nata esset ē regibus : qui nihil reliquā inuenerunt
de cadavere , præter manus & facie , cōsumptis.
cateris à canibus . his auditis Ieus admiratus est
Heli & mentē diuinā , qui eam reginā in hac ipsa
urbe male periturā prædixerat . Et quia septu-
aginta liberi Achabi apud Samariā educa- 4. Reg. 10.
bantur , bimās eò literas Ieus , alteras ad eorū pæ-
dagogos , alteras ad urbis magistratus misit : in
quibus hortabatur , ut quādo quidē arma , uiri ,
equi , & currus illis nō deessent , creato ex eo nu-
mro rege qui per etatē maximē uideri posse
idoneus , in domini intersectores vindicent . Id sa-
ciebat , ut experiretur quomodo samaritæ erga
se anima i essent . Magistratus autē & pæda-
gogi lectis lucris extimuerunt , & cogitantes se
hunc qui duos maximos reges oppræserat , esse
impar

impares, rescripsérunt ipsum esse dominū, se uero
 imperata eius paratos facere. Ille rursum rescri-
 psit, ergo Achabi filiorū capita præcisa ad se
 mitteret. Tū magistratus accersitis adolescentū
 alteribus imperat, ut occisis illis præsepta capi-
 ta ad Iēū trāsmittat. Illi nihil miserti insūt per-
 egerūt, & cōgesta in nasis quibusdā plexilibus
 capita Iesu tēla miserūt. Quæ cū eō perlata es-
 sent, renūtiatur coenati cum amicis regi, adesse
 Achabi filiorū capita. Ille ante portā ex utroq;
 uie latere accruos ex eis insit cōstrui: quo fa-
 elo, diluculo ad ea uisendū progressus, uertit se
 ad populi: Et si ego, inquit, cū coiuratis dominū
 meum interfeci, istos omnes quis interfecit? Vole-
 batq; eis persuasum quicquid Achabi generi
 accidisset, non uolente soliō, sed prænunciante
 etiā Deo saēlum, qui hoc fore iam ante per He-
 liam uatem ostenderat. Deinde occisis quo quo
 etiam apud Israēlitas ex ea cognatione inme-
 nirentur, uersus Samariam iter ingressus est. Et
 cūm incidisset in cognatos Ochozias regis Hie-
 rosolymorū, rogauit quōnam tenderent. Siunt
 se uenire salutatū Ioramum, & cū eo regē suum
 Ochoziam nesciebat enim utrumq; ab eo nec ar-
 dum: ille hos quoq; comprehensos iubet interfici
 duos & quadraginta numero. Paulò post oc-
 currit ei uir bonus & iustus, nomine Ionada-
 bus, uetus amicus ipsius: qui post multuam salu-
 tationē multis uerbis prædicauit eius facinorū,
 quod

quod ex sententia Dei fecerit omnia, dum impiæ
 Achabi familiæ extirpat radicatus. Ieus uero
 suæsit ei, ut cōsenso curru quo ipse uehebatur, si-
 mul intrare e Samariæ: uisurū enim q̄ nemini ma-
 lo parceret, sed falsos uates ac sacerdotes, qui
 populo seducto autores fuerint, relieta patriæ
 religione externa sacra suscipiendo, ad unum
 omnes supplicio dederet: iucundissimū spectacu-
 lum fore uiro bono, inspicere malos datus meri-
 tas poenas ante aliorū scelerū. Paruit regi Iona-
 dabuſ, & eodē curru cum eo Samariam perue-
 clus est. At Ieus quamvis cognatorum Achabi
 diligenti inquisitione facta inibi reperit, omnes
 ad mortem adegit: oumq; cuperet neminem è fal-
 sis prophetis & sacerdotibus profanis euade-
 re, dolo uniuersos circumuenit. Conuocato enim
 populo, ait se omnes Achabi religiones dupli-
 care uelle, idq; ut ex sententia sacerdotum ipsius
 & prophetarum fiat, debere omnes eius ordinis
 ad se conuenire: celebrandum enim solēibus ui-
 etimis diem festum Bali, quo nomine Achabi
 Deus uocabatur: ab ea festinitate si quis sacer-
 dotū absuerit, capitale fore: Dimissis deinde per
 omnem Israëlitarum diuinatione qui sacerdotes ad
 statum diem samariam deducerent, iusserit omni-
 bus ueſtes donari: eis cīm accepissent, uenit in
 adēm ubi erant, ionadabo etiam comitatus, &
 adhibuit qui scrutarentur, ne quis alienus ad-
 mixiſ ſu: nolle ſe dices ut ſacris eorum alienus

Q. 2 ac

ac profanus ullus se se ingerat. Illis uero negati-
bus quenqua talē adesset, & iā sacra sua parē-
tibus aggredi, foris ocluaginta viros è fidissi-
mis armat, quibus mandat ut pseudoprophetas
omnes interimāt, & patrios ritus tā diu negle-
ctos ulciscātur, interminatus quicunq; aliquem
corū elabi permiserit, nūcariū pro illo moriturū.
Illi uero omnes ad unū necauerūt, & regia ipsa
incensa urbē externis sacris profanata purifica-
uerūt. Ille Bal Tyriorū Deus erat, quē Achā-
bus in gratiā Ithobalus Tyriorū ac Sidoniorum
regis socii sui coluit, & cōplo ei Samariae dedicā-
to, & prophetis cū reliquo cultu assignatis: hu-
ius sacris abrogatis Ieus, aureas, tamen uaccas
Israëlis adorare permisit. Nec tamen ingrata
Deo fuit eius in impios animaduersio, qui per
propheta suū significauit, per quatuor genera-
tiones posteros eius apud Israëlitas regnacuros.

Gotholia per summum nefas Hierosolymis regnū
occupat, qua post sextum annum cōfesa pontifex
Ochozie filium regem constituit. C A P. V I I.

V. I. I. D *Vm Ieus homines nefarios in hūc modum*
4. Reg. II. *D* persequitur, Gotholia regis Achabi fi-
lia comprea filij morte & generis sui pernicie,
decrevit etiam è Davidis familia neminem su-
perstititem relinquare, ne quis huius sanguinis
post hac Hierosolymis regnum obtineat: id quod
quācum in ipsa fuit perfecit. Seruatus tamē est
unus Ochozie filius ad hunc fermē modū: Erat
Ochozie

Ochoziae germana soror, Iosabeta nomine, pontifici Ioado nuptia: hæc regiam ingressa, cùm inter cæsorum cadauera latentē nutritis opera anniculum puerum Joasum deprehendisset, ablatū furtim domi in suo cubiculo abdidit et solo marito conscientia sex annis in tēplo clam adiuit, quām diu Gotholia Hierosolymorum et dharum tribuum regnū tenuit. Septimo decimū anno Ioadus cum quinq; centurionibus coniurat, ut communicatis operis ademptum Gotholiæ regnum ad puerum transferant: daraq; et accepta silentij fide spei pleni negotium hoc modo aggrediuntur. Centuriones Ioado ad hoc facinus adsciti per grata tota regione sacerdotes ac Lenitas, et aliquot in suis tribubus potentiores Hierosolyma nomine pontificis euocatos secum adducunt. Ille habere se uile respub. consilium ait, aperirentq; eis, si id apud se continere uelint: opus enim esse non silentio tantum, sed etiam auxilio. Cumq; sacramentū ab eis accepisset, tuò se posse quicquid uillet dicere, producto pueru. Dauidi generis quem alebat: Hic est, inquit, rex uestrer, ex illa natuſ ſamulia, quām ſcitis. Deum prædictiſ regnaueram in perpetuum. Iaq; cenſeo tertiam ueſtrum partem cuſtodiām eius in templo agere, tertia item omnia templi loca opportuna occupare: eā uero que ſuperest, patentē portam qua iur in regiam feruare: reliqua uero multitudine in templo inermis ſit, neq; quenqua

Q3 cum

eū armis intrare finire, qui nō sit sacerdos, p̄c-
 tereā certos ē sacerdotibus ac Zeuitis selectos
 mandauit satellitij more strictis gladijs regē si-
 pare, & si quis armatus in templum irrumpere
 ausit incunctanter occidere, & posito omni me-
 tu seruandi tantū regis curā gerere. Illi appro-
 bato pontificis cōsilio rem statim aggrediuntur.
 Joādus uero aperio armamentario, quod Dauid
 in tēplo instruxerat, distribuit centurionibus &
 sacerdotibus ac Zeuitis quantū ibi hastarū in-
 uenit & pharetrarū, & si quod aliud armorū
 genus aderat: ainq; ita armatos tēplo circū dedit
 cōsertis inuitē manibus, ut ab ingressu quos in-
 teresse nō oportebat excluderent. adductoq; in
 mediū puero, corona regia caput redimitū, & in
 unctū sacro oleo regē pronūciat: populus quoq;
 gaudēs simul & plaudēs faustis acclamatio-
 nibus uitā & uistoriam nouo regi congerminat.
 Tumultus hic & acclamations pr̄ter spē ad
 aures Gotholiae uenientes effecerunt, ut uehemē-
 ter perturbato animo cum satellitio profiliret à
 regia. Vnientem deinde in templum ipsam qui-
 dem sacerdotes admittunt, sed armatos eam se-
 quentes arcuerunt illi, qui ad hoc ipsum templo
 a pontifice circūdati fuerant. Ceterum Gotholia
 postquam puerum uidit in suggestu stantem re-
 dimitumq; corona regia, discissa ueste sua, ma-
 gno clamore iubet interfici insidiatorem, & oc-
 cupatorem tyrannidis. Joādus contrā accitis cō-
 turio

turionibus iubet mulierē arripi, duciq; in terrē-
tem Cedronis, atq; illi cōponas lucre: neq; enim fas
ēsse templū ueneficē supplicio pollui: mādauit
etiā, si quis ei conenteū ferre suppetiā. & ipsum
pariter interimi. Illi iqueā quibus hoc demāda-
tum est, eductam extra portā mulorū regis illuc
interviciunt. Pr̄ uero cōspiratio cōtra Gotholiā
successit. Ioadus cōuocato populo ac militib⁹ in
templū, omnes sacramēto ad fidem regis adagit,
incolūmitati ipsius tuendā, regnoq; augendo da-
tuos operām: eodem iureiurando mox regem
astrinxit ad diuini numēnis reverentiam: & ad
obseruationem legum quas Moyses cœlius ac-
ceptas ad populū pertulit. Post hec ad adam
Bali sacram concurritur, quam Gotholiā cum
m̄rito Ioramō construxerat in uerī Dei con-
tum-siam, & ad Achabi gratiam, eam po-
pulus à fundamentis diruit, & Mathanem qui
rum sacerdotium eius tenuit, trucidauit. Templo
uero curam & custodiā sacerdotibus ac
Leuitis iuxta Dauidis regis institutum Ioadus
commisit, insitq; ut bis singulis diebus solenne
offerrent sacrificiū, & s̄ffuum iuxta præscri-
pta legis facerent. Deinde quosdam ē Leuitarū
numero ianitores ad custodiā templi cōstituit,
ne quis pollutus posset intrō subrepere. Haec ubi
ad h̄ic modū disposuit, cū cēturionibus & du-
cibus totaq; populo ex templo Iosum in regiā
deduxit: cūq; collocato in solio denuo alacriter

acclamariū esset populus ad epulas cōuersus fe
stivitatē per aliquot dies egit, omnibus sc̄elestis
4. Reg. 11. mulieris cādē libenter ferentibus. Erat Iosas cīm
in regnum adsciretur, annorū septē, matre natus
Sabia; ex oppido Bersabe oriunda: fuit autē le-
gum & diuini cultus obseruantissimus, toto tē-
pore quo Ioadus fuit superstes: duxitq; uxores
duis postquā etate maturuit, cōciliante coniu-
gium eodem pontifice: ex quibus utriusq; sexus
liberos suscepit. Atq; haecenus de Iosafō quo-
modo elapsus ex insidīs Gotholice, tandem re-
gnum affecitus est.

Azaelis Damascenorū regis cōtra Israelitas, ac mox
cōtra Hierosolymitas expeditiones. CAP. VIII.

VIII. **A**zael autē Syrorū rex bellum cū Israēlitis
4. Reg. 11. & Ieo rege eorū gerēs regionis trans Ior-
dane sitae orientales tractus uastauit, qui à Ru-
benitis & Gaditis atq; Manassitis colebātur:
necnō Galaditicā & Batanaeā, omnia rapinis
mīscēs, & incēdīs, ac ne ab hominū quidē cāde-
tēperās quoiquot in eius manus inciderēt. Niq;
enim Ieus arcere eū à populationibus potuit, cō-
tempnor & ipse numinis religionemq; & legū
à maioribus per manus acceptarum ioto regni
sui tēpore, quod suie annorū X X V I I. quo ex-
acto mortuus apud Samariā est sepultus. Iosafat
filio successore principatus relicto. Iosafum autē
Hierosolymorū regem instaurandi tēpli cupidō
subiēt: uocatae p̄tifice Ioadō insit eu per totā
suam

suā ditionem Lenitas & sacerdotes dimittere,
 qui in singula capita semisiclu argēti exigerē
 in usum eius instauracionis, eo q̄ sub ioramo &
 Gotholia, & eorū Iberis iuundi & sarcendi
 tēpli cura penitus ab ecclā fucrat. Pōtīfex uero
 hoc nō fecit, sc̄ens neminem libenter argentum
 erogaturum: sed anno regni uigesimoterio rege
 incusane q̄ uolumen suā nō obumperasset, &
 iubenie in futurum templi reparatiōnē prospice-
 re, tale quiddam ad collēgēndam pecuniam com-
 mentus est, quod non granatim tulit populus:
 Arca parauit lignea, in qua bene clausa unū
 tantum fibramē superne reliquit: ea cum in tem-
 plō iuxta altare deposita, iussie quēq; pecu-
 nia & quantū liberet per foramen immittere, in tē-
 pli instauracionē conferenda. Id populus tulit
 & quisimo animo, & multam auri aq; argenti
 certatim contulit: arca uero singulis diebus prae-
 sente rege exinaniebat scriba gazophylacy &
 sacerdos eius custos, numerat aq; pecunia & re-
 cōdia, rursum unde sustulerant reponerant: &
 cū primū uidetur collatū quantū sat esset, pō-
 tīfex & rex conduxerunt fabros & camenta-
 rios, & trabes magnas pulcherrime materiei
 cōparauerūt. Instaurato deinde tēplō, quicquid
 ex collato auro & argento superfuit (superfuit
 autē nō parū) id totū in crateras, cantharos, po-
 cula, & alia uasa insumprium est: insuperq;
 quotidianis sacrificijs altare adolebat: aique

Q5

hae

hæc tamen per diuinus uixit diligenter accurata
 fuerunt: illo autem post annū etatis centesimū et
 trigesimū defuncto, et ob probitatem ac iustitiam
 insignem, tum quod Davidis generis servator fuisset,
 in regum monumenta illato, rex Iacobus à pri-
 stina religionis cura facile descendit: maxime et
 primates populi ad eundem modum depravati sunt,
 ut nihil apud eos potius haberetur, quam contem-
 ptus iuris ac iustitiae. Deus uero indignatus pro-
 pter hanc regis et ceterorum mutationem misit
 prophetas qui contestarentur eos et à praesenti
 malitia compescerent. Illi uero tam insano affe-
 ctu eam complectebantur, ut neque exemplis, maiori-
 rum, qui propter contemptum legum cum totis fa-
 milias perierant, neque prophetarum ominatio-
 nibus moti resipiscerent, et ad relicta honesta
 studia reuertentesur. Quin et Zachariam pon-
 tificis Ioadi filium rex in ipso templo saxis iussit
 obrui, oblitus patris eius beneficiorum, tantum
 quia propheta diuinus constitutus, pro con-
 cione populum et regem adhortatus ad iusti-
 tiam, graves, paenam illius minatus est, si moniti
 parere contemnerent. Moriens tamen Zacha-
 riæ testem et iudicem Deum invocauit, quod
 pro bono consilio et patri sui beneficj a mortis
 amarum premio sibi rependeretur. Nec
 diu debita regi pena dilata est: Azael enim
 Syrorum rex impressione in regnum eius factus
 et Gitta primus direpta atque euersa, mox ipsum
 Hiero

Hierosolymis desideratē adortus est. Tū Iōas cōter-
ritus omnes thesauros Dei priorumq; regū ex-
haustit & cū cīs detractā templo donaria misit
ad syrū, tāti pacē redimēs & securitatem, ne
oppugnatus in extēnum rēi suarum discrimē
adduceretur. Ille tamē ingēti pecunia corruptus,
nim exercitus à regia urbe abstinuit. Iōas tamē
gravi morbo implicitus, amicis Zāchariā pœ-
nas dedit, qui nē filius pōtificis maneret insultus,
per insidias eum sustulerunt. S. pulsusq; est Hiero-
solymis, nec tamen propter impietatem dignus
habitūs, qui regijs monumentis inferretur, cūm
uixisset annos quadraginta & septem.

Amasias rex Hierosolymitanus exercitu contra Idū-
mæos & Amalecitas ducto uictor emadit. C. IX.

IN regni successit ei filius Amasias. Anno 4. Reg. 14
autem Iōasi uigesimo primo apud Israēlitias
& Samariam Ieo successit filius Iōazō, in quo
principatu exegit annos X V I I. patr: nequa-
quam similis, sed magis primis eius regni regi-
bus imp̄js, qui palam omnem contemptum cā-
lēs filii numinis pr̄ se tulerunt. Huius copias rex
Syriæ tantopere attriuit, ut ex numeroſo exer-
ci: u non plus quam decem millia peditum, equi-
tes quingenti superessent: qua expeditione mul-
tas magnas urbes illi ademit, & hostium non
mediocres strages edidit. Hac autem Israēlitie
acciderunt secundum Helisei uaticinium, quo
tempore Azāeli etiam prædixit, quod necato
comino

domino Damasci ac Syriae regnum esset occupaturus. In hac tempore difficultate Iozas ad preces & supplicationes confugit, orans Deum, ut se a manibus Azaelis liberetur, nec ab eo subigi possitatur. Deus autem qui non solum perpetua innocentiam, uerum etiam resipiscientia favore complectitur, & cum perdere possit si uelit, castigare malum, exoratus eripuit eum a belli periculis. & regio pacis nacta ad prius in felicitatis statum breui rediit. Post obitum Iozas, Iosias filius regno Israelicarum apud Samariam posuitur, regnante septimo anno regni Ioseph regnatis in tribu Iudea. nam & iste eodem anno Hierosolymitanus nomine uocabatur, tenuique regnum annis x v 1. Hic opimus vir erat, nihil paterni ingenii referens; et cum Helislaus iam admodum senex in morbum incidisset, uisendi causa ei adiit: quem animaduerteret extremum spiritum ducere, flere coepit, & lacrimari, patrem & clypeum appellatas: quod eo uno armis contra hostem opus non fuerit, sed ipsius predicationis beneficio semper iniusti euaserint. Nunc illum est uita discedere, se uero exarmatos Syris & alijs hostibus obici, quamobrem ademptio tali praesidio, sibi quoque optabilius una cum illo hanc uitam relinquare. His querimonij motus Helislaus, regem consolatus afferri arcum postulat, cumque regem iubet intendere, deinde iniecit a manu iubar iaculari: & cum emissis tribus telis destitisset, si inquit, plura misisses, poteras totum Syrorum regnum.

regnum exscindere. nunc quia tribus solis contemnus fuisti, totidem prælijs uincis Syros, & regione quam tuo patri ademerut recipies. His auditis rex abiit, & propheta paulo post defunctus est, uir inclita & iustitia, & cura controversiam Deo lôge charissimus: multa enim & miranda diuinæ mœtis argumenta exhibuit, quorū memoria apud Hebreos durat clarissima: sepulcro etiā honoratus est magnifico, quale decuit hominē numini diuino acceptissimū. Cötigit autem aliquando ut lairones occisi à se hiatoris cadaver in monumentū eius abderet, quod mox reuixit à conactu propheta corporis. Atq; hæc fuerunt & uiri & defuncti uatis opera. Azæle auiem rege extincto, ad Adadū filium Syriae regnum hereditario iure peruenit. Huic Iosas Israëlitarum rex tribus prælijs uicto. omnē eam regionem abstulit, que urbes ac uicos de patre ipsius captos complexa est: quod & ipsum Heliæus iam ante predixerat: postquam uero etiam Iosas factus est, Hieroboam eius filius exceptit imperium.

Amasis uictoria de Israëlitis & Iosarege eorum reportata.

CAP. X.

Secundo autem anno Iosaregis Israëlitarū, regnum accepit Amasis Hierosolymis & in tribu Iude, matre natus urbis regiae ciue, appellata Iudan: mirum autem in modum iustitiam colebat, tametsi atque adhuc iuvenis. Regni administræ

ministratiōnē exorsus à necis paternæ hindicata, qui amicorū insidījs sublatus fuerat: eosq; omnes in potestatiem redactos affecit supplicio, parcens tamē ipsorū liberis, iuxta leges a Moyse præscriptas: qui iniquū cœsuit pro parenēum culpis à liberis eorum pœnas reposcere. Post hæc delecta habitu in tribu Iudeæ & Beniamitica, conscripto flore iuuentis, utpote etatis annorū plus minus uiginti, cœturiones his copijs idoneos attribuit: deinde misit ad Israëlitarū regem qui uiginti scutatorū millia cōducerent stipendia tālentorū argēti centum annumerato, decreuerat enim cōtra Amalecitarū & Idumæorum aīq; Gabilitarū gentes exercitū ducere: iamq; propediē moturus erat in eos, cīam incruenies propheta dimittere Israëlitas cōsuluit, esse enim hoc hominum genus impium, & cladē certā immi-
nere oraculo se monitum, si talibus rex utatur auxilijs: alioqui Deo fauēte uel modica manu denunci posse hostiles exercitus. Rege autē agre-
ferēte, quia iam publicè stipendiū Israëlitis mu-
merauerat, hortatus est prophetā ut Dei uolun-
tatiē sequeretur, quo propitio nō defore pecunia. Illos itaq; dimisit, præstatius se donare illis quic-
quid mercedis nomine accepissent, & cū dome-
sticis tantū copijs contra prædictas gētes profe-
ctus est. Quibus uno prælio uictis interfecit x.
millia, & totidem millia captiuorū abducta in
magnam petrā, quæ imminet Arabiæ, eo loco
per

per rupes præcipitata necauit : atq; ita uictor
 cum opima præda domū redit. Interea uiginti
 illa Isrælitarū mercenariorum millia, ignomi-
 niosam rati sua missionē, ac si pro inutili dāna-
 ta esset eorū opera, imperū in eius regnū faciūt:
 & progreſſi usq; Bethsemēra, regionē populari
 sunt, ab aucto magno iumentorū numero, casisq;
 tribus colonorum millibus. Amasias uero post
 uictoriā factus insolēs, autorē eius Deū cœpit
 habere cōceptu, & pro eo uenerari asportata
 de Ameliciis numina. Quamobrē à prophetā
 conuētus est, mirari se dicēt si hos Deos crede-
 ret, qui cultoribus suis nihil opis afferre ualue-
 rint, nec eos ab Hebraorū iūi tutos præstiterint,
 sed tanquā ad sē nō pertinētes cedi et captiuos
 trahi paſſi sint : quin et ipsos bellī iure abductos
 inter reliquā captiuorū turbā Hierosolyma per-
 uenisse. Rex his herbis ad irā percitus iuſſit illū
 hac de re esse quicū, minatus suppliciū si nego-
 tūs alienis miscere ſe pergeret. Tum ille, ſe quidē
 quieturū dixit, Deū tamen ultorem huiusmodi
 nouit atibus non defore. Nec multo pōſt A. X.
 masias felicitatē ſuā, cuius tamen autorē Deū
 non agnoscebat, non capiēs, ſed faſtu inflatus,
 ſcripsit Ios̄ regi Isrælitarū, ut ipſius imperatā
 faciat cum ſuo populo, ſicut antehac idē popu-
 lus maioribus eius Dauidi & Solomoni pa-
 ruit: quod si nolit ultrō ſacere officium, bello eſſe
 decernēdam de imperij iuribus. Ad hoc Ios̄ in
 hac

hec uerba rescripsit: Rex Joas regi Amasiæ:
 Olim in eodem monte Libano cupressus erat &
 carduus: hic à cupresso filiam periret filio suo da-
 ri coniugem, interim bestia quadam superueniens
 conculcauit carduum. hoc exempli te moneat,
 ne maiora quā par est appetas, ne' ne propter re-
 centem di Amalcolitis uictoria elatus, & te et
 regnū tuū incerte cōmittas aliae. His lectis Am-
 asiæ magis etiam ad bellū cōcitatus est, Deo-
 sicut fas est credere, instigante, ut tandem meritas
 impietatis pœnas exsolui ret. Vbi uero in con-
 spicuum hostium uenit, instrulta utrinq; acie-
 rante, repente paucor ac consternatio diuinitus
 milites eius inuasū, ut prūsq; manus consere-
 rentur iam terga uerterent: & alijs alio diffu-
 gientibus, desertus a suis Amasiæ in hostis
 potestatē ueniret: qui morte illi minatus est, nisi
 efficeret, ut Hierosolymitæ aperies portas se cum
 uictore exercitu admittere: ea necessitate, &
 uite amore adactus, persuasū cibis ut hostē
 reciperent. At ille dirutis ad trecentorū cubi-
 torum spatiis mænibus, curru per id intersti-
 tium triumphabundus inuenitus est, capiū præ-
 se agens Amasiam: & hoc modo factus urbis
 dominus, Dei thesauros abstulit, & quicquid
 auri uel argenti in regia repereū est, totū aspor-
 rauit: ac cum dimissō rege reuersus est Sa-
 mariam. Hec Hierosolymitis contigerunt anno
 regni Amasiæ decimoquarto. Appellatus tan-
 dem.

dem amicorū insidijs fugit in urbē Zacheis: nec tamē ehasit, illuc quoq; insecuris insidiatoribus, à quibus intersectus est. Corpus Hierosolyma relatum, & regia magnificētia funeratum est. Tam miserū autē exitū habuit propter nonatas religiones & pietatis cōtemptum, post exāctū annum uite quinquagesimum, regni uero nūcētum nonum, Ozia filio regni successore.

Quomodo Ozias uicinas gentes subegerit. C.XI.

Decimoquinto autem anno regni Ama-
sie, Hieroboamus Ioseph filius apud Israeli-
tas regno potitus est, quod per annos quadraginta
ta obtinuit in eadē quam maiores eius Samaria
regia. Hic rex cūm esset uehemēter impius, eo-
tusq; idolis deditus, nihil sibi non permittens,
Israēlitis etiam innumerās calamitates attulit.
Ei propheta Jonas prædictus, quod demictis syris
ditionē suā esset ampliaturus, prolatis eius ter-
minis ad septētriones usq; Amathē urbem, ad
meridiē uero usq; Asphalitem lacū: his enim
olim terminis Chananaea terra finiebatur, iuxta
lex imperatoris definitionē. Quo oraculo exci-
tatus Hieroboamus, totos eos iractus ademptos
Syris ad suū regnū addidit, nihil fallēte Ionae na-
tūrio. Sed quoniā pollicitus sum me bona fide
res Hebreorū proditurū, nō dissimulabo quid de
hoc propheta in sacris codicibus inuenerim. Inſ-
sus enim à Deo proficiēti in regnū Nini, & il-
lic prædicare, q; imperiū illud periuirū esset, non

ausus est hoc facere: sed putans se posse Deum
 effugere, consenserit apud Ioppen nauigio petebat
 Tarsum Cilicie: exorta autem uehementi tempe-
 state, ita ut periculum esset ne nauis mergeretur,
 gubernator et nauta, atque ipse etiam nauicrus
 uota pro incolumitate faciebat: Jonas uero solus
 operto capite iacebat, nihil quemadmodum alij
 faciens: cumque turbantibus procellis fluctus ma-
 gis ac magis cresceret, suspicati aliquem e uecto-
 ribus esse in causa, decreuerunt sortito querere
 quis nam ille sit: quo facto, sors prophetae obtri-
 git: per cotantibus quis nam esset, uel quid haberet
 negotium, ait se Hebraeum esse, et prophetam Dei ma-
 ximi, consuluitque: ut ipsum in mare iaceret, si uel-
 lent presens periculum euadere, se enim esse pro-
 pter quod tempestas saniet. At illi primi quidem
 non audebant hoc facere, impium facinus ducentes,
 hominem hospitem, qui uitam suam fidei co credidisse-
 set, in tam manifestum exitium mutare: tandem ur-
 gente periculo et nauim tantum non mergente,
 partim prophetae autoritate, partim suopte me-
 tu compulsi, in mare eum proiiciunt. Et tempe-
 stas quidem sedata est. Jonas autem fertur a ceto de-
 uoratum post triduum in Euxinum pontum reuocatus
 uiuus et toto corpore illesum. ubi impetrata a
 Deo erratorum uenia, ad Nini urbe prosectorus est:
 et cum in loco unde exaudiri poterat constitisset,
 predicauit quod paulo post amissuri essent imperium
 Asiae: et cum hic dicto abiit. Hac de eo sic resu-
 limus,

sumus, ut inuenimus in cōmentarijs. Hieroboam
 4. Reg. 14.
 annis aut ex aetatis feliciter in suo principatu x l. 15.
 annis mortuus apud Samaria sepelitur, Zacha
 ria filio successore. Ozias itē successit Amasia
 anno regni Hieroboami decimoquarto, & apud
 Hierosolyma duabus tribubus praeuit, natus
 matre Achia, cuius & ipsa Hierosolymitana.
 Hic erat natura bonus ac iustus, & magnani-
 mus, prouidensq; rebus solers & industrius: is
 suscepit expeditione in Palestinos, p̄elio ui-
 elor urbes eoru uicem cepit, Cittā & Iamniam, &
 earum mœnia diruit. Alia deinde expeditione
 duxit in Arabas & Egypto uicinos, & cōditat
 urbe ad mare rubrum, praesidiū in ea posuit. post
 hac Ammanitis subactis, tribuioq; ḡeii prae-
 finito, & omnibus locis usq; ad Egypti ter-
 minos in potestatē suam redactis, in posterū ad
 curam urbis se cōtulit: quicquid enim maximum
 incluetuſlate labefactum erat, uel superiorū re-
 gum incuria, totū instaurauit: atq; cā etiā par-
 tem, quā Israēlitarū rex Amasia patre huius
 capto diruerat, quādo urbē uictor ingressus est.
 His addidit nō paucas turres centū quinquagin
 ta cubitorū aliudinīs, & arces aliquot in locis
 minus frequentatis ad uiculā dispositis: aquædu-
 ellus quoq; nō paucos exstruxit: habuit etiā in-
 mentorum aliarumq; pecudū infinitā penè mul-
 tiitudinem, quod regio esse apta pascuis: cumq;
 admodū esset agricultura studiosus, terrā uarijs

arborum ceterarumq; plantarū generibus ex-
 coluit: habuit præterea selectorum milium tre-
 centa sepiuaginta millia, quibus præterat cœtu-
 riones ac tribuni viri generosi, & in uicto robo-
 re præditi ad duo millia numero: edocuitq; exer-
 citum phalagis ordinē struere in acie, & arma
 singulis distribuit, gladios, clypeos, & thoraces
 arcos, arcus etiā & fundas: præterea machinas
 fecit multas ad expugnanda oppida, quibus uel
 faxa uel tela emitteret, harpagones quoq; &
 alia instrumenta his similia. Dumq; in his stu-
 dijs & paratibus uersatur, corruptus est arro-
 gantia, & inflatus mortali potestate, immortalē
 illā ac sempiternā cœpit non magni facere, nec
 religionis nec pietatis admodū obseruans, ita ut
 ad paternā impietatem uideretur proclivior, ad
 quā & ille prolapsus fuerat, q; forem & fauore
 & perpetuos successus in rebus maximis mode-
 ratè ferre nesciret. Et tū uenisset solennis festi
 celebritas, sumpto sacerdotali habitu, ingressus
 templum ad aureū altare Deo suffitū facturus
 astuit. Accurrit eò mox Azarias ponuisse
 oltuaginam sacerdotū globo stipatiū, & regem
 eō pesceuit, uociferas ac negas hoc illi fas esse, sed
 solis sacerdotibus datum suffire, qui sunt ex
 Aarons genere: iubebatq; ut exiret, & Deū
 talibus filiis provocare ad irā desineret. Tum
 rex cōmoratus, morte illis ni quiescerent minatus
 est: et ecce tibi terra uichimēter cōcuietur, fiscoq;
 superne

superne templo radius solis os regis improbum
 scrit, quod cuestio lepra contactū est. Accessit
 huic & aliud prodigium, quod eodē terrāmotū
 ante urbem in loco qui dicitur Eroge, dimidium
 montis ad occidentem uergentis renulsum, & per
 quatuor stadia uolutum obieclu demū orientalis
 monis cōstitit, abstracta uia publica, & oppres-
 sis ruina hortis regijs. sacerdotes uero postquam
 in facie regis leprā animadueterūt, diuinitus
 inflictam ei plagam indicauerunt, & ut tan-
 quam polluit & impuratus urbe cederet admo-
 nuerunt. At ille pudore calamitatis iam mode-
 flior, paruit, superbi & cū impietate cōiuncta tam
 miserabili pena mulctatus: & cum aliquandiu
 priuatus extra urbē uixisset, filio Iothamo rem-
 public. administrante, mærore tandem consecluo
 obiit anno etatis sexagesimo octauo, regni quin-
 quagesimo secundo, sepulcruq; est in suis horeis
 in monumento solitario. Israëlitarum autem rex
 Zacharias Hieroboami filius uix sexio regni
 mensē exacto, ab uno ē suis purpuratis per do-
 lum occiditur. Seleucus is fuit Iabesī filius, qui
 occupata uacha Zacharia cede regia, trige-
 simā post die male parium regnum male per-
 didit. Manacenus enim dux exercitus, qui per
 id tempus apud Thapsam urbem erat, audito
 Zacharia casū, cum omnibus copijs propere
 venit Samariam, & prælio uictum Seleustum
 interfecit: deinde autoritate propria sumptus re-

gni insignibus, Thapsam cum exercitu uictore
profectus est. Oppidani uero obsfirmatis portis no-
luerunt regem admittere: at ille ut in defectores
seuies totū circū quaq; agrū uastauit, & po-
strem urbē quoq; ui cepit: & q̄ esset Thapsen-
ibus insensus, omnes ferro cōsecit, ne teneret qui-
dem et ati parcēs, & nihil sibi ad extremā cru-
delitatē reliquum faciens. que enim ne in bar-
baros quidē deuictos perpetrare fas fuerit, ea in
sui generis homines sibi permisit: nec mitior fuit
postea toto decennio quo Israēlitis p̄fuit. Pe-
titus deinde bello ab Assyriorū rege Phullo, nō
ausus est cū eo in certāmē descēdere, sed pactu
M. taleis argēti, mature se ab ea uexatione re-
demit: hāc summā Manāmo populus cōculit,
exactis i. drachmis in singula capita. Nec mul-
to p̄st mortuus, Samariæ sepultus est. Phaceia
regni herede relicto: is patri crudelitatee persi-
milis, duobus tantū annis regnauit. quibus exd-
elis in coniūcio cū amicis trucidatus est, insidijs
Phacele tribuni, q̄ Romelia fuit filius: obisuit
autē hic Phaceias principatū annis x x. dubiū
impius magis, an iniustus. Huius tēpore The-
glaphalassar Assyriorum rex Israēlitas ag-
gressus, subacta Galadica regione, & quicquid
trans Jordānem colitur, uicinaq; Galilea, &
Cydida, & Asora, colonos abstractos in suum
regnum traduxit, de quo hoc loco haētenus.
Porrò Iothamus Oziae filius regnauit in tribu
Iuda

Iudia & Hierosolymorū regia, natus matre ur-
bani generis nomine Ierāsa. Huic regi nulla vir-
tus defuit, erga Deum pio, iuslo erga homines,
& reipub. studioso. quicquid enim in stauratione
opus habebat, diligenter sarcendū curauit: in
templo uestibulum resecit & porticus: mænium
partem labantem restituit, & additis magnis
ac firmis turribus cōmuniuit. Ammanitas etiam
prælio denictos tributa p̄cedere coegerit, annua ta-
lent a centum & tritici coros decies mille, & ro-
tidem hordei. In tantumq; regnum auxit, ut tam
domi felix esset, quam foris formidabilis.

Eccl XI L

regnare propheta quidam extitit, Naumus no-
mine, qui de Assyriorum & Nini subuersione
hac uerba narratinatus est: Ecce Ninive piscina
aquarum fluctuans, ita & populus eius omnis
turbatus & fluctuans fugiet, dicentq; stat, sta-
te, eripite aurū, eripite argētum. & nemo ualeat,
mallent enim uitam seruare quā facultates: occu-
pabit enim eos graue dissidium, & lamentatio,
& dissolutio membrorū. & facies eorū præ pa-
nuore fient luride. Vbi erit posthac domicilium
leonū, & mater catulorū leoninorum? Dicit tibi
Ninive dominus: Delibo te, nec posthac amplius
leones ex te egressi mundo imperiabunt: & alia
multa de Ninive in hanc sententiam propheta-
uit, que nunc non est necesse repetere, alioquin mo-
les fluxus uideri possim lectorem plus a quo onerans.
Euenient autem omnia que de Ninive præ-

dicta sunt, post annum C X V. Et de his quidem haec tenus.

Rasē Damascenorum rege Hierosolymitas bello
vexante, Achazē eorū rex coactus est Assyriorū
regem in Damascenos immittere. CAP. XII.

XIII. **I**ohamus autē ē iiiiis abiit atatis anno XL.
cum regnasset annos sexdecim: quo in regijs
conditorijs deposito, regnū ad Achazē eius fi-
lium hereditario iure peruenit, qui erga Dcū im-
p̄issimus omnium, & patriarū legum desertor,
ad imitationē Israēliticorum regum se contulit,
aras Hierosolymis erigens, & in eis idolis sacri-
ficās, quibus etiā proprium filium holocausta
obeulic rite Chananeorum, & his similia multa
perpetravit. Hunc ita insanientem duo simul re-
ges, Rasē Damascenorū & Phaceias Israēli-
tarum, bello aggrediuntur, erant enim amici &
soci: & cōpuljum Hierosolyma multū diuq; fru-
stra oppugnauerunt, quod urbs esset munita egre-
gie. Interea Syria rex ad mare rubrū Elam ur-
bem occupat, & n̄cāis eius habitatoribus Sy-
rorum coloniam cō deduxit. Multis itē arcibus
expugnatis, & magno Iudeorū numero interse-
cto, cum exercitu ex manubīs ditato domum re-
versus est. Hierosolymitanus autē rex postquam
cognovit Syros abūsse domum, putans se Israēli-
tarum rege non inferiorem viribus, eduxit cōtra
eum copias: & cum irato Dcō commisisset prae-
lum, propter eorū impia facinora n̄ctus est, cen-
sus

sum enim & uiginti millia tunc ceciderunt de Hierosolymitaru exercitu. In eodem prælio Zachiarias supremus dux Israëlitarum cū Amias filio Achaze cōgressus, superatum occidit, & pari modo Ericam prætorianorū præfictum adeptus interemit, & Elcanam tribus Iude copiarum duceū uiuum in potestate suam redegit, magnum præterea captiuorū uiuiusq; sexus numerum è Beniaminitica tribu abegerunt, & opima preda ditati reuersi sunt Samariam. Obelus au- 4. Reges tem quidā qui in ea urbe per id tempus propheta erat, occurrēs illis ante mœnia, magna uoce hāc uictoriā non ipsorum uirium partam assueverat, sed quod Deus regi Achaze irascereur: incusabatq; eos quod non contenti præsentī felicitate, ausi sint homines ex tribu Iude ac Beniaminitica eosanguineos suos captiuos abducere, & suadebat ut hos illos domum remitterent: quod ni faciat, Deum ab illis pœnas exacturum. Post hanc admonitionē Israëlite in concionem conuentes deliberant quid factō opus esset. Exsurgens autē quidam magna inter suos autoritatis, Barachias nomine, cum alijs tribus, negabat se passuros ut ciues sui captiuos in urbem introduceret, ne forte omnes ex equo diuina ultio perderet: satis esse præteriorum peccatorum, in qua propheta clamitent, etiam si nulla noua accedat impietas. His auditis milites, permisérunt illos, quicquid uellent, arbitratu suo agere. Tum pra-

R. S. dicti

dicti uiri assumplos captiuos exemerunt uinculis, & curatis eorum corporibus, adiutos iustitio remiserunt domum incolumes: nihil minus quatuor hi deduxerunt eos usque Hierichuntem & ulterius, cumq; non longe abessent à Hierosolymis, repeierunt Samariam.

Assyriorum rex vi expugnata Damasco, & occiso rege, populum traducit in Mediam, aliis gentibus Damascum in coloniam deductis. C. A. P. XIII.

4. Reg. 16. 17. **A**chaz autem rex hac clade ab Israëlitis affectus, missa ad Assyriorum regē Theglaphalassarē legatione, auxilium ab eo petiit contra Israëlitas & Damascenos atq; Syros, magnam pecuniam illi pollicens, in praesens etiam magnifica munera mittendo. Quam legationem postquam audiuit, ipse in auxilium Achaz prosector est, & uastata Syria, expugnataq; Damasco, Rāsem quoq; regē occidit. Damascenos uero in superiorē Medium populariter traduxit: & pro illis quasdam Assyriorum gentes in agrū Damascenū reposuit. Israëlitarū deinde terram populatus, multos ex ea captiuos comprehendit. Post Syros ad hunc modum tractatos, rex Achaz sublato quantū erat auri & argenti in regūs thesauris, atq; etiam in ipso templo & donarūs quotquot erat pulcherrima, haec siccum deferens uenit Damascum, & sicut ante paelus fuerat, omnia regi Assyriorum trādidit, aetisq; pro beneficio gratijs reuersus est Hierosolyma.
Erat

Erat autem hic rex tam stultus et incognitus, ut quāuis hostiliter cum syris disideret, illorum tamē deos colere non desineret, sed in eorum ceremoniis, tanquam uictoriā inde sibi pollicens, pie tamē collocare pergeret. post cladem uero acceptam, Assyriorū uenerari coepit numina, quiduis potius adoratus, quam uerum et à maioribus acceptū Deum, cuius indignatione ut cum uinceretur factū est. In tātum autē religionis contemptum prolapsus est, ut spoliatum prius donarīs templum clauderet, ne illud solennibus sacrificiis honorare liceret: post has insanias impietas tādem moritur, cūm uixisset annos triginta sex, et ex his regnasset sedecim, relicto herede Ezecia filia. Quo tempore etiam Phaceias Israēlitarum regnum cum uita amisiit, casus per insidias cuiusdam ex charioribus sibi aulicis, cui nomen Oseas. qui cūm regnum scelere quaesitum per annos i x. obtineret, uir fuit pessimus, nihil pietatis Deo deferens. In hunc duxit exercitum Assyriorū rex Salmanasar, et quia Deum non habebat propitium, destitutum eius auxilio facile subiugauit, et praeinita tributa coēgit pendere. Quarto autem anno regni huius Osea Ezecias Hierosolymis regnū adeptus est, Achaz ex Abia Hierosolymitanā muliere filius: erat ingenio bono, et iusto, ac pio præditus: nam statim ab initio principatu nullam magis necessariam uel utilem tam sibi quam subditis curam existim

existimauit, quām religionis ac diuini cultus
 quamobrē aduocata populi et sacerdotū Leui-
 carumq; concione, sic fertur ad eos uerba fecisse:
 Ne ipsi quidem ignoratis quōd propter peccata
 patris mei, & nō redditos Deo debitos honores,
 in multas & magnas calamitates incidistis,
 quia per extremam dementiam pauci estis nobis
 persuaderi, ut eos quos ille deos putabat colere-
 sis. Ergo quandoquidem uestro malo didicistis
 quām perniciofa res sit impietas, hortor ut illa
 obliuioni tradita purificetis nos à praeeritis pol-
 lutionibus unā cum sacerdotibus & Leuitis, ac
 eum demū conuenientes aperiatis tēplum, &
 lus-
 stratum prius expiatumq; sacrificijs legitimis in
 pristinum honorem & reverentiam restituatis,
 hoc enim pacto placatum Deū & propitium ha-
 bebitus. His regis monitis accēsi sacerdoles tem-
 plum aperiūt, & ecclesis inde inquinamētis, ador-
 natissq; sacris uasib; hiēlimas patrio ritu in al-
 care inferūt. Rex uero dimissis per totā diuionem
 suā nuncijs, populum Hierosolyma ad Azymo-
 rum celebritatē connocat multo iam tempore
 inermissem proprie impiam superiorum regum
 incuriam. Quin & Israelitas per nūcios horta-
 tus est, ut relictis consuetis superstitionibus ad
 priscam illam pietatē & ueri Dei cultum redi-
 vent: Sc enim illis permisurum ut Hierosolyma
 uenientes azymorum festum unā cum suis ciuib; celebrent. Hęc autē se suadere, non ut suum ne-
 gotium

potius ageret sed ipsorum utilitatis gratia, quos
 beatos fore si huic consilio paruerint. Israëlite ue-
 ro auditio quid legati à suo rege afferrent, adeo
 mentē nō adhibuerūt, ut eos ludibrio habuerint,
 & prophetas quoq; eosdē cohortantes, & pra-
 monentes quanta calamitates instarent, ni ma-
 ture ad pietatē redeūtes resipuerint: quos postre-
 mō cōprehensos necauerunt: nec his facinoribus
 contenti ad peiora etiā sunt prolapſi, ita ut non
 prius defiserent, quam ob extremā impietatem
 Deus uelior in potestatē hostium eos tradidit, si-
 ent suo loco dicetur. Iulii tamē è Manaësitica
 tribu & Zabulonis atq; Isacharis prophetarū
 monitis parētes ad pietatem sunt conuersi, atq;
 hi omnes Hierosolyma ad Ezeiciā confluxerunt,
 ut Deū adorarent. Postquā autem ea multitudo
 conuenit, rex ascenso tēplo unā cum principibus
 & populo, immolauit pro se tauros sc̄pīe, & to-
 tideū arietes, paremq; hircorum numerum. &
 cum primum manus in capīa uictimarū impo-
 suissent tā rex quād̄ principes, sacerdotibus ma-
 el. iud. reliquerunt illi uero iugulabant, & so-
 lidas concretabant, Luitarum corona circum-
 stante cum instrumentis musicis, & diuinis hy-
 mnos canenie, quemadmodum olim David eos
 psallere docuerat: reliqui uero sacerdotes acci-
 nebant buccinis. Interea populus & multitudo
 humi in faciem prostrati Deū adorabant. Post
 hac sacrificavit boves septuaginta, arietes. Ca-
 agnos

agnos, c. C. populo uero ad epulum largitus est bo
 ues d. C. & reliqui pecoris tria millia. Cumq; o
 mnia rite sacerdotes perfecissent, rex laetus epu
 libatur cū populo, agentes Deo gratias. Instatē
 uero azymorum festo, paschale sacram facien
 tes, alias deinceps uictimas maclabat per conti
 nuos dies septem: populo etiam prater cum nume
 rum quē ipsi maclauerunt, taurorū duo millia:
 pecorum septē millia rex de suo largitus est: hāc
 liberalitatem imitati principes mille tauros ei
 dederunt, & pecora mille quadringentia. nec ul
 lum festum tam magnificè est celebratum à solo
 monis temporibus in eum usq; dicim: peracto festo
 urbem egressi totam regionem lustrauerūt, ipsa
 quoq; Hierosolyma ab omni idolorum spurcicie
 munda reddiderūt. Quotidiana deinde sacra iu
 xta legem rex de suo fieri mādauit, & sacerdo
 tibus ac Leuitis à populo decimas reddi cū pri
 mitijs fructuum, ut possent esse circa diuinū cul
 tum assidui. Quo factum est ut populus omne ge
 nius fructuum conserret Leuitis & sacerdotibus:
 rex uero horum apothecas & promptuaria con
 didit, unde singulis parties distribuerētur cū uxo
 ribus & liberis: atq; in hunc modū pristinus cul
 tus restitutus est. His ita cōstitutis rex Palasti
 nis bellum intulit, & parta uictoria omnes eo
 rum urbes à Gitta usq; Gazam suæ ditioni ad
 iecit. Interea rex Affyriorum per oratorem cī
 denunciata, omnem eius regionem se subiugau
vnum

rum, nisi tributa, quæ prius pater ipsius, penderet. *Ezecias uero minas eius non magni fecit, fretus Deo sua que pietate, ac propheta Esaia, per quem futura cognoscebat: & haec enus de hoc rege.*

Salmanasar capto Israëlitarum rege, & decem tribubus translatis in Mediam, Chitæos in eorum regionem migrate iubet.

C A P V T X I I I I .

Salmansar autem Affyriorum rex com- x v.
perito quod Israëlitarum rex misisset clam 4. Reg. 17 legationem ad soam Aegyptiorum regem, iniuitans eum ad societatem contra ipsum incundam, iratus duxit exercitum cōtra Samariam, anno Osea regni septimo, & non receptus ab eo, post tertium obsidionis annum urbem uic cepit, anno eiusdem regis nono, Ezeciel uero Hierosolymorū regis anno septimo: extinctoq; funditus Israëlitarū imperio, populi traduxit in Mediam. & Persidem, cum quo etiā Oseas rex uiuus captus est. Deinde migrare iussa quadam Persica gente ex eo tractu qui ab amne Chutho denominatur, sedes ei designauit in agro Samariae, cœtraq; Israëlitarum regione. Migraverunt igitur decem tribus Israëlitarū ex suis sedibus post annos D C C C C X L V I I . ex quo maiores eorum Aegyptum egressi armis ea loca sue ditionis fecerunt: post principatum Iesu annis octingentis, post defectionem uero à Roboamo Dauidis nepote

nepote ad Hieroboamum, de qua supradiximus
 annis C C X L. mēsibus sc̄pt̄e, diebus septem. aitq;
 hic fuit finis Israēlitarū, qui neq; legi subditi
 esse voluerūt, neq; prophetas audire, prānuncian-
 tes adesse pro foribus hanc calamitatē, ni ab im-
 pietate defiserent. Omnia autē horum malo-
 rum initium fuit illa seditio, per quā à Roboamo
 defeccerunt, seruo ipſius in locum eius rege consti-
 tuo, qui contēptis diuinis legibus. Et populo per-
 suum exemplum ad eādem iniuriam pertra-
 elo, indignationem cælestis numinis eis concilia-
 uit, et ipse quoq; meritas pœnas nō effugit. Por-
 tò Assyriorum rex cum armis totā Syriam et
 Phœnicen peragravit, et nomen eius in Tyrion-
 rum annalibus scripium inuenitur: bellauit enim
 contra Tyrum regnante ibi Elulaeo, attestante
 etiam Menandro, qui in suis chronicis, ex Tyr-
 iorum annalibus in græcam linguam trāslatis
 sic scribit: Is deinde qui Elulaeus nominabatur
 regnauit annos triginta sex: hic deficiens Git-
 raeos cum classe eō profectus sub imperium suum
 reuaxit: cōtra quos misso exercitu Assyriorum
 rex Phœnicen totā inuasit: facta deinde pace, cū
 eō p̄s domum reuersus est: paulo post Sidon, Ar-
 ee, Palætyrus cū multis alijs oppidis à Tyrus ad
 Assyriorum regē defeccerunt: et cūm soli Tyrus
 facere eius imperata detractarent, reuersus est
 contra eos cum sexaginta nauibus, quas Phœ-
 niceis instruxerunt, imposuisse etiam ocligentis
 remigibus

remigibus. Quibus occurrentes Tyrū cū duodecim nauibus, disiecta hostili classe, quingentos ex ea captiuos abduxerūt, quo facinore nō mediorūrem rei navalis gloriā sibi comparauerunt. Reuertens autem rex Assyrius, custodes ad flumū & aqueductus dispositus, qui aquari Tyrios prohiberēt: quod cū per cōtinuos quinq; annos fueret, coacti sunt effossis pueris inde se sustentare. Hæc sunt quæ in Tyriorum annalibus de Salmanisare Assyrio scripta inueniuntur. Cœterū noni Samarie coloni Chuthæi (sic enim tum appellabantur, q à Perfidis regione Chutha, & flumine Chulho essent traducti) cū quinq; géruum essent, totidem deos patrios fecū attulerūt, quos viuu suo colentes Deū maximum ad indignationem irritauerunt. Exorta est enim seupestilentia, à qua cū popularentur, nullam inuenientes opem oraculo admoniti sunt, ut Deū maximū colerent, nem hoc illis præsentem salutem allaturū esse. Nisis igitur ad regem Assyrium legatis, petierūt ut sacerdotes aliquot è captiuis Israélitis ad eos remitteret, quo facto legē & Dei colendi rationem ab eis edicti diligenter cum cœperunt colere, moxq; cessauit pestilenta: permanenq; nunc quoque in ea religione, Chuthæi vocati Hebreis, Gracia uero Samaria, qui pro præsentib; semper conditio temporum mutabiles, quoties feliciter degere Iudeos viderint, cognitos se eorum appellant, ut pote à

Josepho oriundos, & hac ratione sanguine illis
conunctos: quando uero in rebus aduersis eos aspi-
ciunt, nihil ad se periinere aiant, nec illis quic-
quam daberis benevolentia, cum ipsis ex longe re-
motis gentibus ad ea loca uenerint: de quo alias
dicetur opportunius.

F L. IOSEPHI AN-
TIQVITATVM IV-
DAICARVM LIBER
DECIMVS.

Senacheribi Assyriorū regis expeditio Hieroso-
lymitana, & Ezeciae regis oppugnatio. C A P . I.

Reg. 18.



T E C I A B duarum tribuū re-
gis anno quartodecimo Sena-
cheribus Assyriorū rex cū in-
strutissimo exercitu cū aggres-
sus est, omnesq; urbes ui cepit,
quoiquot sunt in Iudea tribu & Beniaminica-
Iamq; duclurus erat Hierosolyma, cūm ad illi
uenit legatio, imperata facturū, & tributa for-
luerū promittēs. Senacheribus uero auditis le-
gatis decreuit omisso bello postulata regis ad-
mittere, & pollicitus est, si argēti talēia treccē-
ta, auri erigint a accepisset, pacatum se abiurū
iureiurādo interposito, q ab omni iniuria tēpe-
raturus esset. His persuasus Ezecias exhaustis
thesauris mittit eā pecuniā, ratus hoste remoto
posthac sine periculo se regnaturum. Accepit
Assyr

Affyrius pecuniā, sed pacta non præstitit: nam
 profectus ipse cum copijs contra Aegyptijs &
 Achiopes, Rapsacem ducem cum duobus alijs
 ad continuandū Hierosolymitanū bellū reliquit:
 collegarum nomina erant Tharata & Ana-
 charis. Vi uero admoto mētibus exercitu ca-
 strametri sunt: per nuntium postulauerunt, ut
 Ezeclias ad se prodiret in colloquium. Ille quod
 sibi metueret prodire nolens, tres intimos amicos
 misit, Eliacimam procuratōrē, & sumnāū, &
 Joachum à cōmentarij. Hi cū prodijſſent, ante
 duces constiterūt. quos intuitus Rapsaces iussit
 regi suo referre hæc: quod magnus rex senache-
 ribus scire uult, quo frētus dominū suū refugiat,
 & obediens nolens exercitū in urbē non recipiat;
 an foric Aegyptijs, sperās ab illis posse exerce-
 tum regiū deleri: id quidem si speret, dubio pro-
 cul eum desipere, & similem esse homini qui fra-
 gili arundini innititur, qua nō solū non sustine-
 tur, sed lapsus etiā manū transfigitur. Scire au-
 tem eum oportere, quod non sine Dei uoluntate
 facta sit hæc expeditio, qui sicut ante de Israēli-
 tis uictoriā dedit, ita nunc quoq; Ezeclia cū suis
 subditis Affyriorū armis uelit succumbere. Hæc
 Rhapsace Hebraicē dicente, cuius lingue peri-
 tus erat, Eliacimus timēs ne multitudo his au-
 dicis paurore consternaretur, rogauit eum ut lo-
 queretur Syriacē. Ille satis intelligens quid alter
 metueret, maiore etiam nocte Hebraice respōdit:

. 5 2 . dib

debere eos audire mandata regis, & quod in re ipsorum sit, deditio[n]e facere. satis, inquit, scio q[uod] nos & uester rex populi uana spe seducentes, ut resistat suaderis. q[uod] si quid audetis, & pueris nos posse exercitum nostrum a m[on]stris repellere. promptus sum uos duobus equorum milibus instruere: nos datis totidem scissoribus uires uestras ostendite: sed non potestis dare quos non habetis. Quid igitur cunctamini dedere nos ualidioribus, qui uos possunt uel iuitios ui capere? maxime cum spontanea deditio tua est: contra cum fu[er]t a coactis, periculo calamitatis non careat.

Reg. 19. Hac cum audiissent ex duce tam legati quam populus, ad regem etiam perlata sunt. Ille percussus habitum regalem exuit, & saccum induit. humili specie, ut mos est paucim, in faciem procedens Deo supplicat, ut cum alia spes nulla adsit, opem & salutem affiat. Missis etiam ad Esaiam prophetam amicis aliquot & sacerdotibus, rogauit ut pro comuni salute precibus Deum sollicitet ac sacrificijs, ut frangens nimis ut spes hostium, miscreatur sui populi. Paruit propheta, & monitus oraculo insit regem atq[ue] amicos bona esse animo, pradicens hostem sine praedio uictum discessurum cum ignominia, & possumum feroces animos: Deum enim ei moliri perniciem. Ipsum quoque Senacheribum non succedens expeditione Aegyptiacā domum reuersum, ferro esse inceriturum. Foris autem acciderat

derat ut eodem tempore uenirent ab eo litera ad
 Ezeciam, in quibus stultum eum dicebat, quod
 putaret se posse seruitutem effugere eius qui tam
 multas gentes perdomuerit: minabaturque inter-
 nacionem omnibus, nisi sponie pacis faciliis portis
 exercitium intra Hierosolyma recipierent. Has le-
 letas contempserat propter fiduciam quam in Deo
 collocauerat, et epistolam complicatam in tem-
 plo reposuit. Ueratis deinde supplicationibus
 quibus urbis salus Deo commendata est, Esaias
 exoratum esse retulit, nec esse ea tempestate op-
 pugnationem metuendam ab Assyrio. Instare
 enim feliora tempora, quibus securi possint
 agros suos in pace colere, et possessionum suarum
 curam habere timentes nemine. Procedente au-
 tem tempore Assyriorum rex frustrari suos cona-
 tus uidens in seculis rebus redire ex causa tali.
 Stultum temporis contrivit in apparanda op-
 pugnatione Pelusij: iamque aggerem penè mœni-
 bus aquauerat, et uidebatur assultum prope-
 diem facturus, cum audiuit aduenire Tharsi-
 cem regem Aethiopum, Aegyptijs laturum
 suppicias, et per deserium copias ducere, ut im-
 prouisus adoriatur Assyrios. Territus igitur
 hoc rumore Senacheribus properè inde cum suis
 abiit. Herodotus autem hunc contra Vulcani sa-
 credotem bellum gessisse dicit, nimisrum quod idem
 et rex esset et sacerdos. Oppugnans, inquit,
 Pelusium, hac de causa obsidionem soluit.

11. Rex Aegyptius implorauit opem sui numeris, quod exoratu magnū Arabi incommodum autulit: nam & in hoc errat quod pro Assyrio scribit Arabem. Vna, inquit, nocte murium uis tanta extitit, ut hostiam arcus & reliqua arma corroderent: quo factum est ut exarmatus rex à Pelusio suum exercitum abduceret. Erosus autem Chaldaicarum rerum scriptor Senacheribi regis meminit: & quod apud Assyrios regnauerit, tot amq; Assiam atq; Aegyptum bello infestauerit, his uerbis narrat.

Quod Assyriorū exercitus una nocte peste absimus est, & quod rex eorum domū reuersus filiorum insidiis perire.

CAP. II.

Senacheribus autem ab Aegyptiaco bello reuertens offendit ibi exercitū, quem sub Ra psacis imperio reliquerat, peste diuinitus immis sa deletū, prima nocte posteaquam urbē oppugnare coeparat, absumpsis cum ducibus & tribunis C. L. X. X. X. V. millibus milium: qua clade erritus, & de reliquis copijs solitus, maximis itineribus in regnū suum contendit, ad regiā qua Ninus dicitur. Vbi paulò post per insidias seniorum è filijs suis, Edramelechi & Selennari, uitam amissus, occisus in ipso templo Arasci, quē precipuo cultu dignabatur: quibus ob parricidium à popularibus pulsis, & in Armenia sūgientibus, Assarachoddas minor filius in regnum successit. Atque hic fuit huius expedi

tionis

tionis exitus.

Ezeias ab infestatione Assyriorum liberatus cum aliquandiu uixisset in pace, decedens Manasse filio regnum reliquit. C A P. III.

Ezeias autem prater omnem opinionem lib- 111.
eratus periculo, uora pro incolumitate
Deo persoluit, quandoquidem manifestum erat
huius solius ope hostem partim peste delictum,
partim metu similis exiit ab oppugnatione ur-
bis absterritum. Dumq; totus circa Dei cultum + Reg. 20
occupatur, paulo post in granem morbum inci-
dit, ita ut a medicis pro deploratio haberetur,
nec amicis quidquam melius sperantibus: nec tam
uita periculum angebat regem, quam quod sine
liberis decadente generis successio in eo desiccere
uidebatur, & regnum sine legitimo herede fatu-
rum. Hoc igitur meroe potissimum cōf. Etus, sup-
plex cum lacrymis Deum rogauit, ut tantisper
differretur uita terminus, donec procrearet so-
bolem, neue nondum factus pater eximeretur
numero uiuentium. Misericors autem Deus, idq;
et libenter quod nō sibi doleret regni uolupta-
tes adimi, sed successorem ratum germanū prin-
cipatus quereret, misso ad eum propheta Esaias,
iussit nuntiari quod post triduum morbum euā-
deret: & superuinens annos quindecim, non nisi
relicto herede filio decederet. Haec cum pro-
pheta ita ut iussus erat ad regem perferret ob
magnitudinem morbi & inopinatum nuntium

S + dub

dubitans, prodigiosum aliquid signū ab Esaiā postulat, ut certò posset credere, missum illum ad se à Deo nuncium: quæ enim supra spem & rationem esse uidetur, corum solet hoc pacto confirmari ueritas. Et rogante propheta quod nam signum exhiberi sibi postuleret, uoluit ut quando umbræ in suo solario iam ad decimam lineam processerat, per totidem lineas reveris eam faceret. Et cū Deus hoc dedisset propheta precibus nisso ita ut uoluit tam insigni prodigio, cōfestim recepta sanitate ad templum ascendit, & adorato Deo nota persoluit, circa eadem ferme tempora imperiū Assyriorum per Medos dissoluti comigie. de quo dicemus alibi. Babyloniorū autem rex Baladas missis ad Ezeiam legatis cū muneribus, invitauit eum ad societatem & amicitiam. Ille exceptis legatis comiter, & coniuicio regali adhibitis thesauros etiā ostendit, & apparatum armorum, & quicquid preciosum auro constabat ac gemmis, atq; ita cum donis remisit ad Baladum. Aditus deinde ab Esaiā rogatusq; quinam essent qui uenerant: ait è Babylone missos à rege uenisse, ostendisseq; se illis omnia, ut uisis diuitijs colligentes ex his ipsius potentiam, regi suo renunciare possent certius: tū propheta respondens, scito, inquit, q; hæ diuitia paulo post traferentur in Babyloniam, & posteri tui uirilu: ate amissa eunuchi seruient regi Babylonio: hæc enim prædictit dominus. Ezeias corrisplas

ristatus hac prædictione, ait se quidē malle gē-
tem suā in eā calamitatē nō incidere, sed quādo
aliter uisum sit Deo, precari ut salicē ipse possit
in pace quod reliquā uita exigere. Huius quoq;
Balade Babyloniorum regis Berosus meminit.
Cæterū prophetæ hic cū esset diuinus, & usq;
ad miraculum ueridicus, certus se nihil à ue-
ro alienum dixisse, omnia sua uaticinia scripto
tradita reliquit posteris, ut ex euentu certiu-
do eorum posset intelligi: nec hic solus id fecit:
sed alij præterea duodecim: & quicquid uel
mali uel boni nobis evenit, totū illorum respōdes
oraculis: sed hos alias singillatim percēscimus.
*Ezechias porrò cū quatuor iam diximus superiū-
xisset in pace, obiit post annum uita quartū &
quinquagesimū, regni herò nonū & uigesimum.*

*Manasses à Chaldeorum ac Babyloniorum rege
captus post aliquantum temporis ab eo rursum
in regnum suum restituitur.* C A P. IIII.

Huius successor Manasses filius, ex maire 4. Reg. 21
Achiba Hierosolymitanæ ciue natu, omnis paternis studijs cōtrariū uita institutum
renuit, nullam impietatem prætermittens, sed per
omnia iniquitates Israëliarum imitans, quos
Deus proprie peccata perdidit. ausus est etiam
scelestis templū, Dei profanare, atq; adeo totā
urbem & reliquā ditionem quam latè patuisse.
*Exorsus enim à Dei contemptu, in omnes quo-
quor erant in Hebreis iustos graffabatur cardin-*

S S bmo,

bus, ne à propheticis quidem cruentus manus ab-
 stinens: nam & ex horum numero per singu-
 las dies aliquem afficiebat supplicio, ut Hiero-
 solyma inundarentur sanguinibus. His tam ne-
 farijs facinoribus concitatus Deus ad iracun-
 diam, mitebat unum post alium prophetam
 ad regem simul atque populum, per quos eas-
 dem illis comminabatur calamitates, quas pro-
 pter contemptum religionis fratres ipsorum
 Israëlitæ aliquanto ante perpeti fuerant. At
 illi nolentes fidem habere illorum sermonibus,
 per quos moniti si paruisserent imminentia mala
 uitare poterant, re tandem heritatem eorum
 experti sunt. Cum enim in eisdem persecu-
 rarent moribus, hostem illis Deus immisit re-
 gem Chaldeorum & Babylonie: is misso in
 Iudeam exercitu, regionem totam depopulatus.
 Iordanensem quoq; dolo interceptum & abdu-
 ctum, perpetuo poena habuit obnoxium. Tum
 demum miser malo suo doctus admissam culpam
 agnouit, & ut hostem humatum ac clementem
 experiretur, à Deo precibus petiit. Nec Deus se
 præbuit inexorabilem, sed misertus exaudiit
 supplicem: quem post aliquantum temporis spati-
 zium Babylonius domum remissam in pristinum
 principatum restituit. Ceterum clementia uiolto-
 ris postliminio reversus Hierosolyma, dedit ope-
 ram si posset abolere priorum peccatorum
 etiam memoriam, mutatis moribus totue

con-

conuersus ad religionis studia. Nam et urbem
lustrauit, et templum consecravit denuo, et in
reliquum totius fuit in eo ut gratitudinem Deo pos-
set approbare, et quoad uiueret eius retinere be-
nevolentiam. Id est facere populi quoque docuit, me-
mor in quale incidisset infortunium ob perperam
administratam repub. Adornato etiam altari, ex
prescripso Moy sis solenes obiulit super eo ui-
climas. Restitutis in ueterem statum religionis ritu-
bus, ad munidea Hierosolyma cura transstulit, ita
ut reparatis antiquis mænibus, noua illis cir-
cudaret, et iurres excitaret altissimas, subur-
banasque arces cum alijs necessariis tum in primis
comeditibus muniret. Adeoque in melius muta-
tus est, ut ex quo Deum colere cœpit, toto uite te-
pore predicatus sit beatissimus. Cumque uixisset
annos L X V I I . in uiuis esse desyat, ex altis in re-
gno annis quinq; et quinquaginta. Sepultus est
in hortis propriis: regnum exceptit Amos filius,
natus matre Emalsetma, oriunda ex Iabate op-
pido. Et sic imitatus iuuenilia sui patris opera, et
a similibus non abstinentes facinoribus, mature de-
dit poenam, domi a suis oppressus familiaribus
mixtum exacto anno uite quarto et uigesimo,
regni uero secundo. In eius interfectores ani-
maduerit populus, ipsum in paternum monu-
mentum intulit, et regnum eius filio Ioseph no-
minatio tradidit, oculo tum annorum puer.

De Iosua rego,

CAP. V.

Famino

4. Reg. 22.

Huius mater fuit ex oppido Bosceitha. Ieda nomine, ipse inde optima, & ad virtutē natus. Dauidē rege exemplari & regula sotius uite sibi proposito: quam primū enim duodecimū annū aitatis auiguit, egregiū edidit pietatis ac iustitiae specime. Auctor enim fuit populo, ut abiectis erroribus, & relicta de falso creditis dīs persuasione, conferrēt se ad cultum patrī numinis. Et retractatis maiorū suorū institutis, quicquid peccatum esset corrigebat, tam prudenter adhibitis remedīs, quā si esset atate maturissima: quae uero decenter se habere inuenit, immota seruauit, & imitatus est. Hac autē faciebat tū per innatā sapientiā, tum etiā seniorū monitis & cōsiliis. Sequēdo enim legū ductū in ordināda repub. & cultu diuini numinis aberrare non potuit, à quibus recedentes priores aliquot reges seipso perdiderāt. Itaq; obeudo tam urbē quā regionē totā, lucos externis dīs dedicatos excidebat, & aras eorū diruebat, & donaria quae eis à maioribus cōsecrata fuerāt, per ludibriū detrahebat: atq; ita populū à uana opinione ad uerū Dei cultū conuertit: & consueta holocausta catenaq; sacrificia super altare obtulit. Cōstituit etiā certos magistratus, & morū cōsores, qui priuata quoq; negotia sic disponerēt, ut in omnibus nō minorē iustitia quānit. & ipsius rationem haberent. Dimissis deinde per totā suam ditionē nūniūs, iusserit ut quicunq; nullent

uellent cōferrent aurū & argentū in reparatio-
nem templi, idq; suo quisq; arbitratu, ut nemo
grauaretur: & allatis pecunijs curā sumptuum
in templū sartū tectū prestandū cōmisit Amasi
prefecto urbis, & Saphani scribe, & Ioathas
cōmentariensi, & pontifici Eliacia: qui omis-
moris & dilationibus, adhibitis architectis, &
suppeditatis omnibus rebus ad reparationē ne-
cessarīs, incūbebant operi: a q; ita instauratū est
templū, & ipsum regia pietatis argumentū fu-
erum. Anno deinde regni sui x v. i i i. ius sit
Eliaciam pontifice pecunia: que instauratiō
superfuit in massas cōflata crateris inde &
libatoria phialasq; ad ministeria templi cōficere:
præterea quicquid auri argenti'ue in thesauris
esser, id quoq; prolatū in eosdem usus cōvertere:
potifex autē dum promis aurum, forte incidit
in sacros libros Moysis in templo reposuos: eos
prolatos dedit scriba Saphani: qui cum eos per-
legisset, regē adiit. & que imperasset omnia fa-
cta indicavit: præterea libros recens inuentos ei
legit. Qua lectione auditā rex scidit sibi uestē,
& conuocatis intimis aliquot amicis, ipsoq;
scriba, & Eliacia pontifice, misit eos ad pro-
phetissam Oldam, uxorē Sallumi, viri clari ac
nobilis, ut persuaderet ei Deū placare, & pro-
pitium genti sua reddere: timendum enim esse ne
propter negligias à maioribus leges Moysis
grandes casus immincant, nē ue eius patrio so-
lo in

lo in externis regionibus destituti omnibus com-
modis miserè uitā finiant. Auditis regijs man-
datis prophetissa iubet ei renūtiari, quod Deus
semel cōtra eos sententiā tulerit, quæ nullis sup-
plicationibus irrita fieri posse, ut populus ej-
ciatur proprijs sedibus, et omnibus præsentibus
cōmodis propter non seruatas leges mulctetur:
quandoquidem concessò ad resipiscendum tanto
temporis spatio, ne prophetarū quidem hortati-
bus ad saniore mentem renocari potuerit, debi-
tas impietatis pœnas prædicentia: & ideo decre-
tum id mutari non posse, ut ipso cœnitu discant
esse Deū, & in prophetarū eius prædicti Elionibus
nihil inesse mendacij, quibus certa suam uolum-
tatem hominibus indicare solet: attamen pro-
pter bonitatem regis dilaturū Deum aliquan-
tisper imminentem calamitatē: sed ab eius obi-
tu præfinita iam antē mala in populū missurū.
Hoc mulieris uaticinium regi renūtiant qui ad
eam missi fuerant. Ille circū omnia oppida mis-
sis nuntijs, iussit Hierosolyma cōuenire sacerdo-
tē. Reg. 13. ies ac leuitas, & omnes omnis etatis homines:

& cum cōgregati essent omnes, primū eis sacros
libros legit: deinde stans in editori loco in me-
dio populi, sacramento adegit uniuersos ad cul-
sum diini numinis, & seruadas leges Mosai-
cas: quod illi magno consensu facturos se rece-
perunt. moxq; sacra facientes & mactantes ui-
climas Deum precabantur ut propitius adesse
dignare

dignaretur. Postremò iussit pontificē, si quod uas in templo supereret a maioribus dicatum idolorum extēnorū usui, ut inde eyceretur: et cūm non pauca essent collecta, omnibus incēsis cincrem corum dispergit: deniq; sacerdotes idolorum a genere Aaronis alienos interfecit. His apud Hierosolymā peractis exiuit peregrē. et quicquid per totam regionem in honorem exter novum numinum a Hieroboamo dedicatum inuenit, deluit funditus, et ossa pseudoprophētarum super altare, quod primus Hieroboamus extruxerat, combusit, sicut superius diximus, iam tū cū super eo Hieroboamus sacra facere, interuenisse prophetam, et in præsentia totius populi prænūtiasse, quod unus ex Davidis progenie, nomine Iosias, hoc esset facturus: cuius prædictionis cunctus post annos trecentos sexaginta unum secutus est. Post h.ec inuisit et alios Israēlitas, qui captivitatē et servitutē Assyriorū cuitauerant, etisq; persuasit, ut omisssis impīis actionibus, et religionibus extēnis, Deum maximum ritu patrio colerent eiq; soli adhærent. Nec hoc contentus oppidatim ac uicatim per domos scrutatus est, ne quid suspectum intus delitesceret: quadrig. et etiā solis, quas superiores reges in uestibulo templi consecrauerant. et si quid aliud diuinis honoribus uulgus imperitus dignabatur, de medio sustulit. Ceterā lustrata ad hunc modum regione uniuersa, populi Hierosolymā

rosolyma cōuocauit ad celebrandum festū azymorum, quod dicitur Paschā, deditq; populo ad epulum de suo triginia hædorū et agnorum millia, et boum iria millia. Principes quoq; sacerdotum conulerunt sacerdotibus ad idem festum agnorum duo millia, et sexcentos: et similiter leuitis eorum primarij dederunt agnoriū quinq; millia, boves quingentos: cumq; rata esset uictimariū copia, immolabātur omnes iuxta leges Moysis, sacerdotib; ei curae præpositis, et exēplo suo reliquo populo præeunib;. Et quod à Samuelis propheta tēporibus in eam usq; diem nulla talis festiuitas celebrata fuerit, causa est, quia tum omnia iuxta præscripta legū et antiquas consuetudines peragebant. Post hæc Iosias cum pace, diuīus et gloria floruisse, unita fuiū habuit huiusmodi.

Nechabo rege Aegypti contra Babylonis per Iordanem exercitum ducere uolente, Iosias uetare conatus prælio uictus occiditur. C A P. VI.

Nechoz Aegypti rex magnis delectibus habitis copias ad Euphratēm daxit contra Medos et Babylonios qui Assyriorum imperium exerterant, uolens sibi Asia regnum querere. Cumq; processisset usq; Menden oppidi ditionis Iosiae, opposuit se ei, uetans per sui iuris regionē iter contra Medos facere tum Nechoz seduceatore missō, ait sc̄ non illum petere bellum sed ad Euphratēm properare: nū effe sibi impo-

nendam necessitatem prater propositum cū ob-
stante dimicandi. Iosias autem uerbis Aegypti
nihil mouebatur, sed perseverabat in ea senten-
cia, ut per suam ditionē uolenti ducere transitus
pernegaret, saio opinor ad hanc arrogantiā ur-
genie hominem, ut occasione aduersus eum in-
ueniret. Dum enim accīc instruens curru ab uno
cornu ad alterum uelit, Aegyptius quidam
sagitta iclo bellādi studiū exemit. sauius enim,
et cruciatū non ferens, iusso exercitu deflectere.
Hierosolyma reuertitur: ubi ex eo uulnere est
mortuus. Sepuleus est magnifico funere in monu-
mentis paternis, cūm uixisset annos triginta no-
uem, regnasset triginta unum. Luxit eum popu-
lus muleis diebus lamentis, et tristitia mortem
eius prosequens. Hieremias etiam epicedium ei
scripsit lugubri carmine, quod nūc quoq; exsta-
re uidemus: hic propheta et instantem urbi ca-
piuitatē Babyloniam, et nostri etiam seculi cla-
des prædictas mādauit literis. Nec solus ille hæc
uaticinatus est multitudini, sed et propheta
Ezechiel, qui primus duos libros hoc argumēto
scriptos reliquit: erant autē hi duo sacerdotalis
generis: quorum Hieremias uixit Hierosolymis,
ab anno decimo tertio regni Iosiae usq; dū tem-
plum unā cū urbe est dirutū: cuius suo loco men-
tionem faciemus. Porrò mortuo quemadmodum
diximus Iosia, regnum suscepit filius eius Ioa-
nus, anno aetatis uigesimotertio, regiam habens

T

Hierosolymis

Hierosolymis. Hic matre natus Amethala, im-
 VII. püs & impuris fuit moribus. Hunc Aegy-
 ptiorum rex à bello reuereens acerbitum ad se
 in urbem Syriæ Samathā uinxit, & fratri eius
 seniori, eodem patre nato, Eliacimo nomine re-
 gnum tradidit, Ioacimi nomine prius illi indito:
 regioni uero eius centum argenti talentorum tri-
 butum imposuit, & unius talenti auri. atq; ita
 Ioacimo tributario facto, Ioazum secū in Aegyptum abduxit, ubi mortuus est cum regnasset
 menses tres, dies decem. Mater autem Ioacimi
 uocata est Zabida, nata ex oppido Abouma:
 hic quoq; malitioso fuit ingenio, nec erga Deū
 pius, nec misericordia homines.

Nabuchodonosorus ibuadens Syriam Ioacimum
 ad amicitiam & societatem suam pertraxit. C. V II.

Anno autem quarto ex quo is regnare in-
 cepit, quidam Nabuchodonosorus apud
 Babylonem regno potitus, cum instruclissimo
 exercitu Carchabisim ad Euphratē sitam pe-
 siti, bellū inferens Aegyptio Nechao, qui tum
 toti Syriæ dominabatur. At ille cognito Baby-
 lonij conata, nō contempnit hostem, sed cum ut-
 lidis & numerosis copiis ad Euphratē ei se op-
 posuit, & collatis signis cū eo cōgressus amissis
 mulis millibus coactus est cedere: Babylonius
 autem superato Euphrate, totam Syriam Pe-
 lusium usq; subegit Lida sola excepta. Quarto
 deinde regni Nabuchodonosori anno, Ioacimi
 uero.

uerò o Etano, Babylonij Iudeis bellum inferunt
magnis viribus dira minantes ni tributa pen-
dant quemadmodi reliqui Syriae habitatores. 1. Reg. 2.
Et ille timore suadere pacō mercatus pecunijs,
integro triennio imperata tributa persoluit.

Indullus deinde ad uanas spes rumoribus ex- v i i .
peditionis Aegyptiorū contra Babylonios, &
negatio tributo, expectatione sua frustratus ejus-
nam Aegyptij bellum instaurare nō ausi sunt,
id quod propheta Hieremias quotidianis mo-
nitis prædicere nō destitit, frustra eos spem in
Aegyptiorum præsidio ponere. Imminere enim
urbi certā subuersiōnē a Babylonij, & Ioaci-
mo regi captiuitatē. Sed hac uaticina q̄ nemī
eis moueretur, nemini proderant. Etenim tam
uulgas quam proceres coniēptim hæc audiebāt,
& irati male ominanti, prophetam apud regē
accusabant, depositentes eū ad suppliciū. Dela-
ta demū re ad regium senatū, maxima pars ut
improuida calculis suis eū damnauit: pauci ue-
rò quidam sapientiores è regia prophetā dimi-
scunt, autoresq; fuerunt etiam alijs, ne in eum
seuire pergeret. Adducibātq; rationē, nō hunc
solum mala urbi prædicere, sed & Michælam
anīc talia prædixisse, & multos alios, quorum
nemo à sui tēporis regibus aliquid effet passus,
sed omnes ut Dei uates habiti sint in pretioz;
atq; hoc pacto lenitis animis diuersa sentientiū,
effeccrūt ut renocatis suffragijs propheta exi-

meretur supplicio: qui conscriptis omnibus suis prophetis, ieunanti populo & in cōplū cōgregato, nono mēsc quinti anni regni Ioaclimi legit eum librū, continētem quid tēplo & urbi eiusq; populo deberet accidere. His auditis principes ei librum admunt simulq; iubēt tam ipsum quām eius scribam Baruchum ē medio secedere, ut omnes latcat ubi sint: librū uero ad regē pertulerunt, qui præsentibus amicis iussit scribam librum sumere & legere: quo lecto iratus condit eum, & inieclum in ignem exusit: iussitq; Hieremiam & Baruchum ad se adduci daturos suppliciū: sed illi iam se irae eius subduxerat.

Nabuchodonosorus Ioaclimū rursum Aegyptiorum rebus studentem interfecit, & Ioaclimum eius filium pro eo regem constituit. C A P. VII.

Non multo pōst uenientē cum exercitu Babylonium regem excipit in urbe, territus prophetae prædictionibus: quod enim ab eo sibi non timeret, neq; exclusit, nec ad bellum se parauit. At ille receperus non seruauit fidem, sed florē iuuenturis Hierosolymitanē unā cū ipso rege interfecit. quem etiam insepulū extra mœnia iussit proiecī: & pro eo Ioaclimū filiū regem urbis & regionis constituit: eorū uero qui in aliqua dignitate fuerunt, in captiuitatē abduxit Babylonē tria millia, in quibus fuit etiam tum puer Ezechiel. Hic finis fuit Ioaclimi regis, qui nixit annos trigintasex, regnauit undecim. Successor

Successor autem eius Ioachimus, natus matre Hierosolymitana nomine Nostra, regnauit mens tres, dies decem.

Babylonius mutata sententia Ioachimum obsider, deditumq; ulti capiuū Babyloniam abducit. C. I. X.

Babylonium autem regē statim dēdīsse re- 1. x.
gnūm Ioachimo pœnituit. Vcribatur enim 4. Reg. 25.
ne memor patris per iniuriam occisi, regionē ad
desfectionē perpellere. Misso igitur exercitu His
rosolymis eum obsecrit, qui cum esset natura bo-
nus & iustus, non sustinuit periclitantem pro-
pter se urbem desplicere, sed matrem & cognati-
tos missis à rege ducibus tradidit obfides, icto in
hoc cum eis fœdere, quod nec urbi mali aliquid
inferrent, nec ciuibus. Sed tūm quoq; ne per in-
tegrum quidem annum fides seruata est, Baby-
lonio rege uiolante eam, & mandante per Lite-
ras suis ducibus, ut omnem iuuenturē captiuam
ex urbe abducerent, & quicquid inesset artifi-
cum, & viuētōs ad se adducerent: furuntq; hi
omnes decem millia numero, & octingenti tri-
ginta duo. & in his Ioacimus cum amicus ac
matre, qui à rege in custodia sunt habiti.

Sedecias Hierosolymorum rex à Babylonio con-
stituitur.

CAP. X.

Pro Ioachimo autem sedeciam eius patruū
regem constituit, iureiurando astricatum
quod nihil in ea regione esset nouaturus, nec in-
naturus Aegyptios. Is erat annorū uirginiti &
T 3 unius

unius cum principatu acciperet, natus eadē ma-
 tre quæ frater Iacobimus, sed iusti ac decori ne-
 gligēs, ut qui æquales quoq; circa se habcret im-
 pios: quin & totus populus in eādem solutus est
 licentiā. Quamobrē sēpē numero Hieremias pro-
 pheta illum adiit, bistrans ut omīssis impietati-
 bus iustitiae curā gereret: nōcne aut ducibus men-
 tem adhiberet, quod essent mali pleriq;, aut fal-
 sis prophetis crederet, eū decipientibus, & pollu-
 centibus nō oppugnaturū amplius urbem Baby-
 lonium, nincēdumq; bello petiū ab Aegyptijs:
 hæc enim non uerè dici, nec euentura esse unquā.
 Sedecias uero tantisper dum audiebat prophetā,
 agnoscebat eū uera dicere, & in rem suam
 esse, si illi fidem adhibeat: sed per amicos rursum
 deprauabatur, & abducebatur à prophetā con-
 silijs in diuersum quocūq; uellent. S. d. & apud
 Babylonem Ezchiel eodem tēpore uastationē
 templi prædicebat, eamq; prædictionē cui amīcū
 rofolyma transmisit: quibus uaticinij Sedecias
 hac potissimum de causa noluit credere. In cat-
 ris enim omnibus inter se concinebant, quòd &
 urbs ui capietur, & Sedecias ipse captiuus abdu-
 cetur: in hoc uero discrepare uidetur sezzicile
 quòd negaret s. deciam uisurum Babylonē, cum
 Hieremias assuraret omnino futurum ut captiu-
 num cum Babylonius rex secū abducere. Qua-
 re cum hic diuersa dicere eos uideret, ne illa qui-
 dem uera putabat, in quibus consentiret: etiam si
 eu enīus

timentus omnia uera suissi cōprobauit, sicut alias
 opportunius dicitur. Igitur tūm per octo annos
 socius Babyloniorum fuisset, uiolato fēdere ad
 Aegyptios defecit sperans si cum illis uires con-
 iungeret, Babyloniam necessariō succubere. Quo
 cognito Babylonius exercitum contra eum du-
 xit: uistataq; regione, & occupatis arcibus ad
 ipsa Hierosolyma oppugnanda accisit. Aegy-
 ptius autem audito in quibus angustijs esset Se-
 decias socius, assumpto ualdo exercitu Iudeam
 petiit, uolens obsidionē soluere. At Babylonius
 intermissa obsidione, obuiam illi proiectus, uno
 praelio uictum tota Syria expulit. Mox uero ue-
 obsidio soluta est, pseudopropheta Se deciam de-
 ceperunt, manū iactantes quod à Baby'onijs regi
 eiusq; subditis instaret belli periculum, quodue
 transferendi essent è suis sedibus in Babyloniam:
 immo etiam captiuos reddituros esse cum omni-
 bus uasis quibus rex templum spolauerat. At
 Hieremias adito rege omnia uera & his con-
 traria pranuntiat, dicens eos regim decipere,
 nihilq; commodi sperandum ab Aegyptijs: sed
 uictis illis Babylonium copias ad Hierosolyma
 reducturum, & quotquot oppugnationi ac fa-
 mi superfuerint, captiuos abduclurum: dire-
 prisq; omnium facultibus, & exhausitis tem-
 pli diuitijs, in urbem simul & templum ferro ac
 flammis faciaturum, nullo sacri aut profani dif-
 crimine. Et seruimus, inquit, ei posteriorisq; eius

T 4 per

per annos L X X. à qua seruitute Persæ & Medimos cripient, extincto Babyloniorum imperio: quorum ope dimissi, & hoc reuersi templum adificabimus denuo. & Hierosolyma restituemus. Hæc dices Hieremias plerisq; persuadet: principes uero & imp̄i uelut suriosum continebant. Cumq; aliquando libuisset ei natale solū Anathoth reuise, quod à Hierosolymis x x. stadijs est distitū, quidā è magistratibus in itinere foris obuius cōprehensum detinuit, calūnians quod ad Babylonios uellet trāsfugere. Propheta cōtrā negauit eum uerū crimen afferre, sed ire se in patriam. At ille nihil ciuis uerbis motus, duxit eū ad magistratus in iudiciū, à quibus diu tortus & excruciatus seruabatur ad supplicium, & aliquanto tēpore coactus est uiuere in his afflictionibus. Anno autē nono regni Sedeciae, decima die mēsis decimi, Babylonius rex ierū exercitum admouit Hierosolymis & continuata per xxiimenses obsidione, modis omnibus expugnare urbē conatus est. Præter externam autem oppugnationē duobus grauibus malis intus impugnabatur ciuitas, fame simul & pestilentia uehemener grāssantibus. Interim Hieremias in carcere nō quiescebat, sed clamabat ad multū dinē, apertis portis recipiend: Babylonium: nam hoc factō si ruādos esse uā cū totis familys, alioquin sine remedio perituros: add: bat, manūtibus in urbe hostili ferro aut fame percundū: qui uero ad hostē

ad hostē persugerint, mortē euasuros. At principes ne malis quidē pressi audire nolabant, sed irati ad regim omnia deferebant, incusabantq; prophetā ut furcētum, & frangentē sibi animos, & obnunc iādis calamitatibus omnem populi promptitudinem & alacritatem enervantim: illos enim paratos pugnare pro patria, hunc uero minari tristia, & dicere expugnatam urbem omnino subuertendam esse. Rex uero suopie quidem ingenio non exacerbabatur: sed ne in primum inuidiam tali tempore incurreret voluntati eorū resistens, permisit eis ut de propheta quicquid liberet facerent: quo imperato cōfīstīm carcerem petentes, exemptū inde in quendam cōsum puerū per funem demiserūt, ut ibi præfocatus moreretur: ille uero usq; collum mersus ibi manebat. Interim quidam è seruis regis charioribus genere Aethiops, renūciat domino quid proprie acciderit, dicens non recte principes statuisse & amicos, quod uarem in cœnu demiserint, & grauiorē quam quae in uinculis erat expectata, mortem homini ex cogita uirunt. His audiis rex paenitentia prioris consilij, quod principibus prophetā in potestatē tradiderat, iubet Aethiopē triginta socios è suo familio sibi assumere, funesq; capere & quicquid ad uiri incolumentem opus sit, & quantū posse propere è puto Hieremiam extrahere. Tū Aethiops assumpsis, quē admodū iussus eras, socijs, exiractū è cæno permisit

T 3 misit

misit abire liberum. Accitus deinde clam ad regem, interrogatus est ecquod posset diuinus deferre ad rem presentem remedium. Ille habere se ait, sed neminem crediturum sibi, aut preceptis suis obtoperaturum. Sed omnes, inquit, amici tui quasi maleficū cupiunt me perdere: & ubi nunc sunt impostores illi qui negabant Babylonium amplius redditurum? Quonobrem ueroe apud te ueritatē promere, ne forte in uitā meā fawias. Sed cīm rex iureiurando confirmasset, nec se ilium interfectorum, nec amicos id facere passurum, fretus accepta fide, consuluit ut urbem Babylonys dederet: ita enim se internuntio iubere Deum, si modō uelit incolumis esse, & imminens periculum euadere, & cauere ne urbs solo aequetur, templumq; tradatur incendio. Ni faciat, ipsum fore omnium malorū causam tam sibi ac suae familie, quam uniuerso populo. Tum rex, se quidem cupere facere que uates in rem cōmunicent consuleret: sed timere amicos, qui iam ad Babylonios transfugiant, ne ab illis accusatus apud regem tradiceretur suppicio. Ne prophetat addebat illi animam, uanum cum timorem esse dictans: nihil enim mali passurum, si ciuitatē dederet, ac ne uxores quidem eius & liberos: mansurum etiam templum incolume. Hac locutū Hieremiam rex dimisit, iussum nemini ciuium communicatum inter ipsos consilium prodere, ac ut principibus quidē indicare, si cognito collocutos

se

se esse, percontarentur cūnam esset à rege accer-
sus: sed prætexendum quod uenerit rogatum, ne
posthac amplius haberetur in uinculis: id quod
factū est à prophetā, uolebat enim scire quānam
de causa accessisset ad Sedeciam.

Capti Hierosolymis Nabuchodonosorus populum
traducit in Babyloniam. CAP. XI.

Intra Babylonius pergebat in oppugnādis
acriter Hierosolymis, extructis aggeribus, &
erectis turribus, è quibus arcibat propugnatores
stātes in mānibus: multos enim aggeres circum-
quaq; excitauerat, urbis muro aliitudine pares.
Nec sēgniter interim defendebatur urbs, ciuibus
nec fami nec pēsti succumbentibus, sed obdu-
ratis animis omnia mala perferentibus: ac ne
machinis quidem hostium territi, alias contrā
machinas excogitabant, ut inter se utriq; non
uiribus solum certarent, uerum etiam armis,
dum illi his potissimum sperant se urbem posse
capere, hi salutem suam in eo putant consistere,
si non cessent nouis commentis illorum conatus
ludificari: atq; id certamen durauit per menses
decem & octo, donec tandem succubuere, par-
tim incidia uicti, partim superne è turribus te-
lorum multitudine oppressi. Capta est autem
urbs undecimo anno regni Sedeciae, quarti men-
sis die nona: ceperuntq; eam duces Babylo-
niorum, quibus Nabuchodonosorus oppugna-
tionem commiserat, dum ipse apud Reblathā
dege

degrebet: quod si quis requirat eorum ducum etiam
 nomina sunt haec: Nergelear, Arematus, Eme-
 gar, Nabosaris, Echarampsaris. Urbe autem ca-
 pta circa medium nocte, et ducibus ac reliquis
 hostibus in templum ingressis, Sedecias rex ubi hoc
 sensit, assumptis uxoribus, liberis, ducibus et
 amicis, fugam arripuit per sauces quasdam an-
 gustas in deserto: quod cum Babylonij cognos-
 sissent transfigurarum indicio, sub auroram ag-
 gressi sunt eos persequi, et affecuti eos non procul
 a Hierichonie circumueniunt. Amici uero et
 duces fugae comites uisisse e propinquo hostibus,
 relicto Sedecia dissipati sunt quamquam tulerit
 spes effugij. Ipsi penitus desertus cum uxoribus ac li-
 beris et paucis amicis in hostium potestate de-
 menit, et mox ad regem perductus est. Quem post-
 quam in conspectu habuit Nabuchodonosorus,
 impium et fædifragum hoc are cœpit, promissio-
 num immemore, quod regi seruare illam regionem
 esset pollicitus: exprobrabat etiam ingratiudi-
 nem, quod cum a se accepisset regnum Iacobimo fra-
 tri debitum, accepta potestate abusus esset in au-
 torum beneficij. Sed magnus est, inquit, Deus qui
 te propter mores tuos peccatos in manus meas
 tradidit. His uerbis cum Sedeciam increpauisset, eue-
 stigio iussit ipso et alijs captiuis inspectariibus
 filios eius et amicos trucidari: deinde ipsum
 excœcauit, Babylonem secum abducendum. Atque
 ita miriusque prophetæ prædictiones, tam Hieronimia
 quam

quām Iezecielis, quamvis ab illo contēpta, even-
tu non uana fuisse cōprobata sunt: quōd captus
abducetur ad Babyloniam, & coram cū eo lo-
quetur, & oculis suis faciem eius uidebit. Hiero-
mias prædictis: quōd uero eæcatus primo cū Ba-
bylonem perductus esset uidere eam non potuit.
Ezecielis fuerat uaticinum. Quæ quidē ignoran-
tibus satis declarare possunt Dei naturā, quām
maria sit & multimoda, omnia tēpestiuè dispo-
nens, & futura præsignificās: sicut humanae in-
scitiae & incredulitatis insigne exēplum hic em-
inet, per quā non licuit eis futurā calamitatē euī-
tare, ut ne cauerent quidem fatum ineluctabile.
Atq; hic fuit Dauidici generis regū exitus, qui
unus & uiginti regnauerunt deinceps: idq; tēpo-
ris spaciū quingētos & quindecim annos con-
tinet, & mēses insuper sex cū diebus decē: annu-
meratis uiginti annis primi regis Sauli, qui fuit
tribus alieius. Cæterū Babylonius post uiclo-
riam Nabuzardanē ducem misit Hierosolymā
cū mādatis, ut templum spoliatiū incenderet, re-
gia quoq; simulier erat uerbem à fundamen-
tis dirueret, populum in Babyloniam traduceret.
Qui cūm eò peruenisset undecimo Sædeciae regni
anno, è tēplo uasa omnia tam aurēa quā argen-
teā sustulit, & labrum quoq; illud grande quod
Solomō dedicauerat: prætereat colūnas illas arcas
cum suis capiūlīs, & mensas aureas atq; can-
delabra. His sublati templum incendit mensis
quintū

quinti die prima, anno regni Sedeciae undecimo,
 regni vero Nabuchodonosori XVIII. deinde
 regiam incendit, urbem diruit. Incensum
 est autem templum annis ex quo exstructum fue-
 rat elapsis CCCCLX. mensibus sex, diebus
 decem additis: ex aliis à transmigratione ex
 Aegypto annis M. LXXI. mensibus sex, diebus
 decem: à diluvio autem usq; ad templi destruc-
 tionem intercesserant anni M. DCCCCCL. men-
 ses sex, dies decem: ab Adamo item cōdito usq;
 Anni ad hunc templi casum tria milia annorum elas-
 mundi. p̄sa sunt, et insuper DXII. menses sex, dies
 decem. Tantus censemur annorum numerus, quo tem-
 poris spatio quid et quando gestū sit, suo queq;
 ordine explicamus. Dirutis Hierosolymis et
 populo migrare iusso, dux regius capinos fecit
 hos: pontificem Saream, et qui post hunc secun-
 dum inter sacerdotes locum tenebat, Sephemam:
 tres praefectos custodie templi, eunuchū primad-
 rium regis cubicularium, cum septem alijs regijs
 amicis: præterea scribam regium, et alios prin-
 cipes viros sexaginta, quos omnes una cum spo-
 lijs templi perduxit ad regem suum agentē tune
 Reblathis, que est Syria ciuitas. Rex vero ponti-
 ficem et principes in ea urbe insit capite plecti,
 reliquam captiuorū multitudinem et in his Se-
 deciam ipse Babylonē perduxit. Iosadocū etiam
 pontificem vietū secum duxit, Sarea pontificis
 filium, quem modo Reblathis affectum supplicio
 dixim

diximus. Nunc quoniam regum genus & eorum
 successionem ordine recensuimus, cōueniens duxi
 etiam pontificum enumerare nomina, qui regum
 tempore per continuatas successiones summum
 administraverunt sacerdotium. Ergo prima
 omnium in templo recens à solomone exstrūcto
 pontifex fuit Sadocus, cui filius Achimās suc-
 cessit: post Achimam Azarias, & post hunc
 Ioramus: post Ioramū Iesus, & deinceps Axio-
 ramus, Phidias, Sudeas, Iulus, Iohamus, Vrias,
 Nerials, Odeas, Saldumus, Elcias, Sarcas, Iosa-
 docus qui captiuus Babylonem periratus est: hi
 omnes quasi per manus traditū sacerdotium filij
 parentum successores acceperunt. cōtinuata ge-
 neric serie. Ceterū rex Babylonem reuersus se-
 deciam in carcere usq; ad mortem eius detinuit,
 mortuum tamen regia funeris pompa clatum se-
 peliit: uasa quibus Hierosolymitanum templum
 spoliauerat, suis consecrauit numinibus: populo
 in Babylonia sedes attribuit: pontificem ē uincu-
 lis exemit. Nabuzardanes autē dux qui po- X 13
 pulum captiuum abduxerat, trāsfugas & pau-
 peres illic reliquit, dace illis prēposuo nomine
 Godolia, Sicamī hominis nobilis filio, uiro
 a quo et bono. His imperauit, ut pro agris quos ad
 culturā acceperant, cerium tributum regi pende-
 rent. Prophetæ quoq; Hieremie ē carcere exem-
 pto suasit ut iret secum Babylonem: iussum enim
 se à rege, ut ei necessaria omnia præbeat. Quod
 sscq

si sequi nolit, diceret ubinā habitare cuperet, ut
de hoc regē per literas certiorēm possit reddere.
Propheta uero neq; ducem sequi noluit, neq; alio
ad habitandum ire, contentus habitare in ruinis
patriæ, & eius miseras reliquias colere. At dux
noluntate eius cognita Godolias quem ibi relin-
quebat cōmendauit hominem, mandans ne quid
ei deesse pateretur: donatoq; uite magni precij
muneribus, ipse quoq; domum profectus est. Hier-
remias autem domicilium elegit apud oppidum
Masphatam, impetrata prius à Nabuzardane
gratia ut secum ē carcere dimitteretur etiā Ba-
ruchus Neri filius, insigni familia natus, & in
patria lingua egregie doctus: Nabuzardanes
itaq; his peractis Babylonē reuertitur. Illi autē
qui obsidionis Hierosolymitanæ tempore diffuge-
rant, posteaquam Babylonios recessisse audiue-
runt, undiq; collecti uenerūt ad Godoliam Mas-
phaiha. Eorum principes erant, Ioannes Carea
filius, & Iezanias & Sareas, & nonnulli alijs:
præterq; hos Ismaël quidā ortus regio genere, ut
alioquin malus & dolosissimus, qui tēpore obsi-
dionis profugerauit ad Bathalem regē Amma-
nitarū, & apud eū per id tempus moratus fue-
rat. His igitur ad se uenientibus, Godolias suasit
ut ibi manerent, nihil timētes à Babylonij: posse
enim eos impune regionem colere, interposito que
iure iurando paratum fore suum auxilium si quis
molestareatur, consuluit ut unusquisq; habitaret
in quo

in quo uellet oppido, dicens missurum se una alio-
quot è suis, & daturum operam ut diruta in-
staurenur, & habueretur denuo: illos uero debe-
re donec tempestuum est curare ne frumentū &
uinum ac oleum defit in futuram hyemem quo
susteneantur: hec locutus permisit quemq; arbit-
ratu suo quem liberet locum incolere. Quæ sa-
ma postquā ad circumvicias Iudeæ gentes per-
uenit, quod profugos ad sequentes Godolias
magna humanitate exciperet, & agros eis co-
lendos assignaret, imposito certo tributo quod
pendere uerit Babylonio, undiq; concursum est ad
eum, & cœperunt regionem colere. Ioannes au-
tem cum alijs principibus uidentes regionē co-
li, multum amauerunt Godoliam propter boni-
tatem eius & humanitatem: admonueruntq;
eum quod Bathales Ammanitarum rex ideo
misisset Ismaëlem, ut ipsum clam dolo interficeret,
& principatum inter Israélitas occuparet,
cum sit e genere regio: securū autem fore ab in-
sidijs, si eis permittat Ismaëlem clam occidere.
Vereri enim sc̄, ne si ipse insidijs preoccupatus
fuerit, reliquia Israélitarū in totum percant. Ille
hero respondit se non disimulaturum tales insi-
dijs aduersum hominē affectum à se beneficio:
non enim esse uerisimile eum qui in rata inopia
necessitate nihil mali fecerit, nunc contra omne-
fus erga benefactorem tam ingratum esse, ut cui
circummo insidijs non posset sine scelere non

succurrere, cum sua manu interimere conetur.
 Sitamen etiam si uera essent que deferrent,
 emori esse satius, quam hominem qui salutem sua
 fidei commisisset, opprimere. Itaq; Iohannes cum
 ceteris frustra hoc conatus persuadere abiit.
 Post dies inde triginta uenit ad Godoliam in
 Masphat a Ismael comitatus amicis decē: ubi
 inter hospitales epulas dum se comiter poculis
 inuitant, hospitem mero grauem & sommolen-
 tum aduertes, cum decem illis socijs abortus in-
 terfecit, nec difficile fuit cæteros coniuas simi-
 liter effectos confodere: quibus necatis adiun-
 te nocturno tempore per rotum oppidum grassa-
 ti sunt promiscuis cadibus tam in Iudeos quam
 in Babylonios milites securos & paſſim dor-
 mientes. Sequenti uero die uenerunt cum munc-
 ribus ex agris ad Godoliam circiter octuagin-
 ta, omnium inscū que acciderant: quos uidens
 Ismael intrō uocauit ad Godoliam, & intro-
 gressos clauso palatio trucidauit, cadauerāq;
 eorum in puteum quendam, ne essent conspicua-
 demersit. Soli autem ex eo numero seruati sunt
 qui rogauerunt ne se prios occideret, quam ei qua-
 dam occultaria in agris traderent, supelleclitem
 & uestes atq; frumentum: quibus promissis mo-
 tuis, aliquot ex eis pepercit: plebeū uero Maspha-
 tensem cū mulieribus & pueris abduxit, & in
 his etiam Sedeciae filias, quas Nabuzardanes
 apud Godoliam reliquerat. His perpetratis ad

Lmm

Ammanitarum regem profectus est. Ioannes autē cum ceteris ducibus audita Masshatensium clade, & morte Godoliae, indignissimè tulerūt, & assumptie suis quisq; militibus, Ismaëlem hostiliter persecuti sunt, cumq; apud fontem Hebronensem deprehenderunt: quibus uisib; captiui Ismaëlis lati, rati id quod erat auxiliū sibi uenire, omnes ad Ioannē transiuerunt, Ismaël autē cum octo tantum comitibus ad Ammanitarū regem perfugit. Ceterū Ioannes assumptis quos Ismaëli cripuerat, cū eunuchis & mulieribus atq; pueris peruenit in locū qui Mādrā dicitur, ibiç; ea die manserunt. Voluerunt inde proficisci in Aegyptū, timentes Babylonios, ne irati propter cedem praefecti in ea regione à se constituti, in illos saeiret: prius tamē consulendū Hieremiam rati, accedentes eū rogauerunt ut hæsitantibus oraculū expediret quidnā faciendum sit, iurati facturos se quicquid ille iussurit. Cūq; propheta operā suam esset pollicitus, decima demum die Deus appārēs iussit ut Ioanni & ceteris ducibus diceret, si māscrint in ea regione, auxilio futurū, & prouisurū ne quid incomodi à Babylonij quos timebant accipiant. Sin in Aegyptū mallent iter facere, curā eorum relitterum, infensumq; tali calamitate affecturum eos, quali paulo ante fratres eorū castigatos esse uiderint. Hæc diuinitus moncti prophet, & noluerunt credere, quod ex Dei sententia iuberet eos

V. 2 man

manere: sed putauerunt eum falso uerbis suis
Deū prætexere, re autem uera loqui in gratiam
Baruchi discipuli, ne possint Babyloniorū iram
effugere. Concepio ignur Dei consilio quod per
prophetā dederat, Ioannes & reliqua multitu-
do in Aegyptū abiit, abducto simul Baruch
& Hieremias. Quo postquam percutiunt est, Deus
significauit propheta fore ut Babylonius exer-
citū ducat in Aegyptū: iussitq; prædicere po-
pulo, quod capietur Aegyptius, & ibi partim
interficiuntur, partim captiui Babylonē abdu-
centur, id quod etiā factum est: quinto enim post
excidiū Hierosolymitanum anno, qui fuit regni
ipsius Nabuchodonosori uigesimus tertius, cum
magnis copiis inuasit Cœlen Syriā: qua subacta
bellū gesbit contra Ammanitas & Moabitias,
& his quoq; perdomitis Aegyptū hostiliter est
ingressus: occisoq; qui tunc regnabat, & alio re-
ge constituto, repertos ibi Iudeos rursum capti-
uos Babylonem abduxit. Hac fuit fortuna He-
braeorū, ut accepimus, bis ultra Euphratem træ-
ductorū: nam per Assyrios decē tribus ē Samā
ria sunt abducte, regnante Osea, deinde reliqua
dua per Nabuchodonosorū Chaldaorū & Ba-
byloniorū regem captis Hierosolymis. Sed Sal-
manasar in uacuas Israëlitarū sedes deduxit
gentem Chuthæorū, qui prius in intima Perside
& Media fuerant, Samarita deinde uocati à
regione in quā demigraverunt: rex uero Baby-
lonius

lonius pro abductis duabus tribibus nullā gen
tem in eā regionē reposuit: quo factū est, ut Ju
dea cū Hierosolymis ac tēplo per L. x x. annos
deserta maneret: tēpus autem totum quod inter
decē tribuum captiuitatem & duarū reliquarū
transmigrationē intercessit, anni fuere centum
erigint a. & mensis sex, dies decem. Ceterā xii.

Nabuchodonosorus selectis nobilissimis Iudeo- Dan. i.
rum pueris, & Sedeciae regis cognatis, qui &
flore etatis & decore formā fuere cōspicui, pae
dagogos eorū curā assignauit, ex sc̄līs quibus
dam ex eo numero, quemadmodū solitus est fa
cere & aliarū gentiū deuictarū formosis ado
lescentibus: prabebatq; eis de sua mensa uictū,
& Chaldaeorū disciplinis instituendos curabat
ac literis, in quibus sanè profecerunt plurimū. In
his erant quatuor de Sedeciae genere, admodum
pulchri et egregio præditi ingenio, quorū nomi
na, Daniel, Ananias, Misael, Azarias. his
Babylonius mutauit nomina, & pro Daniele
Balithasare, pro Anania Sedrachē, pro Mi
säcle Misachē, pro Azaria Abdénago ap
pellari iussit: eosq; ob egregiā indolē & nō me
diocrē cruditionem uehementer charos habuit.
Cumq; uisum fuisset Danieli cū cognatis uicti
tare durius, & à regia mensa abstinere edulij,
atque adeò ab animatis omnibus, accesserunt
Aschanē eunuchū qui cura eorū erat præposi
tus, rogantes ut quæ mittebantur à rege in suos

usus cōnserteret, ipsis legumima tātū & palmitas in alimenta præberet, & si quid aliud præsterea uellet in anime: se enim alijs fastidit is talē uictū appetere. Ille herò ait se gratificari eis cupere, sed uereri ne hoc rex deprehēdat extenuatis ipsorū corporibus, & immutata specie, quod necesse sit ut habitudo & color rationi uictus respōdeat, idq; magis fore conspicuū ex collatione aliorū qui alātūr delicatius, atq; ita propter eos adduci se posse in capitib; periculū. Itaq; nāti Aschanē non admodū difficile, persuadent ut saliē per decem dies hoc eis permittat experiri gratia: quod si corpora eorū nibilo deterrius inde habuerint, in eodem uictu persuerant, qui cōpertus sit innoxius: sin autē detrimentum aliquod inde acceperint, minus speciosi facti quā alijs ad pristinā diētā eos reduceret: ut uerò apparuit non solū nō lēdi eos talibus, sed habitiores præ alijs & maiores inde fieri, ut cū eis non essent conserendi qui cibis uescabantur regijs, sed Daniel cū socijs potius delicatā uitā agere uideretur, ex eo tempore securè Aschanes partes qua de regia mensa mittebātur pueris, sibi restnebat, & illis apponebāt que iam diximus. Illi uerò uipote puros iam habentes animos, & ad percipiendas disciplinas idoneos, atq; etiam formiora ad labore corpora, quod neq; illi lēderetur aut grauarentur uarietate deliciarum, neq; hac simili de causa emolirētur, facile omnē perdid

didicerūt doctrinā tam Hebraicā quā Chaldaicā: sed pricipiū Daniel peritus talium artium, cōiectādis quoq; somniorū significationibus stu-
duit, uisiones etiā diuinās uidere solitus. Ex alto
autē biēnio post Aegypti populationē Nabu-
chodonosorus cū uidisset mirandā uisionē, cuius
etiā suentū Deus ei in somnis indicauerat, mox
ut è stratis surrexit eius oblitus est. Accersitis
igitur Chaldeis, & Magis ac Patibus, ait se
sommii uidisse, & quoniam oblitus sit quale fue-
rit, uelle ut & somniū sibi indicet, et eius signi-
ficationē. Illis autē respōdenib; hoc supra hu-
manas uires esse, q; si exponeret uisionē somniū,
pollicētib; interpretationē, minatus est morte
nisi somniū etiā indicarent: & cū negarent se id
posse, necari omnes imperat. Tum Daniel audi-
to q; omnes sapiētes iussisset occidi, & inter hos
se quoq; cū suis cognatis esse in periculo, adiit
Ariochū regū p̄fectū satellitū, rogauitq; cau-
sam, cur ita rex statuisse in omnes sapientes, &
Magos, atq; Chaldeos animaduertere: et cogni-
to q; cū oblitus esset somniū, iussissetq; eos id sibi
indicare, nec illi potuissent, ad iram cōmorū sit,
impetravit ut p̄fectus unius noctis dilationē
Magis à rege peteret: sp̄c enim sibi esse, Deū ea
ipsa nocte exoratū, indicaturum esse id somniū.
Quae Danielis postulata cū per Ariochū regi
essent renuntiata: iussit eadem magorum dif-
ferri, tantisper dum huius promissi fidē experi-
retur.

retur. Puer uero cū socijs digressus in suū cubi-
 culū, per ita nocte supplex Deū precibus soli-
 citauit, ut rem sibi aperiret, & Magos cū qui-
 bus & ipsis periclitaretur, ab ira regis eriperet,
 manifestata sibi uisione quā rex præterita nocte
 uisam clabi è memoria passus sit. Deus autem
 & periclitates miseratus, & Danielis sapien-
 tia delectatus, tam somniū quā eius interpreta-
 tionē ei notā reddidit, ut hanc per cū rex cognos-
 ceret. Ille hac revelatione letus, surgens fratribus
 cā indicat, iam desperantibus uita, & tan-
 tū de morte cogitatibus: hortaturq; ut tranquillo
 sint animo, & de uita melius sperare nō dubi-
 tet: cū quibus actis Deo gratijs quod atatē corū
 esset miseratus. Ardochū adit initio diei, rogās
 ut se ad regē ducat, indicaturum ei somniū quod
 proximā ante hāc nocte uiderat. Ad quē in-
 gressus, primū deprecatus est cā opinione, quasi
 ipse Chaldaeus & Magis esset sapiētor, quod ne
 mine illorū ualēte inuenire somniū, ipse id esset
 indicaturus: nō enim sua pericia, uel quod intel-
 lectu alios præcellat, id fieri: sed Deus, inquit:
 nos de uita periclitates miseratus est, rogantiq;
 mihi pro mea populariuq; uita, & somniū &
 eius significationē aperuit: neq; enim tā me soli-
 citū habuit ea tristitia, q; à te idigni uita essem,
 indicati, q; metus de existimatione tua gloriæ, cū
 tot uiros bonos & honestos necari iuberes, idq;
 iniuria, quod non esset humana sapientia com-
 prib

prehensibile quod mandabas, solo Deo ualente
 præstare quod cuperes. Ergo cum hæc te cura tor-
 nere, quis nam post te polmirus esset orbis impe-
 rio, dormienti tibi Deus uolens omnes regnati-
 vos ostendere, tale immisit somnum: Videlaris
 tibi uidere statuam grandem stantē, cuius caput
 erat aurum, humeri ac brachia argēta, uenter
 & femora ærea, crura ac pedes ferrei: deinde sa-
 xum uidiſti abrupum à monte in statuam illam
 incidere, & hanc deieclam cōterere, ut nulla eius
 pars maneret integrā, sed aurum, argenti, es &
 ferrum abiret in minutiorē farina puluerem,
 cumq; ingruente ueneti uifflatione in terras di-
 uerſissimas. Saxum herò illud tam magnū acce-
 pisse incrementū, ut quātum eſt terrarū ſua mole
 oppimeret. Et hoc quidem eſt quod uidiſti fo-
 nnium, quod in hunc modū interpretari oportet:
 aureum illud caput te significat, & alios reges
 ante te Babylonios: due uero manus & humeri
 duo portēdunt, quod à duobus regibus heſtrū im-
 perium delebitur, illorū quoq; imperium aliis ab
 occidente ueniens tollet e medio, amictus armis
 areis. Huius quoq; uires debellabuntur ab alio fer-
 ro ſimili, cui propter naturam ferri nihil poteris
 refiſſere, quod ea ſit auro, argento, ac are uali-
 dior. Adiecit & de falso interpretatione Da-
 niel, ſed mihi hoc narrare non libuit, cuius propo-
 ſitum eſt præterita, non etiam futura, ſcribere.
 quod ſi quis ueritatis audiſſit, inquirere

v 5 futur.

futurorū quoq; obscuros eventus cupiens discere,
 det operā ut Danielis librū perlegat, qui habe-
 tur inter sacras literas. Porrò Nabuchodonosor
 his auditis agnoscēs suū somnium, attonitus
 est Danielis indole, & procidens in faciem, cum
 nō aliter quam Deum adorauit, diuinis iuuenem
 dignatus honoribus. Nec hoc contentus imposito
 ei Dei sui nomine, uniuersae ditioni sua proposi-
 tum esse uoluit, cum coiq; simul eius cōsanguineos:
Dan. 3. qui ob hoc iniuidiosi facti in periculū inciderunt,
 offenso rege propter causam talem: Rex fabre-
 facta aurea statua, alta sexaginta, lata sex cu-
 bitos, in campo magno Babylonis eam statuit:
 quā dedicaturus cōuocauit ex omni sua ditione
 principes, eisq; mandauit, ut quamprimum tuba
 dari signū audierint, procidentes in faciem ado-
 rent statuam: quod qui nō fecerit, pœnam propo-
 suit, ut conūciatur in ardenti fornaci incēdium.
 Cūm igitur omnes audito tubæ signo adorarent
 eam statuā, Danielis cognati negauerūt se hoc
 facturos, quod nolent patrias leges transgredi:
 moxq; delati, & in ignē coniecli diuina seruati
 sunt prouidentia, & prater omnium opinionem
 euaserūt mortis periculum. Ignis enim eos nō at-
 tegit, sed quasi sentiens iniusticē in fornacem con-
 ieclos, pepercit, & nō exeruit uitam suam in iuue-
 nes, Deo inuicta flammis faciente horū corpora:
 qua quidē res magis etiam eos regi cōmendauit,
 quā probos et Deo charos esse animaduerteyet:
quo

quo factum est ut semper in maximo apud eum
 honore haberentur. Non multo deinde post, rur- Dan. 4.
 sum aliud dormiens rex uidit insomnium, quod
 priuatus regno uitam aeternam esset inter bestias,
 et post exactum modo sepiennium, denuo resti-
 tuendus esset in pristinum imperium. Quo uiso rur-
 sum conuocatis Magis percontatus est quid signi-
 fieret. Eius intellectu nemo alius inuenire, et re-
 gi indicare potuit, solus Daniel quid portederet
 conjectura affectus est: et qualiter hic praedixit,
 talis etiam euentus affuit: nam cum in solitudine
 tempus praedictum exegisset, nemine septennio toto
 audiebat inuadere dominium, exorto Deo rur-
 sum in regnum suum restitutus est. Nemo autem
 mihi uitio debet uertere, quod haec ita ut in anti-
 quis libris inuenio, scriptis meis infero. Talibus
 enim criminatoribus dudum occurri in initio
 huius historiae: palam profiens, me tantum He-
 braicorum uoluminum in Graecam linguam in-
 terpretem, et quae illic continentur bona fide re-
 lacurum me promisi, nec addentem quicquam de
 meo, nec auferentem etiam. Ceterum Nabucho-
 donosorus cum regnasset annos X L I I I , uitam
 finxit, uir industrius, et prioribus regibus longe
 fortunatior. Meminit eius et Berossus in tertio
 rerum Chaldaicarum libro his uerbis: Pater au- X L I I I .
 tem Nabuchodonosorus auditio qd Satrapa quem
 Aegyptio et caue Syriae Phoeniceq; prefecrat,
 a se defecisset, cum non posset amplius ferre la-
 bores

bores militiae, tradita iuniori Nabuchodonosoro
 copiarū parte, iubet hunc contra illū proficisci:
 qui collatis signis cum defectorē congressus, &
 ipsum deuicit, & regiones eius ad suū imperiū
 retraxit. Interea pater Nabuchodonosorus a-
 pud Babylonum morbo absemptus est, ciam re-
 gnasset annos XXI. Nabuchodonosorus uero
 non multo post patris morte cognita, & consti-
 tutis Aegypti ac reliquarū regionū negotijs,
 demandataq; amicis cura captiuorū Iudeorū
 Syrorū, Phoenicū & Aegyptiorum traducen-
 dorum in Babyloniam cū exercitu & impedi-
 mentis, ipse cū paucis per desertum Babylonem
 properauit. Et cum assumpsisset regni admini-
 strationem, quæ interim penes Chaldaeos fuerat,
 & ab eorū primo seruata erat in eius redditum
 factus est totius pauperi imperij dominus: ac pri-
 um omnium captiuos recens adductos per op-
 portuna Babylonie loca in colonias distribuit:
 deinde spolijs bello partis Beli templum & alia
 quædā magnifice exornauit: auxit etiā & re-
 parauit antiqua urbis edificia, munito & fu-
 minis aliaco, ut ne hostes eo possent uiri ad ciu-
 tatis incōmodum. Tres quoq; murorum ambitus
 intra urbē exstruxit, & ieiidē foris circūdedit,
 omnes cōcūlibus laterculis, cumq; memorabi-
 libus operibus ciuitatem munisset, & portas in
 templorū modū ornasse, paterna regie contiguā
 exstruxit aliam regia, cuius substructiones &
 reliqu

reliquam magnitudinem forte superuadaneū es-
set dicere: unū silere nō possum, quod tam amplū
Et superbū edificiū intra quindecim dies ab-
solutū est. In hac regia moles saxeas forniciibus
suspendit moniū specieē reserētes, superne consi-
tas uarijs arborū generibus, atq; ita celebratos
illos pensiles hortos absoluit, eo quod uxor edu-
cata in Media concupisces quadam patriæ sue
similitudinē. Florū horitorū etiā Megasthenes in
quarto rerū Indicarū uolumine meminit, ubi o-
ffendere conatur quod hic rex nirtute & rerum
gestarū magnitudine Hercule longe à ergo re-
liquevit & subiungasse enim cum & urbē Africā
primariā, & bonam partem Hispaniæ. Sed &
Diocles in secundo rerum Persicarum libro eius
regis meneionem facit, & Philostratus tam in
Phœnicū quam in Indorū historijs, quod hic rex
per tredecim annos Tyrum oppugnauerit, re-
gnante apud eam urbem Ichobale. Atq; hac
sunt que de hoc rege apud historicos inuenio.

De successoribus Nabuchodonosori, & quod Cy-
rus eorum imperium in Persas transtulit, &
quomodo se tum res Iudeorum apud Babylo-
nios habuerint.

C. A. P. XLI.

Ceterū post Nabuchodonosori obitum
Abilamarodachus eius filius regnū su-
cepit, qui mox Hierosolymorū regē Iechoniam
ē uinculis dimisit, & inter necessarios amicos
babuit, multis munieribus donauit, & apud Es-
bylos

bylonem regiae sua p̄fectū. Pater enim eius fū
dem nō scr̄uauerat Techonie, qui se ei cū uxori
bus & liberis rotaq; cognatione sp̄ōe tradide-
rat, respectu solius patriæ, quā nolebat per vim
expugnatam dirui. sicut ante diximus. Abi-
malarodacho post decimum octauum regni sui
annū defuncto Niglifar filius succēs̄it, cūq; re-
gnasset annos quadraginta, uitam cū morte mu-
tauit: continuata deinde successione ad Labo-
fordachū filium regnum peruenit: apud quē cū
nouem tamen mensibus h̄es̄set, post mortē eius
transiit ad Balhasarem, qui Babylonij Nab-
oandel nominatur. Hic bellū intulerunt Cyrus
Persarū rex, et Darius Mædorū, à quibus dum
intra Babylonē oppugnatur, mirabilis quedam
Dan. 5. & prodigiosa uisio ei cōtigit. Discubebat en-
nans in ampla quadā aula, magno apparatu
uasorū argenteorū que regia mēsa adhiberi so-
lent, accumbentibus etiā cōcubinis & purpura-
torum praecipuis. Deinde cū ita collubuisse-
rūt ē suo tēplo afferri uasa Dci, quæ spoliis
is Hierosolymis Nabuchodonosor in usum suū
scr̄itus uertere in Dei sui tēplo reposuerat. Ipse
herò id mero calens avsus est ex eis portare
herba interim cōcumeliosa in Deū proferens: et
ecce tibi uide manū ē pariete prominentem, &
in eo syllabas quasdam scribentem. Qua uisitione ter-
ritus cōuocauit Magos & Chaldaeos, & totum
hoc genus quod apud Barbaros prodigiōrum &
sommior

sommiorū interpretationē profitetur, postulans ut
sibi enarrant id quod erat scriptū. Magis autē
negantibus se eius intellectū inuenire, rex ob rei
nouitatē mæstus ac sollicitus, præconis uoce per
totā suam ditionē publicauit: quicunq; mentem
carum literarū interpretari posset, daturū se cā
torquē aureum, & purpurea uestis usum, quali
Chaldaorū reges utuntur, atq; insuper tertiam
regni sui partē. Post hoc præconium maior etiā
fit Magorū concursus, certatim sensum litera-
rum scrutatibus, nihil tamen proficiens. Vi-
dens autē triſtē hac de causa regem eius auia,
solari cum coepit, dicens esse quendam captiuū Ju-
daicum per Nabuchodonosorū uastatis Hierosol-
ymis adductū, uirū sapientem, qui posset obſcu-
ra & ſoli Deo nota perquirere: hūc Nabuchodonosoro
qua opus erat interpretatiū, cum ideo
tempore posset aliis nemo: rogabarq; ut accio
illo percontaretur quid ſibi uelint hæ literæ, ne
coarguta ceterorum inſtitia, etiam ſi triſtē ſit,
prodigium id intelligatur. His auditis Baltasar
accerſit Danielē, & praefatus ſe reſciuiffe de
eius sapientia, deq; ſpiriu diuino quem habeat,
& quod ſolus fit idoneus interpretadis que a-
liorū cognitionē effugiunt, rogauit ut ſibi enar-
ret quid ſcriptura illa significet, pollicēs opere
præmium uatum uestis purpurea torquemq; au-
reum, & ditionis ſue partē tertiam, ut ſapiētia
eius inſignita talibus honoribus, illuſtris fiat
apud

apud omnes qui honoris causam sciscitado co-
 gnouerint. Daniel autem recusatis muneribus,
 quod his diuinatus concessa sapientia corrumpi-
 nequeat, sed indigētes gratis iuuare parata sit,
 ait scripturā hanc uitę sine p̄addicere: eò quod
 ne proani quidē calamitate, quā ille incurrit ob
 contemptū numinis, doctus sit pietatē colere, &
 nihil moliri quod sit supra naturā hominis. Nō
 buchodonosorū enim ob impietatē damnatū ad
 nullum ferinū, post multas preces miserāte Deo
 vestitū ad hominū cōversationē & pristinū
 imperiū, ac deinde per totam uitā agnouisse &
 laudasse Dei uirtutē & prouidentiā. Hac uero
 oblitū domestici exēpli, noces impias iactasse in
 Deum, & potasse è sacris uasis undā cū suis pel-
 licibus. Ob hęc iratū Deū per has literas denun-
 tiare qualē sit habiturus uitę exitū. Sic enim
 interpretanda singula. Mane, hoc est numerus,
 significat dinumeratum esse iam dierū tuę uitę
 ac regni numerū, & per breve tempus superesse:
 Thetel, quod est pondus, appensum à Deo regni
 tui tempus iam ad finē uergere: Phares, quod est
 fragmē fracturū Deū tuū regnū, & partes eius
 in Medos ac Persas distribuendas. Hac inter-
 pretatione accepta, rex nō poterat nō uchemēter
 tristari, attamē Daniels suā munificentia non
 subtraxit tanquā malorum prænuntio, sed dona
 que pollicitus est exhibuit, sic cogitans, quod nō
 bona audierit, si faci culpam esse, nō prophetar-
 imo

imò illum boni viri officio functum esse qui sic
interpretatus sit ut erat euenturū tametsi parā
letus euentus sequeretur. Non multū autē abiit
temporis dum et ipse et urbs in Cyri Persarī
regis possessione deuenit. Sub Balasare enim ca-
pta est Babylon anno regni eius decimo septimo.
Hic finis fertur posterorum Nabuchodonosori.
Darius autem cùm extingueret Babyloniorum
imperiū adiutus à Cyro suo cognato, annū age-
bat sexagesimum secundum, qui fuit Astyagis
filius, apud Græcos alio uocatus nomine. Hic
etiam Danieli prophetam assumptionem secum
duxit in Mediaē, cumq; in maximo honore a-
pud se habuit: erat enim unus è tribus summis
satrapis, qui sub se habebant alios C C L X.
Satrapas, tot enim à Dario primū insitenti sunt.

Itaq; cū tam charus et honoratus apud re- X IIII.
Dan. 6.
gem esset, ut qui ei tāquā diuino libēter de quo-
uis negotio consulenti pareret, nō effugit catcro-
rum inuidiā, quemadmodū fieri solet inter eos
qui aliquē sibi à rege preferri nō patiuntur & quo
animō: cumq; emuli occasione calumniae contra
cum quererent, nullam unquā eis præbuit: cùm
nūm esset contēptor pecuniarū et omniū mune-
rum, turpe sibi ducens etiā pro beneficio licitam
gratiam recipere, nullā accusandi ansam inue-
nire poterant: nec tamen desliterunt querere
quomodo honore dejectum è medio tollerent. Et
cū animaduertissent Danielē quotidie ter

Deo supplicare precibus, cōmenti sunt occasio-
nem quæ eū possent perdere: aditoq; Dario re-
nuntiant ei, uisum esse satrapis eius & princi-
pibus, per triginta dies populo dari intermissio-
nem, quibus nec ab ipso, nec à quoquā homini
aut deorum quicquam precari liceat: & si quis
cōtra hoc cōmune decretum faxit, eum in fomeā
leonum coniūci. Rex uero nō perspiciens eorū ma-
litiam, quod Daniel hoc cōmento peteretur, ait
sibi placere hoc decretum: pollicitusq; se id con-
firmaturum, edictum proposuit in publicum quo
satraparum decretum promulgabatur. Id cum
omnes præ meū seruare conarentur, magnū fuit
ubiq; silentium. Daniel uero nihil hæc curabat,
sed more solito stans in conspectu omnium, ado-
ravat Deum suum & deprecabatur. Tum sa-
trapenacti occasione quam dudum captant-
rant, regē adēt properè, Danielēq; accusant,
quod contemptio editio solus ex omnibus deos
precari ausus fu, idq; non ob pietatē, sed ob hot-
ipsum quod obseruari se sciret ab amulis. Et ca-
regē ob nimiam erga Danielē benevolentiam
etia mādati sui cōtempiori facile ueniam datu-
rum crederet, hoc ipso magis accēsi ad inuidiā,
inflexibiles ad clementiā, postulauerūt ut iuxta
latā legē coniūceretur in leonum fomeā. Darius
autē sperans ope diuina cōpiendum à bestiis
hortatus est eum ut præsentē casum & quo ferret
animo: & postquā eō conieclus est, cūm obſi-
gnasset

passae lapidem qui ori sonea incumbebat nunc
 est, datum reuersus est: totamq; eam noctem
 ne cibo & somno exegit de amici salute soli-
 nus: diluculo autē surgens ad soncā se conulit,
 inuenito illa signaculo quo Lapidem obser-
 uauerat, per apertā fenestrā superne Danic-
 um inclamauit, querens an adhuc saluus sit.
 Ad quā uocē cūm ille respōderet illasum se &
 scolumē, iussit eum ē fonte bestiarum extrahi.
 inimici uero vius iudicētes ei nihil mali accidisse.
 voluerunt hoc Dei promidētie tribuere, sed citu-
 sem referētes in leonum saturitatē, ausi sunt
 tū apud regē hoc afferere. At ille offensus co-
 rum malitia iussit multum carnium obuici leo-
 nibus, & illis iam saturatis inimicos Danielis
 in sonēa coniici, ut appareat si propter saturi-
 tam eos non attingat, ac tum dēcūm euiden-
 tiū fuit uatem ope diuina esse seruatum:
 nam nemini ex eis pepercérunt, sed non fecerūt ac
 si suissent famelici, & alimentis caruissimi, sine
 mora eos dilaniaverunt. Acuit autē ferarum
 rabiem non nexatio famis que iam eis exempta
 fuerat, sed obieclorum malitia, Deo sic uolente,
 ne bruta quidē eam impunitā finirent. Cūm
 pītū ad hunc modum uatis insidiatores peris-
 se, Darius rex per eocum suum imperiu nūn-
 nos dimisit qui Danielis Deum prādicarent,
 hunc esse solum uerum & omnipotētem Deum
 effenerando: ipsum deinde nātē in maiore etiam

quam ante honore habuit, primum inter amicorum ei tribuens: qui cum ab omnibus Deo clausus existimatetur, & propter hanc de se opinionem esset illustrissimus, adificauit apud Ecbatana Mediæ turrim, opus pulcherrimum, & singulari admiratione dignum, quod in hoc diurno usq; durat, & spectantibus recentissime struitur uideatur, ac si ea ipsa die qua spectatur sit absolute tantam nouitatis speciem, etiam integrum pulchritudinem habere, nihil omnino à tam longo tempore lesam, prater aliorū auctoriorum consuetudinem, que aquæ atq; hominibus metus statis iniuriam sentiunt, nec firmitate eorum suorum, sed etiam decorum sensim deperdunt. Autem durat usq; in praesens tempus, ut in turri sepeliantur Macedonum reges, & Persarum atq; Parthorum: eiusq; custodia sacerdotii daici generis hodieq; concreditur. Quod autem in hoc uiro præcipua dignum est admiratione, silenio non præteribimus: omnis enim eximius scribentias ut propheta excellensimo ei contigit, & uiuentiam apud reges, quam apud populum gratiose, & post obitum sempiternam memoriam consecuto: Libri enim eius quos conscripsos reliquit, etiam nunc apud nos leguntur, quod nobis certam fidem faciunt, quod Deus cum eis colloquia miscuerit: non solum enim futura predixit quemadmodum alijs prophetæ, uerum etiam tempus quo euentura essent præfmit: & cùm alijs prophetæ

prophetae calamitates prædicarent, ideoq; ma-
 joriam gratiam apud reges & multitudinem mul-
 tiorem mirent, hic bonarum rerum uates fuit, ut
 propter faustam ominationem quidem beneuo-
 natiam omnium sibi conciliaret, propter euen-
 tiam herò certitudinem fidem sibi apud uniu-
 ersum mortalium genus compararet. Existat enim
 scius scriptis unde maximè illius prophetæ
 ueritudo potest colligi: ait enim se apud susa
 mariam Persidis urbem cum sodalibus pro-
 se in campum, & ibi terramotu repente ino-
 diffligientibus meu amicis solum esse de-
 dictum, seipsum quoq; consternatum in faciem
 manus procidisse: ibi accessisse quendam ex-
 uerantem se & iubentem ut surgeret ac uideret
 post multa secula euentura essent suis ciui-
 tibus: surgenti deinde ostensum esse arietem ma-
 gnum, enata habentem multa cornua, & in his
 cornutum ceteris celsius: uersis deinde ad occiden-
 tum oculis, uidisse se hircum delatum per acrem
 carrisse cum ariete, & his cornibus ictum
 strauisse humi & conculasse pedibus: dein-
 vidisse enatum è fratre hirci cornu maximum,
 quod fracto erupisse pro eo quatuor alia obuer-
 tuentos singulos: ex his etiam aliud mi-
 tuxorum scripsit, quod postquam esset adul-
 am. Deus qui haec ostendebat dixit gesturum
 aliam contra gentem ipsius, & urbem ui expu-
 gnam concursum, & ceremonias templi cōturbans

Dan. 8.

sacrificiaq; ueniturum per dies M. C C X C V
 haec est uisio quam in campo apud Susa se uide
 scripsit : tamq; Deum sic interpretatum e
 strictem significare Persarum & Medorum
 regna , cornua uero futuros in his reges , &
 rum ultimum designari per cornu ultimum , ha
 enim fore dinitus & gloria praestantissimum
 Per hircum uero indicari , fore aliquem e G
 corum regibus , qui cum Persa bis cōgressus ea
 p̄elio superet , totumq; eius imperium occupa
 Per cornu uero illud magnum ex hirci fratre
 extans primum regem significari , & per ali
 rum quatuor pro illo pullulationem , & ad qua
 tuor terræ tractus singulorum versionem , succe
 suros ostendi , post primi regis morem , & regnū
 inter eos partitionem : hos neq; filios eius me
 alioqui ad cognitionem ipsius pertinentes , multū
 annis per orbē habitatum regnaturos : ex huic
 exoriturum quendam regem , qui bellum gra
 cum genere Iudeorum & legibus , & formam im
 situr & iuxta has Reipublicæ auferat : spoliatus
 templo uicim as in id induci per triennium pri
 hibeat : qua quidem calamitas genti nostra su
 Antiocho Epiphane accidit , ita ut futurū
 Daniel ante multos annos scripsisset . Eodem sa
 tem modo scripsit & de Romanorum imperi
 & quantam uastitatem illaturi essent nos hominibus . Hæc omnia diuinitus sibi demonstrata
 scripto tradidit , & posteris legenda reliquæ

ut uidentes euentum non discrepare à prædictiōnibus, Danielēm mirentur ob tam insignem honorem illi à Deo habitum: simulq; Epicureorum error coarguatur, qui prouidentiam è uita cūciunt, & Deo regimen rerum nolunt permittere, nec credunt uniuersitatem à beata illa & immortali essentia uel conseruari uel gubernari, sed sine rectore & curatore mundum suopre impetu ferri afferuerant: qui si ita, ut illi autuant, carceret præside, quemadmodum naues sine gubernatoribus uidemus procellis & fluctibus obrui, currusq; aurigis destitutos eueri ac confringi, ita & ipse perderetur immoderato impetu. Quamobrem dum Danielis uaticinia considero, non possum non damnare istorum inficiām, qui Deo negant cura esse res mortalium: qui enim fieri potuit ut prophetijs eius responderet euentus, si tecmē in mundo gererentur

omnia? Verū ego hæc ita ut inueni

in literas retuli, quod si quis

manult diuersam opinio-

nem sequi, id per me

quidem erit illi

integrum.

*

LIBROS

DEL DR.

L. MARQUEZ

que se ha de tener en cuenta. De modo que el que no quiera
que se le pague la renta de su casa o local, no tiene que
dejar la puerta abierta a la noche, ni de dormir en su casa
ni de tener en su casa a nadie que no sea su dueño.

Si se ha de pagar la renta, se ha de hacerlo en la noche
en la puerta de la casa o local, y no en la noche en la
puerta de la casa o local.

Si se ha de pagar la renta, se ha de hacerlo en la noche
en la puerta de la casa o local, y no en la noche en la
puerta de la casa o local.

Si se ha de pagar la renta, se ha de hacerlo en la noche
en la puerta de la casa o local, y no en la noche en la
puerta de la casa o local.

Si se ha de pagar la renta, se ha de hacerlo en la noche
en la puerta de la casa o local, y no en la noche en la
puerta de la casa o local.

Si se ha de pagar la renta, se ha de hacerlo en la noche
en la puerta de la casa o local, y no en la noche en la
puerta de la casa o local.

Si se ha de pagar la renta, se ha de hacerlo en la noche
en la puerta de la casa o local, y no en la noche en la
puerta de la casa o local.

Si se ha de pagar la renta, se ha de hacerlo en la noche
en la puerta de la casa o local, y no en la noche en la
puerta de la casa o local.

Si se ha de pagar la renta, se ha de hacerlo en la noche
en la puerta de la casa o local, y no en la noche en la
puerta de la casa o local.

Si se ha de pagar la renta, se ha de hacerlo en la noche
en la puerta de la casa o local, y no en la noche en la
puerta de la casa o local.

Ayuntamiento de Madrid

Index

~ ~ ~ ~

Epistola recuperatoria	2
Tētimoniū D. Hieronymi de Sore-	
pho	8
Liber ius	
Prooemium	11
Cap. 1. Mundi Creatio, et elem̄tory	
dispositio	16
Cap. 2. De posteritate Adami, et de-	
cem statib⁹ usq. Diluvij.	21
C. 3. De Diluvio, et quōm Noe in	
arca cū familia servatu habita-	
rie in campo Sennae	25
C. 4. De tute Babylonica, de que	
linguary mutatiōe	32
C. 5. quōm Noe postxi pxtory rex-	
rary orb⁹ sebi sibi occupaverijt.	34
C. 6. quod gentes singul⁹ à fui autho-	
rib⁹ nomina traxerijt. ibi	
C. 7. Quōm Abram⁹ generis nři autor	
ē Chaldeorum terra prefectus habi-	

tavit regiōnē quondam canārāgām, qū nūc Judea dīccāx	41
C. 8. quod fame chanārgām p̄em̄te, Abrahā- mū iñ Hegipty ē p̄ofectu: et ibi aliquantū per smoxatu, recco unde vēnerat est rēorūfū. 42.	
C. 9. Sodomitary cladei ab Assyriis accepta. 44.	
C. 10. Quōmō Abrahamus Assyrior aggrēstu- ram captiuos, qūq̄ reliquias p̄dāg viceos sedu- xit.	45.
C. 11. Quōmō Deū Sodomitary genos excul- die flagitijs eoz effensus.	49.
C. 12. De Išmaeleto Abraham filio, ejus q̄ posteris Arabibus.	53.
C. 13. De Iſaco legitimo Abrahā filio. 54.	
C. 14. Sarā obitū Abrahā conjugis . . 57.	
C. 15. Quōmō ē chātura Abrahami nup- ta Trogloidyary gens provenie.	58.
C. 16. De Obitu Abrahāmi.	59.
C. 17. De Iſaci filijs Eraco, ex Jacobo, et na- tūritate eoz.	ibi.
C. 18. De Jacobo mea fractus in Mētopo- tarni p̄fugo.	66
C. 19. Mors Iſaci, ex sepulcrea in Hebronē. 78.	

Über 2^{ns}

- C. J. Quom. Causa ex Jacobus Jaci si-
Ayuntamiento de Madrid

- lii suriserunt habitacionis, et quod eis ad iudeam, Iacobus Cananea regit. 79
C. 2. Quomodo Iosephus Iacobi filius natus
minimus propterea somnia futurae reg felici-
tatis praenotia in fratre invidig incurrit. 80
C. 3. Quomodo Iosephus in Aegypto vendit,
a fratribus illustris ibi faciat est, et fratre
tandis in sua postulat hunc. 82
C. 4. Quomodo Iacobus ex tota progenie
ex filiis migravit. 103
C. 5. De fictionibus Hebreorum in Aegypto pos-
anno C.C.C.C. 115
C. 6. Quomodo Moyse duce Aegypti reli-
querunt. 139
C. 7. Quomodo manu scissis Hebrei Aegypp-
tios fugientibus viri aperteuit. 141
 Liber. 3^{us}
C. 1. Quomodo Moysei populus ex Aegypto
in Sina monte eduxerit. 145
C. 2. De Amalekitarum, et sutorum clade, et
prada, quae Israelitis inde obigit. 153
C. 3. Raguelis consilium, quod genere suo
Moysei dedit. 157
C. 4. Moyser ascensio Sina monte acceptas
a Deo deinceps præceptory tabulas ad populus
reportat. 159

C. 5. De tabernaculo pr. Moyse in terra deserta factis quod similitudine templi por- tabilis referebat.	165
C. 6. De arca, in qua tabular legis Moyser coloravit.	170
C. 7. De menfa, et candelabro auxiliis, deg- alazibus tabernaculi.	171
C. 8. De Pontificali, ac sacerdotali or- naci.	172
C. 9. De Aaroni Sacerdotio, ex leges que ad festa, et sacrificia precebat.	179
C. 10. Leges de sacrificijs, expurificati.	186
C. 11. Leges belli, et puniti.	197
C. 12. Seditione retra Moysem proprae egrediens, et seditionibus pena.	199
C. 13. De speculatoribus, qui explorata Chan- anorum regione reverbi Israëlitis terroris hostis incasserunt.	200

Siber. 4^{us}

C. 1. Hebreorum inscio Moyse cum Chanangis pugna, et clades.	205
C. 2. Seditione pr. Cori adversus Moysem, et fiatis proprae sacerdotij excitata.	208
C. 3. Quomo Seditioni scitatoribus divina ultione extinctis, sacerdotij Aaroni, et fi- liis est spiamatus.	212

C. 4. Quo Hebreus in deserto per annos 38 ob- venient.	217.
C. 5. Quomo Moysei servit Schong, et Ogem Anoxony Reges, oclerit q. eorum copias.	222
C. 6. De Balamo Yae.	228
C. 7. Hebreorum se. Marianiti vicerio, et Amoxitis regio quomo a Moyse duabus et similiata tribubus scissa.	236.
C. 8. Moyser leges, et quomo ex hominibus est sublatas.	239

Liber 5^{us}

C. 1. Quomo Iesu Hebreorum Imperator de- bellatis, ac confit Cananis terras eorum sonore divisit tribubus.	268
C. 2. Quomo post moxem Imperatoris Israe- li regleccis pacijs religiomibus in extre- mas calamitatis incidunt, et exorto civi- li bello ex universo Benjamitis DC tunc fueru superflite.	290.
C. 3. Quomo propria impietate in Assyriorum verotius a Deo populus Israelitum est traditus.	301
C. 4. Liberas per Cenitum reddita.. ibi.	
C. 5. Quomo populus iustum a Moabitum est subjugatus, et per Iodem est servitute expul- sus.	302.
C. 6. Quomo sub Cananorum imperium re-	

- redacti, ex per Baracy in libertate sint re-
 porci. 304.
C. 7. Quōd Amalecītū dec̄etū Israēlītū
 regione eorum p̄ 2 anno vastaverunt. 306.
C. 8. Quōd Gedeon populu liberavit. 307.
C. 9. Quōd aliquot successores Gedeoniū
 eis gentibus cīcē quāq̄ finitimiā bella ges-
 serunt. 311.
C. 10. De Sampsoni force hidrie, ex qua
 mala Palestini fecerit. 319.
C. 11. Quōd filii sacerdotis Eliā à Palesti-
 niā in prælio sunt caſi. 326.
C. 12. Quōd Eliā audita filiorum cōde, et
 arca amissione pro voluntate se throno ex-
 p̄ixavit. 333.

Siber. 6^{ta}

- C.** 1. Quōd Palestini peste, et fame coacci-
 aecam Hebreis remiserunt. 335.
C. 2. Victoria Hebrorum ducu Samuelis. 337.
C. 3. Quōd Samuel deficitibus per exten-
 tem viribus, regis administratione filii
 suis misit. 343.
C. 4. Quod popularis offensus Samuelis
 filiorum moxibus, regem sibi daxi pos-
 tulavit. 342.
C. 5. Saulus juvente Deo Rex deca-
 ratux. 345.

- C. 6. Sauli vicio via stra Ammanitas. 351.
 C. 7. Palestini Hebreos bello aggressi vincunox. - - - - - 355.
 C. 8. Victoria Sauli stra Amalecitas. 362.
 C. 9. Samuel ad David regia potestatis transfert. - - - - - 366.
 C. 10. Expeditio nova Palestinoꝝ stra Hebreos. - - - - - 370
 C. 11. Singulare certamꝝ Davidis, et Sibachi, sequuta qꝫ Palestinoꝝ clade. 373.
 C. 12. Saulus Davidi fortitudinis admiratus, filiam ei in matrimonio colloquit. - - - - - 376.
 C. 13. Quod Rer. Davidi neqꝫ sic molitur. - - - - - 377.
 C. 14. Guorno David aliquoties infidias Regis egri clapsis, tri tamꝫ cum in protetatuꝫ suam redacty interficie n̄ sustinuit. - - - - - 378.
 C. 15. Hebreoi a Palestini magno puglio vincunox, in quo Saulus Rer. una cꝫ filii fortitor pugnans occubuit. - - - - - 402.

Siber Ius

- C. 1. David agus Hebreos unus tribus rex creatus, ut aliquis Saulis filius pa-

- terry regny obtinet. 414
C. 2. Iacobus amicos infidis interfecit,
universum regny ad David scuerit. 42
C. 3. David vi capti's Hierosolymis cho-
nanzos inde populariter ejicit, ubi
que Iudeis vicoribus inhabetq; na-
rit. 428.
C. 4. David Palestinoz bello impeti-
tu apud Hierosolyma vicoriz illustes
sequestrer. 429.
C. 5. David subactis finitimiis genibz
tributa illis imponit. 434.
C. 6. Damasceni a Davide viciunt. 435.
C. 7. Quomo David Mesopotamia de-
victa. 440
C. 8. Quomo per intestiny familiq; dissi-
dium David a filio regno pulsus est. 451.
C. 9. Abefalonius ista Paray profectus
cum exercitu perit. 452
C. 10. Quomo David regno restitutu fel-
liciter vixit. 465
C. 11. David se vivente Salomonis filiis
suum regny auspicari voluit. 484.
C. 12. Mois Davidis, et quog; filio ad
successum templi religans. 495

Siber 8^{as}

- C. 1. Quōd Salomon regny adeptus
inimicos expulit 497
- C. 2. De Sapientia Salomonis, et pue-
deria, et virtutis, quod q. f. Hierosolymis
templum adficavit. 502
- C. 3. Salomone defuncto populus a
Roboamo ejus filio deficiens, Hieroboar-
num ~~de~~ decem tribus regem fecit. 541.
- C. 4. Sufacu Aegyptioru rex captis Hie-
rofolymis civitatis ejus uxori in Aegyptu
transportavit. 550
- C. 5. Hieroboami ora. Abiam filium
Roboami expeditio, et clades, et quod Ba-
sanis Hieroboami generis extinxerat,
ipse regnum occupaverat. 554
- C. 6. Ethiopia iuxta in Hierofoly-
mitanum agrum sub olano, et exercitus
corum interclusus. 558
- C. 7. Bajano sorpe sublata apud Ver-
bas Tamaras, et post hunc Amazonus,
et Achabris filius, regnum detinunt. 563
- C. 8. Adadus Damasci, et Syria rex
circa ora Achabrum ducto exercitu pro-
fligatrix Ayuntamiento de Madrid 572

- C. 9. De Josaphato rege Hierosolymorum. - - - - - 578.
 C. 10. Achabrus a Syris bello lacestatis in prolio victus occiditur. - 580

Siber. 9^{us}

- C. 1. Joramus Achabi filius Moabitam bello petitor superavit. 581
 C. 2. Joramus Hierosolymorum rex principem adeptu fratres, et paternos amicos interfecit. 593
 C. 3. Exercitus Irami delectus ab hostibus, ex filij perirentibus; unico excepto postremo ipse misera mox tollitur. 604
 C. 4. Damascenus rex Israeletum regem bello impedit. 605
 C. 5. Joramus a Ieo Magistro equity cum tota strage occiditur, et cum eo Hierosolymanus rex Ochozias. . . 607
 C. 6. Ieus inrex Israeletum regnat agens Samariam, et post eum usque quartam generationem ejus progenies. 609
 C. 7. Gotholia per summis nefas Hierosolymis regnum occupat, qua post 6 annis Iesa Poncifex Ochozios filium regem

- constituit 612
- C. 8.** Azaelis Damascenorum regis istra Israeeliteas, ac mox istra Hierosolymitas expeditio 616.
- C. 9.** Amasis rex Hierosolymorum ex exercitu istra Iudeos, et Amalecitos ducere vixit evadit 619
- C. 10.** Amasis victoria de Israelitei, et iuste legi eorum reportata 621
- C. 11.** Quomodo Oriae vicinas gentes subegxit 625
- C. 12.** Ase Damascenorum regis Hierosolymitas bello vexante, Achates eorum sed coactus est Assyriorum regem in Damascenos immittere 632
- C. 13.** Assyriorum rex in expugnata Damasco, et occiso regis, populi traducit in Medianam, alijs gentibus Damascos in colonias deductis 634.
- C. 14.** Salmanassar capto Israeliteorum regis et decem tribubus translati in Medianam, Chetas in eorum regiones migrare juncti 639

Liber 10^{us}

- C. 1.** Senacheribi Assyriorum regis expeditio Hierosolymitanorum ad Cœlia regis

- oppugnatio - - - - - 642
C. 2. Quod Assyriorum exercitus una nocte
 per se absemptus est, et quod Rex eorum do-
 cum reversus filiorum infidelijs periret. . . . 646.
C. 3. Cœcias ab infestacione Assyriorum libe-
 ratuſ con aliquandiu vixisset in pace, de-
 cedens Manasse Filio regnum reliquit. 647.
C. 4. Manasses à Chaldeorum, ac Baby-
 loniorum rege captus post aliquantum
 temporis ab eo rursum in regnum suum ref-
 tituitur. 649.
C. 5. De Josia Rege. 651
C. 6. Necho rege Aegypti contra Babiloniū
 per Iudeam exercitum ducere volente,
 Josias vetare conatus, prolio vices oc-
 cinctus. 656.
C. 7. Nabuchodonosorus invadens Syriam
 Joacimum ad amicitiam, et societatem
 suam pertulit. 658.
C. 8. Nabuchodonosorus Joacimū rursum
 Aegyptiorum rebus fructum inserviebat, et
 Joacimū ejus Aliam pro eo regem con-
 tritus. 660.
C. 9. Babylonius mucron sententia
 Joachimum obficeret, dedicatum que ultro
 captivorum Babyloniam abducere. . . . 661.

- C. 10. Sección Hierosolymorum reo a Ba-
bylonis continetur. 661.
- C. 11. Capit. Hierosolymis Nabuchod-
sonesorum populi traducet in Baby-
loniam. 667
- C. 12. De successionibus Nabuchodonosori,
et quod Cyri corus impigeris in Persas
transfuerit, et quomodo se tunc rei Iudeo-
rum apud Babylonum habuerint. . . 685.

LIBROS

DEL DR.

MARC

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid



Ayuntamiento de Madrid



Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid